Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Wolfgang Adam Schoepf

Wolffgangi Adami Schoepffii, U. J. D. & Antecessoris in Academia Tubingensi ... Processus Appellationis, Nullitatis, Restitutionis In Integrum, Revisionis Et Remissionis, Cumprimis Ducatus Wurtembergici

Nunc denuo revisus, ac differentiis Juris communis & cameralis ..., Stutgardiæ: Sumtibus Jo. Benedicti Mezleri, MDCCXLVIII

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728

Druck Freier Zugang

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0001
DFG

Pr. Syll. Cap. p1-644.

34. a 10.

Jh'-3184.

~~Je-4277.~~

3/

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1680626728/phys_0002
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1680626728/phys_0005
DFG

WOLFFGANGI ADAMI SCHOEPFFII,
U. J. D. & Anteceſſoris in Academia Tubingenſi, Sereniſſimi atque Potentiſſimi Domini Ducis Würtemb. Conſiliarii & Primarii ex JCtorum Ordine in Supremo Appellat. Tribunali & Collegio Illuſtri Aſſeſſoris,

PROCESSUS APPELLATIONIS, NULLITATIS, RESTITUTIONIS IN INTEGRUM, REVISIONIS ET REMISSIONIS,

CUMPRIMIS DUCATUS WURTEMBERGICI,

Nunc

denuo reviſus, ac differentiis Juris communis & cameralis, nec non recentioribus reſcriptis & juribus, præjudiciis, ſententiis Hæberlini, formis procuratoriis ac petendi auctus, una cum latiori deductione privilegii illimitati Würtemb. de non appellando,

Ac Hiſtoria cum origine Summi Appellat. Tribunalis ex antiquitatibus evoluta,

Cum Privilegio Ducali Würtemb. & Indice.



Stutgardiæ, Sumtibus Jo. Benedicti Mezleri, MDCCXLVIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0006
DFG

PRIVILEGIUM DUCALE.

VOn GOttes Gnaden, Wir CARL, Hertzog zu Würtemberg und Teck, Graf zu Mömpelgart, Herr zu Heydenheim, Ritter des Goldenen Vliesses, und des Löbl. Schwäbischen Crayses *General-Feld-Marechall*, ꝛc. Thun kund hiemit; Demnach uns der Rath, *Professor Juris Ordinarius* und Hofgerichts-*Assessor*, D. Wolffgang Adam Schöpff zu Tübingen unterthänigst zu erkennen gegeben, was massen er seinen *in A.* 1720. *edirten Processum Dicasterialem* aufs neue vermehrter heraus zu geben entschlossen seye; Und Wir nun, zu Bezeugung Unsers über sothanes Werck hegenden besondern Wohlgefallens, Ihme *Professori Ordinario* und Hofgerichts-*Assessori Dr.* Schöpffen ein *Privilegium Impressorium* über *mentionirten Tractat* auf Zehen Jahr lang dergestalten zu ertheilen, gnädigst *resolvirt*, daß selbiger in so fern es von besagtem *Dr.* Schöpffen binnen obigen Zehen Jahren jemand anderst zu verlegen nicht *specialiter* übertragen oder überlassen, von Niemanden in

dem Land, wer der auch seyn mag, nachgedruckt, oder verkaufft, vielweniger unter obigem Nahmen falsche *Exemplaria* ausgegeben oder *distrahirt* werden sollen; Als befehlen Wir hiemit allen und jeden in Unserm Hertzogthum und Landen wohnenden Buchdruckern, Buchführern, Buchbindern und Verkäuffern bey Vermeidung unausbleiblicher Straff von Ein Hundert Reichsthaler, und wollen Gnädigst, daß weder sie selbsten, noch sonsten jemand von Unsern Unterthanen, welche sich nicht wegen Uberlassung des Verlags von Ihme *Dr.* Schöpffen, *legitimiren* können, mehrbesagten *Processum Dicasterialem* nachdrucken, oder also nachgedruckt *distrahiren*, fail haben, und verkauffen sollen; In Urkund dessen haben Wir Uns aigenhändig unterschrieben, und Unser Fürstl. *Secret*-Innsigel hievor drucken lassen; So geschehen Stuttgardt, den 29. *Decembr.* 1746.

(L. S.)

CAC / H. z. W.

PRÆFATIO.

B. L. S.

TRactatus, quem vides, *Lector Benevole*, de *Processu Summi Appellationum Tribunalis Ducatus Wurtembergici*, A. MDCCXX. primum luci publicæ datus fuit, ut haberent nostri, quo in adeunda Praxi Juridica possent respicere; &, ni fallor, satis benigne exceptus est. Interfueram ipse huic Consistorio Summo, *Assessoris* tum functus officio; atque adeo ex viva Praxi profecta erant, quæ tum quidem in eo docui. Cum autem post tria fere lustra, quibus Assessoris munus obieram, ad alia, æque gravia, negotia vocarer: interquieverunt aliquantisper hæc studia Praxeos Judiciariæ

Aulicæ ; usque dum præter ſpem & opinionem A. MDCCXLIV. per Reſcriptum Clementiſſimum Dicaſterio redditus, *primum* in eo conſeſſu juberer ferre *ſuffragium*. Facile intelligitur, hoc non exiguo intervallo temporis, plures exſiſtere debuiſſe mutationes. Hæ igitur occaſionem mihi dederunt, cum deficientibus libri hujus exemplis iterum eſſet edendus, admonitu nonnullorum revocandi ſub incudem tractatum hunc, eundemque & emendatiorem communicandi cum publico, & quibusdam etiam acceſſionibus auctiorem. Cumprimis Capite I. latius deduxi *Privilegium*, quo Sereniſſimi Wurtembergiæ DUCES *illimitato* gaudent *de non appellando*. Capita porro V. VI. XI. XII. XIV. XVI. & XVII. maxima ſui parte nova adjeci. Sunt etiam B. Dn. Hæberlini *ſententiæ* loco ſuo inſertæ, & paſſim appoſita *nova Jura* atque *Reſcripta*. Præter eas autem acceſſiones non ingratum Lectori, neque inutile futurum duxi, ſi *de Origine, Hiſtoria, ac ſtatu præſente Summi* hujus *Appellationum Tribunalis* breviter aliqua commentarer : cui quidem narrationi locum hac ipſa in Præfatione dare conſtitui.

Prin-

Principio aliquam apud antiquissimos Germanos provocationem sive *appellationem* in usu fuisse, vel ex eo elucet, quod vix gens ulla reperiatur, quæ decisionem causarum libero Judicum arbitrio ita permiserit, ut omnis præcluderetur sententiam impugnandi facultas: nemine sane ignorante, quam varii esse & possint & soleant judicantium affectus *a*) Equidem non diffiteor, cum *Legibus non scriptis* Germani uterentur, etiam *Judicia* eorum fuisse ad simplicitatem temporum antiquorum accommodata *b*). Quod diserte Julius Cæsar testatur *c*) *In bello*, inquit, *magistratus qui ei bello præsint, ut vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus communis est magistratus: Sed principes regionum atque pagorum inter suos*

a) Vid. Heineccius in *Element. Jur. Germ.* Lib. III. t. 8. §. 286. seqq. D. Rudolph Engau in *Elem. Jur. Germ.* Lib. IV t. 11. sect. 2. §. 110. D. Ge Lud, Bœhmer de *Provocat. Jur. Germ.* Cap. 1. §. 2. Illustr. Dn. Henr. Christiani à Senckenberg Consil. Imper. Aulici *Disp. de Evocat.* quæ exstat in P. II Joh. Zangeri Tr. *de Except.* Diss. XXXIII. Cap. 2. §. 2. pag. 1387.

b) Conring, *Exercit. Acad. VI. de Judiciis Reipublicæ Germaniæ* §, 5. sqq.

c) *de Bello Gallico* L. VI. c. 23.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0012
DFG

jus dicunt, controversiasque minuunt. Sed considerandæ tamen etiam sunt, quæ non adeo longo post Cæsarem tempore Tacitus de Germanis refert *d*). *Coëunt*, inquit, . . . *certis diebus* . . . . *Licet apud consilium accusare quoque, & discrimen capitis intendere* . . . . *Eliguntur in iisdem conciliis & principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium & simul auctoritas, adsunt.* Ad quem locum Conringius *e*) monet, *Taciti temporibus præter judicia Principum vel Comitum per pagos & vicos, aliquod exstitisse judicium, ubi majoris momenti lites decisæ fuerint*: & *verisimile* habet, *id fieri consuevisse in conciliis populi. Imo non absurdum esse* dicit, *opinari f*), per appellationem etiam *à judicio principis assessorumque ejus causas ad idem concilium potuisse devolvi. Neque in regnis* idem Conringius *g*) censet *aliam fuisse formam judiciorum: sed principes, eorumque ex plebe assessores, per pagos & vicos jus dixisse* : . . . *& forte licuisse Regibus ea*

d) *de situ, moribus & populis German.* c. 11. 12.

e) *de judic. German.* §. 14.

f) quam *non ineptam divinationem* appellat Heineccius c. l. §. 288.

g) *de Judic. German.* §. 19.

ea ætate in sententiarum à principibus latarum æquitatem advertere. Ex quibus satis patet, quæ ratio judiciorum apud Germanos veteres fuerit, antequam sub Francorum imperium Germania tota concederet.

Sub *Francico regno appellationem* constat factam fuisse *ad Vassos Dominicos b*), *Comites* & *Missos* regios, ad *Palatinos* item, *i*) immo interdum plane *ad Comitia k*). Et dignæ sane commemoratu sunt formulæ ac modi loquendi, quibus hoc temporis intervallo ea in re uti Germani solebant. Quodsi enim cui iniqua videbatur sententia, is *blasphemare sententiam* dicebatur. Quæ locutio in *Capitularibus* frequenter obvia adeo Francis familiaris fuit, ut & *postea* in Germanorum legibus passim phrasis occurrat: **eine Urthel schelten:** quod hodienum Galli dicunt, *blasmer de faux jugement l*); & latinus Speculi Saxo-

b) Dn à Senckenberg l. c. Cap. 2. §. 4.

i) Frid. Esaias Pufendorf de *privilegiis speciatim Jure de non appellando* §. 32 38. 72. 51. seqq. Heineccius §. 291. sqq. Conring. §. 21. sqq. 25. 36. 87. seqq. Bœhmer c. 1. §. 7.

k) Post Conringium Pufendorf. l. c. c. 2. §. 43.

l) Heineccius l. c. §. 295. Bœhmer l. c. C. I. §. 3. lit. *d*, ubi plures ejusmodi denominationes affert.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0014
DFG

nici Interpres extulit, *sententiam reprobare.* Gemina huic locutio est: **das Urthel straffen** *m*); **die Urthel verwerffen, widerwerffen** *n*).

Neque temporibus Ottonum & Cunradi II. rationem appellandi valde immutatam esse, sed eandem potius mansisse, Pufendorfius *o*) asserit. Monet tamen *Ill. Dn.* à Senckenberg *p*) *post Carolingorum tempora Germanos contradixisse non solum evocationibus; quemlibet* affirmantes *in patria sua judicari:* sed *& appellationes sine evocatione toleravisse ægerrime. Hac vero accedente, cessantibus cumprimis Missis Regiis, & huic & illi fuisse contradictum.* Ætate certe Imperatorum *Henricorum*, cumprimis IV. & V, constat miseram in Germania faciem judiciorum, atque adeo nec appellationum, præsertim ad reges, magnum usum fuisse *q*). Unde extremo Francorum regno quædam mutata paullatim

m) Vid. *Artic. 70. Juris Feudal.*

n) Pufendorf C. II. § 110. Engau L. IV. t. 11. sect. 2. §. 110. Conf. mox secuturam notam (*t*)

o) §. 61. seqq.

p) C. II. §. 1. & 2.

q) Pufendorff §. 64.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0015
DFG

tim esse, in illa temporum perturbatione, etiam observat Conringius *de Judic. German. §. 40.* quod suo calculo probat, & *non ab re animadversum* pronunciat Joh. Gottlieb Heineccius, addens, *fieri non potuisse, Ducibus & Comitibus jure velut hæreditario provincias regere incipientibus, quin & ipsi per alios jura redderent, atque adeo & paullo difficilius, quam antea, in jus vocarentur.* Idem mutationem illam ingentem, quæ post Carolingorum tempora circa judicia Comitum facta est cum Conringio *l. c. §. 83.* inde quoque deducit, quod *multi tum Comitatus uni committi, & plures Episcopis & Abbatibus, dari cœperint, plurimi autem Ducibus & Principibus cesserint. Ex quo concludit hoc rerum statu jurisdictionem rarius* ἀμέσως *penes Comites fuisse, sed Principes Comitesque in terris suis per alios jus reddidisse* (r).

Circa *Interregnum* itaque *magnum*, & maxime post Conradini mortem, cum non modo judiciaria Ducum potestas crevisset insigniter, sed & superioritas territorialis Ducum & Principum magis magisque fuisset stabilita, atque ipsa etiam judicia pro-

r) vid. Heineccii *Elem. Juris German.* Tom. 2. Lib. 3. §. 37. 43. 45.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0016
DFG

propria atque hæreditaria fierent: omnino & appellationes ad Reges rariſſimæ ac minus uſitatæ fuerunt, horum quippe auctoritate magis magisque imminuta (*s*).

In terris quidem Saxonicis & Alemannicis appellatio fiebat ab judice inferiore ad ſuperiorem, & poſtremo omnium ad Regem (*t*). Ab Judicibus vicariis appellan-

s) hoc late proſequitur Pufendorfius, C. II. §. 44. 47. 50. 61. 82. 91. ubi raritatem appellationum per temporum intervalla deduxit. Confer. Dn. à Ludewig *ad Aur. Bull.* tit. 8. §. 2. Lit. i, & §. 3. tit. 11. §. 4. lit. l, & §. 5. lit. p.

t) Heineccius §. 299. ſeqq. In *Jure Saxonico Provinciali* Lib. 2. Art. 12. ex edit Joh. Frid. Ludovici hæc de appellatione verba occurrunt: Schilt man eine Urthel, das ſoll man erſt ziehen an den hohen Richter, und zuletzt an den König. Et *in Collatione Codicis juris Alemannici tam Provincialis quam feudalis* Cap. 106. ex edit. Joh. Auguſti à Berger: Und iſt, daß man einem Mann eine Urthel widerwirfft, die ſoll man ziehen an den höhern Richter, und zuletzt an den König. Et mox ibidem §. 3. p. 155. Von welcher hoher Hand das Gericht iſt, da mag man ein Urthel wohl ziehen an die erſt Hand des Gerichts, das iſt der König; Die ander Hand des

landum erat ad ordinarios Judices *u*). In Provinciis, quæ Ducibus ſuberant, à Comitibus ad Duces videtur appellatum fuiſſe. Sed ipſos Duces quod attinet, cum illi ſua Judicia provincialia haberent, rariores ab illorum Judicibus appellationes fuerunt *v*). Ceterum Germani eum quoque appellare dixerunt, qui cauſa jam coram inferiore judice agi cœpta, ſuperioris implorabat auxilium, quamvis nulla adhucdum ſententia judicis lata in iſta cauſa *w*): cujus rei quoque veſtigium in Jure Provinciali antiquo Würtembergico *x*) habemus. Atque

des Gerichts, das iſt, dem der König leihet; Die dritte Hand iſt, die es einem andern daleihet. Add. Cap. 108. p. 154. ſeqq. 187. & 315. nec non Heineccius Tom. 2. Lib. 3. tit. 1. §. 46. ubi quartam manum de Jure Saxonico admittit. & tit. 8. §. 299.

u) Thomaſius *in Diſp. de jurisdictionis & Magiſtratuum Differentia ſecundum mores Germanorum* §. 83.

v) Heineccius l. c. §. 296. Pufendorf l. c. §. 12. 48. 49. 50. Thomaſius, *Diſp. cit.* §. 54. 91.

w) Pufendorf Cap. II. §. 21. Bœhmer Cap. I. §. 3. Heineccius Tom. 2. lib. 3. tit. 1. §. 54.

x) Prout Anno 1555. editum, & Anno 1567. denuo impreſſum fuit, P. I. fol. 125. Verba hæc

Atque hæc appellandi consuetudo originem tandem dedit Judiciis Principum Aulicis & Dicasteriis Supremis, quæ passim ab illis quoque fuere in Germania constituta. Nolebant Principes cives suos ad extranea judicia decurrere, si quando ad appellandum necessitate compulsi sibi viderentur. Itaque ipsi in Aulis suis sua habere judicia cœperunt, ad quæ appelliones à civibus devolverentur. Qua in re Imperatorum & Regum exemplum imitatos fuisse, probabile est y)

Quod

hæc sunt: Nachdem auch von Alters her in Unserm Fürstenthum gebraucht, wenn sich die Richter der untern Gericht in Sachen und Handlungen, sie seyen groß oder klein, der Urthel nit verstehen, noch zu entschliessen wissen, daß sie alsdann derselb Sach mit Klag, Antwort, und allem Fürwenden für ihr Ober-Gericht ziehen und weisen mögen, bey demselben Gebrauch und altem Herkommen Wir es auch nochmals bleiben lassen, doch das Beneficium Appellationis und Macht zu appelliren für das Ober- und Hofgericht, wie recht ist, männiglichen vorbehalten und unbenommen seye.

y) Antiquum satis hoc institutum esse Joh. Nicol. Hertius Tom. II. *Opusculorum in Dissert.*

Quod hactenus de judiciis Germanorum antiquis & appellationibus attulimus,

)( )(idem

Jert. de Consultationibus Legibus & Judiciis in Specialibus Romani Germanici Imperii Rebuspublicis §. 21. probatum dedit ex Charta Ludovici & Friderici, Austriæ Archiducum, Anno MCCCXXV. data, quæ est apud Cuspinianum *in Austria*, p. 47. ubi statuitur: Wir sollen auch beyde aynen Hofrichter, und aynen Hofschreiber haben, daß unser Gericht unzertheilt sey ꝛc. Addit deinde, *Aulica judicia*, die Hofgerichte, *quæ à Statibus Provincialibus simul dependent, & nullam super causis fiscalibus, feudalibus aut criminalibus habent jurisdictionem, ut & reliqua dicasteria*, Regierungen und Cantzleyen, *Seculo XV. & postea excitari cœpisse*, eamque in rem allegat *de Judicio curiæ*, Hofgericht, quod Fridericus *Comes Palatinus, Anno MCCCCLXII. instituit*, Trithemium *in Chronico Spanh. dict. ann.* ut alia taceamus. Joh. Rud. Engau *in Elem. juris German. civil.* Lib. IV. tit. 2. §. 31. sequutus Heineccium, qui *in Elem. jur. Germ.* Tom. 2. L. 3. §. 55. in eandem sententiam hæc habet: *Enimvero ne externæ urbes à civibus suis tanquam oracula consulerentur in causis dubiis: Principes exemplo Regum & Imperatorum, paullatim in aulis suis vel urbibus primariis instituerunt curias provinciales supremas*, Hofgerichte vel Landgerichte: *quas adpellarent cives, qui*

)( )(*sibi*

idem suo etiam modo de terris ac *Judiciis Wurtembergicis* recte potest affirmari. Neque

sibi gravamen à judicibus illatum esse existimarent. His curiis (hæc in nota * ibidem adduntur pag. 407.) *præerat* der Hof- *vel* Landrichter, Landdrost, Landvoigt, Landshauptmann; *Cui addebatur, qui ab actis esset, scriba vel notarius*, der Hofgerichts-Schreiber, *vel postea Protonotarius. Quum vero ita ferrent Germanorum mores, ut non uni & soli esset juris dicundi potestas, sed ei certi assessores essent in consilio: Horum quæ antiquitus fuerit ratio eleganter ostendit.* Seckendorf Histor. Lutheranismi Lib. I. §. 75. addit. lit. g. p. 117. Notari hac occasione meretur mos priscus illius temporis. Principes nempe in aulis, præter Cancellarium, quem rudioribus seculis primarium scribam, den öberſten Schreiber, vocabant, & plerumque ex Clero, qui tunc solus fere literis imbutus erat, sumebant nonnisi viros ex nobilitate provinciæ, & Præfectos arcium & oppidorum in negotiis publicis consiliarios habuisse, ad quæ hodie adhiberi solent, qui intimi (die geheime Räthe) nominantur. Causas vero & litigia partium in judiciis, certo tempore constitutis, accitis ex academiis & oppidis juris peritis tractasse. Judicia illa vocabantur aulica (Hof-Gerichte) in loca, ubi Princeps erat, & quando opus esset, indicta. Post-

que enim exigua Comitum Würtembergicorum potentia erat, iique dudum Prin-

 cipibus

Posteaquam vero tempore Caroli V. non solum causſæ religionis, sed & aliæ politicæ & publicæ, indies magis arduæ & difficiles Principibus occurrerent: Juris periti jam non in Academiis solum frequentius consuli cœperunt, sed & in aulas ad deliberationes advocati, constantem ibi sedem & domicilium constituerunt. Ita factum est, ut præsentibus legum & forensium causarum peritis sive consiliariis litteratis (gelehrte Räthe,) quotidie cognosci de litibus privatorum summarie quidem ab initio cœperit, aut amica conventione finita sint jurgia, remissis ad judicia illa ordinaria, certis anni temporibus locisque constanter habenda, causſis intricatioribus. Et hæc est vera judiciorum seu curiarum, quæ hodie in provinciis Saxonicis singulis trimestribus ex nobilitate & JCtis convenientibus adsessoribus & præposito primario, ex equestri ordine viro, quem judicem aulicum (den Hof-Richter) vocant, celebrantur. add. Burcard Gotthelf Struv. *in Historia Juris* cap. 6. §. 29. & 30. Dn. Joh. Adam Kopp *in Historia Juris Part.* 5. *th.* 9. Esaias Puffendorf *in introduct. in Proceſſ. Civil. Elector. Brunsvic. Lüneburg. c.* 22. §. 5. & 6. ubi post institutum judicium Camerale initio Seculi XVI. potissimum judi-

cia

cipibus, à sola appellatione Principum si discesseris, reliquos honores quod attinet, exæquabantur z), & Jura etiam territorialia possidebant *aa*). Quocirca dubitandum non est, fuisse in Comitatu Würtembergico *Jura* longe antiquissima (quanquam & numero plura, & pro regionum locorumque diversitate etiam multum diversa); atque adeo exstitisse *Judicia* quoque, pro conditione temporum, ordinata. Sub seculi certe XIV. initium extra omne dubium

cia aulica plura introducta, hincque in Recess. Deput. Spir. de A. 1600. §. 15. cautum esse adfirmant, quod ordo judiciarius horum aulicorum judiciorum ad normam processus Cameralis adcommodandus sit. Ad cujus probationem porro adducunt ordinat. aulicam Moguntin. de A. 1521. & 1582. Bavaricam & Palatinam de Anno 1494. & 1520. Hassiacam de A. 1500. Monast. de A. 1571. Brunsvicensem de A. 1559. Megapolitanam de A. 1622.

(z) vid. post alios Imhof, *in notitia Procerum Imperii L. IV. c. 6. lit. n. p. 305.* Dn. à Ludewig *in Tr. de Prærogativis Ducum Würtembergiæ c. 2.* Dn. Steinhofer in der Würtembergischen Chronick *P. II. p. 123. 124.*

aa) Dn. à Ludewig *d. tract. cap. 8. & 13.* Dn. Steinhofer *Part. II. p. 27. 147. 153. 154. 168.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0023
DFG

dubium id positum est. Constat enim *Fridericum* III. Imperatorem civitati Gröningensi jam Anno MCCCXVI. privilegium concessisse, ne cives coram alio, quam suo sculteto debeant conveniri. Ita & *Ludovicus* V. Imperator An. MCCCXXX. Privilegium concessit civitati Canstadiensi, ut judicia Provincialia, quæ sub dio antea habita fuerant, in ipsa civitate adornari & haberi liceret; una cives illos participes faciens Privilegiorum civitatis Esslingensis *bb*), quæ civitas Anno MCCCXV. Privilegium contra Judicia peregrina ab Imperatore *Friderico* acceperat *cc*). Anno deinde MCCCXL. judicium Provinciale Canstadiense plane abolitum fuit atque cessavit. Comitibus autem Würtembergicis *Privilegia de non evocando & de non appellando* concesserunt, pœnalique Sanctione roboraverunt Anno MCCCLXI. *Carolus* IV. Anno MCCCLXXX. *Wenceslaus* Anno MCCCCI. *Rupertus* Annis MCCCCXV. MCCCCXVII. MCCCCXXVII. *Sigismundus* & sequentes etiam Imperatores usque

bb) Dn. Steinhofer *P. II. fol. 204. 255. 258. 259.*

cc) Quod refert Knipschild *de Civitat. Imper. Lib. 2. c. 13. n. 50.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0024
DFG

ad *Maximilianum* I. *dd*), ita ut cives subditi & incolæ nonnisi coram propriis judiciis

dd) vid. hæc latius deducta in cap. I. *hujus nostri Tractatus* & apud Consiliar. Regim. Dn. Burcardum & *in append. No. 1. usque ad No. 28.* in dem Würtemb. Kleeblatt dreyer *Privilegiorum exemtionis fori, austregarum & de non appellando.* Quorsum faciunt bina Diplomata Regis Alberti, non Adolphi, uti erronee referre videtur, Besoldus *in Delibat. Jur. & Dissert. de libris Jur. pag.* 39. Comiti Eberhardo circa finem Seculi XIII data, hisce verbis: Wollen Ihme (Graf Eberhardten,) auch gemeines Rechts gönnen, ob jemand aus den Städten gegen ihme zu sprechen hätte. Et in altero occurrunt hæc verba: Wann aber Er Hertzog Albrecht mit gemeldten Adolpho zu thädigen käme, und sie sich miteinander vergleichen, so solle doch dahin gehandelt werden, daß König Adolphus ihn Grav Eberharden und die vorgenannte Burg und Stadt (nehmlich die Burg Remß und die Stadt Neu-Weiblingen, welches das heutige Neustädtlein ist,) gemeines Rechts gewähren solle. conferantur omnino E. D. D. Christoph. Friderici Harpprechti *conjecturæ extemporales ad problema.*: An Adolphus Imp. Comitibus Würtembergicis Privilegium

ciis in Würtembergia conveniri deberent, neque ad extranea judicia & extra provinciam ullo modo trahi possent. Ex quo dubium esse nemini potest, illis ad minimum temporibus judicia Würtembergica, tam illa, quæ primæ instantiæ dicuntur, quam quæ secundæ, bene ordinata omnino exstitisse: quoniam alioqui nec tot Privilegia fuissent concessa, nec mentio Würtembergicorum judiciorum fieri potuisset. Porro cum Jus Civile atque Canonicum seculis XIII. & XIV. primo inter Principes & Comites notum fuerit; ac deinde seculo XV. sub Comitibus *Ludovico*, *Eberhardo* seniore, & *Ulrico*, etiam apud subditos cives in universum magis magisque invaluerit: major quoque & accuratior administrationi justitiæ cura & industria adhibita est; eoque factum, ut & appellationes quoque Juris Romani facilius admitterentur, atque adhiberentur frequentius; cum contra apud antiquiores Germanos eæ rariores essent, qui quidem ipsas etiam lites rariores habebant, in illa temporum simplicitate, & consuetudinibus

gium de Jure communi Romano in futurum usurpando concesserit? *adjecta Oratione A. 1727. habita.*

loci cujusque ad ſtatum rerum præſentem accommodatis.

Neque tamen ſatis liquet, *quonam* præciſe *tempore* in Würtembergia noſtra fuerint *conſtituta Judicia appellatoria*, atque ſpeciatim *Dicaſterium* quoddam *ſupremum*: ſed fatendum potius, id maxime eſſe incertum, involutumque obſcuritatibus. Nimirum generatim temporis vetuſtas, quæ hominum excedit memoriam, eſt longe difficillimæ probationis. Cui ſpeciatim illud accedit, quod Protocolla antiqua, aliaque Dicaſterialia Acta fatali iſto incendio, quod Cancellariam Stutgardiæ Anno MDCLXXXIII. affixit, flammis abſumta perierint. Quæ etiam cauſa fuit, quare B. Dn. Georg. Henricus Hæberlinus, *Conſiliarius Regiminis*, ſententias ab Dicaſterio pronunciatas nonniſi inde ab Anno MDCLXXII. publici juris facere valuerit.

Sed tamen argumenta non deſunt, quæ *antiquitatem* ſummi in Würtembergia *Dicaſterii* ſatis remotam abunde comprobant. *Primo* veſtigia indubitata in tabulario ſive Archivo Ducali ſuperſunt, ex quibus conſpicuum eſt, Comites Würtembergiæ, *Ulricum* & *Eberhardum* ſeniorem, jam Anno MCCCCLXXV. Ordinationem

tionem Aulicam condidisse, atque adeo tum appellationes ipsas, tum appellationum judicium antiquitatis esse non contemnendæ *ee*).

Secundo asservatur in tabulario sive Registratura civitatis Tubingensis mandatum, ab *Eberhardo* seniore datum ad omnes Præfectos, idque manu antiquissima exaratum, in quo commemoratur, *Eberhardum* non modo, sed etiam Patruelem ejus, *Ulricum* Comitem, cujus mors in Annum MCCCCLXXX. incidit, suum habuisse dicasterium atque Aulicam Ordinationem. Hanc ordinationem idem *Eberhardus* inposterum quoque in appellationibus jubet servari, paucis exceptis, in quibus aliqua mutatio facta est. Appellationem, nisi in causis XX librarum, vetat admitti; judicium appellationum binis quoquo anno vicibus convocandum statuit; &, quod præcipue notandum, juramento malitiæ, de non frivole appellando, eos, qui appellarent, jubet adstringi ff).

ee) Verba ipsa allegamus Capite I. *hujus tractatus.* §. 18.

ff) Dignum est Edictum, quod integrum hic legatur. Quoniam tamen longiusculum est, posuimus id post finem hujus Præfationis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0028
DFG

Tertium argumentum, quod antiquitatem hujus judicii extra omne dubium ponit, præbent etiamnum exstantes sententiæ, Annis MCCCCLXXVII. MCCCCLXXIX & MCCCCLXXXI latæ in dicasterio. Ita Anno MCCCCLXXVII. die Mercurii post Dominicam Reminiscere in causa **Hennßlin von Rúde von Bondorff**, Nagoldensis Præfecturæ, quæ ad Comitem *Eberhardum* seniorem spectabat, contra **Heinrich Rúden, Pútteln** *gg*) **daselbsten**, in Dicasterio, **von Hoffrichter und Räthen**, Uraci sententia lata est, male judicatum & bene appellatum esse, eaque sub nomine & sigillo *Eberhardi* senioris expedita & partibus data. Simi-

gg) Büttel, Gebüttel, tum temporis aliquam habuere speciem Jurisdictionis in causis 10. ß. vel infra, & in controversiis meretricum aliarumque levium personarum; id quod videre licet ex Ordinatione antiqua Anno MCCCCXCII. à Comite *Eberhardo* seniore Civitati Stuttgardiensi data, ejusque rubrica, vom Gerichts-Zwang. Et in *Ordinatione Regimenti* Anni MCCCCXCVIII. Wir wollen auch, Num. 32. pag. 239. apud Moserum *in Specimine Wurtembergiæ Diplomaticæ*, Püttel statim post archigrammatei officium recensetur, vid. Heineccius *tom. 2. lib. 3. §. 49.* ubi plura de hac voce.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0029
DFG

Similiter Anno MCCCCLXXIX. a Dicasterio Uraci convocato, **Ludwig von Emershofen und Clauß von Stadian**, propter emtionem & venditionem, **wegen eines strittigen Kauffs**, ad amicabilem compositionem, **zur gütlichen Verhör**, citati sunt, ac deinde pronunciata sententia *hh*).

Denique

hh) Verba hæc sunt: Wir diese nachgeschriebene, des Hochgebohrnen Herrn, Herrn Eberhards des Aeltern, Graven zu Würtemberg und Mömpelgardt ꝛc. Unsers Gnädigen Herrn, Hofe-Richter und Räte, mit Nahmen Georg von Eheingen, Hofrichter, Wilhelm von Wernau, Eberhard von Urbach, Rittere, Doctor Georig Eheinger, Caspar Remp von Pfullingen, Conrad Lutz Vogdt zu Tübingen, und Ludwig Hofenberg, bekennent und offenbarent allermenglich mit diesem Brief, als uff des vorbenanten unsers Gnädigen Herrn Vertagen zu **gütlicher Verhörung** vor úns erschienen syent, die vesten Ludwig von Emershofe an einem, und Claus von Stadian am andern Theil. Irrung und Spän halber zwischent Inen ꝛc. erwachsen ꝛc. ꝛc. Sub finem: des zu Urkund habent wir Eberhardt von Urbach und Ludwig Hofenberg unsre eigen Ingesiegel von unser und der andern vorgemelten Räte wegen, uns und Inen ohne Schaden

ange-

Denique Anno MCCCCLXXXI. Stutgardiæ in Cancellaria Dicasterium habitum, & lata sententia, quæ sequenti Anno MCCCCLXXXII. scripto consignata & litigantibus tradita fuit Nürtingæ, qua in urbe Comes *Eberhardus* junior plurimam partem commoratus est *ii*).

Addi-

angehenckt an diesem Briefe, und zwey an Worten gleich gemacht sind, und yedem Tail ainen auf sin Beger geben ist zu Urach uff Samstag vor Oculi, von Christi unsers lieben Herrn Gepurt als man zalt vierzehen hundert, Siebenzig und Neun Jaure.

ii) Ea his verbis concepta erat: In Sachen des N. an einem, und die Anwäld deren von N. am andern Theil ist durch unsere Hofrichter und Räthe, nach Klag, Antwort, Red, Widerred, Verhörung der Brief, und allen fürgewendten Handlung, mit Urthel zu Recht erkandt, daß ꝛc. ꝛc. Und diese Unsere Hofrichter und Räth sind zu Recht gesessen, mit Nahmen Sigmund von Friburg zum Ysenberg, Ritter, Hof-Richter, Herr Peter, Probst zu Denckendorff, Herr Ludwig Vergen Hanß, Doctor beeder Rechte, Cantzler, Herr Wernher von Ontzhuß, Doctor der Heiligen Geschrifft und Geistlicher Rechten, Doctor Albrecht Grunbach, Kircher zu Gemünd, Doctor Matthis Ochsenbach,

Addimus *quartum* argumentum antiquitatis ex *Maximiliani* Imp. Privilegio Anno MCCCCXCV. dato, in quo his verbis Dicasterii mentio fit: **Oder vor unsern Hoffrichtern und erbaren Räthen**; nec non ex Ordinatione Regimenti Anno MCCCCXCVIII. edita, ubi ita: **darumb sollen und wollen wir auch allen müglichen Vlyß ankern und ernstlich darob sein, daß fromm, erbar, vlysig und verständig Amtlüt und Richter am Hoffgericht, auch allen andern Gerichten und Aemptern fürgenommen und gesetzt werden** *kk*).

Præclarum *quinto* ad fidem hujus rei faciendam documentum habet membranaceus

---

senbach, Kircher zu Nürtingen, Herr Georg Truchseß von Walden, genant von Himmertingen, Commenthur zu Winnenden Teutsch Ordens, Heinrich von Wernau, Conrad von Rischach, Heintz Schillung, Doctor Martin Mittel, Doctor Nicolaus Böltz, und Herr Johann Blaicher, Pfarrer zu Lorch. Mit Urkund diß Briefs, der von Unsern Hofrichter und Räthen unter Unserm anhangenden Insiegel besiegelt gegeben ist zu Nürtingen uf Samstag nach Philippi Jacobi Apostolorum, 1482.

kk) Moser *in Specimine Wurtembergiæ Diplomaticæ* pag. 233. N. 32.

naceus Codex, foliis majoribus, regali, ut vocant, forma, Anno MDLXXII ab Archigrammateo, Isaac Schvvartzio, nitide scriptus, qui in Bibliotheca Civitatis Tubingensis conspicitur, & Jus peculiare Tubingense sub titulo: Ordnungen, Artikel und Satzungen, ab *Eberhardo* Comite *Seniore* Anno MCCCCXCIII. am Zinßtag vor St. Georgen Tag, Civitati Tubingensi datum continet. In hoc sub titulo, von appelliren, expresse disponitur, ut appellatio secundum Ordinationem Aulicam fieri debeat *ll*).

Cum hisce testimoniis, quæ authentica omnino sunt, conspirat sexto Conradi Summenharti de Calvv, *Professoris Theologiæ*, *Oratio funebris in obitum Eberhardi Barbati*, Ducis I. Würtembergiæ, Anno MCCCCXCVII d. 7. Idus Martii Tubingæ in sollenni panegyri recitata *mm*), in

ll) Hæc verba sunt: Rubric von appelliren: Wann ein Party mit einer Urtel vermaint beschwehrt zu seind, und wolte sich davon beruffen, so soll es damit gehalten werden, wie das Unser Ordnung des Hofgerichts innhalt.

mm) Est ea apud Besoldum in *Opusculis de jure Academiarum* p. 77. ex edit. Arg. 1622.

in qua publice commemoratur, *Eberhardum* seniorem sive *Barbatum nonnullas in suo districtu successionum consuetudines, cum minus æquitatis continerent, etiam non paucis novis conditis pro sua Provincia Legibus, ad æquitatis & justitiæ reduxisse lineam, & Provincialis seu Curialis sui Consistorii (quod Justitiæ conducat plurimum) ipsum Institutorem & Ordinatorem fuisse diligentissimum nn).*

Liquet ex hisce testimoniis, quæ & coæva sunt, & fide dignissima, *Eberhardo Barbato*, qui inde ab Anno MCCCCLIX regnavit; Anno MCCCCLXXV Ordinationem Aulicam, eamque sine dubio passim emendatam, confici jussit, ejusque gratia Rescriptum ad omnes Præfectos dedit oo); Anno MCCCCLXXVII Universitatem Tubingensem fundavit; Anno MCCCCXCII Stutgardiensibus, & Anno MCCCCXCIII Tubingensibus peculiaria Jura dedit *pp*); & Anno MCCCCXCV cum Digni-

nn) Leguntur hæc verba apud Besoldum l. c. ex quo eadem allegat *B. Dn. Abbas* Andr. Christoph. Zeller, in den Merckwürdigkeiten der Universität und Stadt Tübingen, p. 119. 120.

oo) Vid. supra not. *ff*.

pp) Historische Ephemerides des Hochfürstl. Hauses Würtemberg, p. 24.

Dignitate Ducali Privilegia de non evocando & de non appellando ampliſſima accepit; etiam judicia, adminiſtrationem, juſtitiæ, ipſiusque Dicaſterii ordinationem plurimum debere, ita ut meritiſſimo jure *Ordinator & Inſtitutor Conſiſtorii Ducalis* dici debuerit. Nec dubium eſt, plura eum egregia hanc in rem facturum fuiſſe, niſi mors Anno MCCCCXCV. ſubſecuta vitæ laudatiſſimæ finem feciſſet.

Secutus eſt *Eberhardus* II. qui quidem Anno MCCCCXCVIII. per transactionem Horbenſem regimine ſe abdicans ſucceſſorem nactus eſt *Ulricum*, tertium Würtembergiæ Ducem, ut ſub illo hac in re vix aliqua potuerit intercedere mutatio.

Sed *Ulricus* non ſolum A. MCCCCXCIX primam *Ordinationem Provincialem*, & A. MDXV. *Communes Ordinationes Provinciales*, cum antea in diverſis Civitatibus diverſæ & haud raro contrariæ fuiſſent, publicavit: ſed etiam Anno MDXIV. *Ordinationem Aulicam* typis excuſam publici fecit Juris. Quod ipſum commemoratur in Procœmio Ordinationis Aulicæ, quæ a quarto Würtemb. Duce *Chriſtophoro qq*) &

qq) Verba ipſa hæc ſunt: Und wiewohl auch weilandt Unſer lieber Herr und Vatter, Seliger

& emendata & aucta Anno MDLVII denuo edita est. Excepit hanc quinti Würtembergiæ Ducis *Ludovici* Ordinatio Aulica, Anno MDXXXVII edita *rr*), quam utramque accuratiorem emendatioremque esse infra *ss*) videbimus; ac tandem Anno MDCLIV. secuta est *Eberhardi* III. Ordinatio Aulica, qua hodie etiamnum utimur. Atque ex his quidem Ordinationibus, quarum tres posteriores mihi ad manus sunt, & antiquus & hodiernus Summi Appellationum Tribunalis Summique Dicasterii status satis dilucide ac recte addisci potest atque describi.

Nomen si spectes, hodie appellatur Ober-appellations-Gericht *tt*), cujus quidem

)()()(

liger und Hochlöblicher Gedächtniß in dem Vierzehenden Jahr der wenigern Zahl aus gleicher Bewegung und Behertzigung eine wohlbedachte, in Rechten gegründete Hovegerichts-Ordnung stellen, verkünden und publiciren, und in derselbigen stattliche und ernstliche Fürsehung thun lassen, welcher gestalt in Unserm Hovegericht in Appellation-Sachen, gehandelt werden solle.

rr) Exstat ea apud Saurium in *Fasciculo Judiciarii Ordinis singulari* P. I. Fascic. III. p. 47.

ss) Vid. infra not. *zzz*)

tt) *in Rescripto Ducali* Anni MDCCXXXIX. & passim.

dem nominis ratio in propatulo est. Porro dicitur etiam **Hoffgericht, Ober-Hoffgericht,** ab Aula, vel Curia; quod nempe antiquis temporibus judicia in Aula vel Curia ab ipsis Imperatoribus, & Regibus, ac postea pariter a Ducibus & Principibus peragebantur, neque stataria erant *uu*).

In Ordinatione Aulica An. MDLXXXVII. idem audit **Jüngstes Gericht,** extremum judicium *vv*), quia judicio hoc aliud superius in Ducatu Würtembergico non datur. Quod institutum cum multiplici utilitate conjunctum est. Si enim ad ultimam usque temporum antiquitatem respiciamus; id in omni prope imperio, in omni republica invaluit, ut summum quoddam exstaret tribunal, ad quod extremæ causarum cognitiones devolverentur, & ad quod, tanquam ad anchoram sacram & asylum, confugere litigantibus integrum esset. Nisi enim Jura salutare hoc indulsissent

uu) Besoldus in *Thesauro Practico*, voce Hof.

vv) Verba sic habent: So befehlen Wir solchem nach vorderist unserem Hove-Richter, Räthen und Beysitzern gedachtes Unseres Hove, als zwar in diesem Unserem Fürstenthumb des Jüngsten Gerichts, und darumben nicht das geringste Kleinod desselben.

sissent appellationis remedium, DEus bone, quantis iniquitatibus & gravaminibus inferendis aperta fenestra fuisset! Hinc a Doctoribus Würtembergicis oculissima gemmarum, & omni pretioso lapide pretiosius habetur hoc tribunal supremum *ww*). Et commendatur sane passim a prudentia, ab justitiæ studio, quam vitatis corruptionibus quibusvis administret intemeratam, a promtitudine decidendi, ab accurato procedendi ordine ac modo, cum regulariter oralis adhibeatur processus, & singulis diebus singulæ tractentur decidanturque causæ, citra aut justitiæ dispendium, aut præcipitatæ sententiæ metum *xx*).

Sed ex ea ratione maxime memorabilis illa est appellatio, qua *Supremum*, *Summum*, & ut modo vidimus, Jüngstes Gericht dicitur Dicasterium nostrum, quod in causis ad illud spectantibus nullam agnoscit concurrentem Jurisdictionem. Anti-

ww) Winter *de Assessore* C. IV n. 55.

xx) Plura dixi in *prima hujus libri Præfatione*; quibus add. Cap. I. §. 30. & Cap. II. §. 1. Item B. Dn. Zeller in denen Merckwürdigkeiten der Universität und Stadt Tübingen, p. 131. 132. ubi elogia in extenso legi possunt.

quis quidem temporibus per Aulicas Ordinationes A.MDLVII.p.13. & MDLXXXVII. p. II. t. 3. §. wiewohl, litigantibus beneficii loco permissum, atque optio data erat, mallentne per gradus ad Judicia Superiora, Ober-Gericht, Stutgardianum nempe vel Tubingense, provocare primum, ac deinceps demum adire Dicasterium; an per saltum, contra Juris Communis regulas, statim ad Dicasterium Supremum appellare yy). Sed in novioribus Juribus Provincialibus & Rescriptis hoc saluberrime interdictum est, omnisque Judiciorum superiorum, Ober-Gerichte, concurrentia cum Dicasterio plane sublata. Si Scilicet causa appellationis vel nullitatis L. florenos vel attingat vel superet, unice fundata Dicasterii Jurisdictio est: Sin eam summam causa non attingat, non potest ad Dicasterium, propter summæ exiguitatem, devolvi; sed tum Judicibus superioribus, iisque

yy) Addit *Ordinatio Aulica Anni MDLVII.* fol. 13. si modo Summa sit XXV. florenorum. Nempe si causa X. florenos non excedebat, in totum cessabat appellatio. Sin autem ultra X, sed infra tamen XXV. florenos esset, locum habebat appellatio ad superiora judicia, sed non ad Dicasterium.

iisque solis, facultas cognoscendi & decidendi relicta est, ut cursus justitiæ hoc modo acceleretur, nec, multiplicatis præter necessitatem instantiis, retardetur zz).

Neque solum Judicia Würtembergiæ superiora, Ober-Gerichte, verum etiam omnia reliqua eatenus cessant: adeo ut ne *Consilium* quidem *Regiminis* in causis appellationum, nullitatis, aliisque ad Dicasterium spectantibus, jus cognoscendi sibi attribuere valeat *aaa*); nisi quod salvum semper relinquatur beneficium Revisionis, atque etiam in expeditione aulica, Hoff-gerichts Expedition, non convocato Dicasterio, necessaria interim in Cancellaria Ducali, nomine Dicasterii, expediantur, ad promovendam justitiam.

Immo ne *summa* quidem *Imperii judicia* concurrentem hic Jurisdictionem arrogare sibi possunt; eo quod *Serenissima Domus Würtembergica* superioritate territo-

 riali

zz) Vid. noster *Tractatus* Cap. I. §. 29. seqq. & Cap. VIII. §. 8. In antiquo illo Rescripto, quod supra not. ff) allegatum, in finem Præfationis hujus rejecimus, concursus horum judiciorum haud obtinuit.

aaa) Winter *de Assessore* P. I. C. II. n. fin.

riali & illimitato gaudet privilegio de non appellando, velut Capite I. latius est a nobis dictum.

Cum igitur Dicasterium nostrum *Summum* in hoc Ducatu sit, & concurrentiam Jurisdictionis omnem excludat: consequitur inde porro, ut *unicum* etiam illud esse indivisumque debeat. Id quod cumprimis *post erectum Ducatum* ita esse necesse est, stabilito in eo Anno MCCCCXCIV *Jure Primogenituræ*, & confirmato solenniter. Ipsum quidem Jus Primogenituræ multo antiquius est. Jam Seculo XIII cognitum in his terris fuisse, patet ex documento Ecclesiæ Collegiatæ Beutelsspacensis, Stutgardiam Anno MCCXXIII translatæ *bbb*). Ita & *transactio Minsingensis*, Anno MCCCCLXXXIII inter Comites *Eberhardos* inita, pariter unam Aulam & Cancellariam, cum Jure Primogenituræ introduxit *ccc*). Ex quo etiam factum, ut a Duce *Christophoro*, cum divisionem aliquam inter Filios duos, *Eberhardum* & *Ludovicum*, constitueret, cautum fuerit, ut

bbb) vid. Imhof *notit Procerum* L. IV. C. VI. §. 6. p. 305. Conf. Dn. Steinhofer in der Würtembergis. Chronick, P. II. p. 326. sqq.

ccc) vid. Dn. Moseri *Specimen Wurtembergiæ Diplomaticæ*, Num. 24.

ut in ea parte, quæ ditioni *Ludovici* attributa esset, unice ad *Supremum Dicasterium Eberhardi* appellaretur; actaque ad illud mitterentur; & *Ludovico* quidem relinqueretur libertas, tres ex tribus Ordinibus Assessores, quos suis nempe sumtibus aleret, nominandi, sed primogenito, *Eberhardo*, vicissim Jus convocandi tres illos Assessores diserte reservaretur *ddd*). Idem etiam postmodum observatum in transactione illa inter Duces *Eberhardum* & *Fridericum*, Anno MDCXLIX. Tradebantur enim *Friderico* tres Præfecturæ, Neostadiensis, Mœckmühlensis & Weinspergensis, cum Jurisdictione Civili & cum reditibus: Sed omnia Jura Superioritatis Ter-

ddd) *Recessus Ordin. Provinc. A. 1566.* §. Es soll auch in beeder ꝛc. ibi: daß in beden Dero Geliebten Herrn Söhnen, als Herrn Eberharden ꝛc. des Aeltern, und Herrn Ludwigen ꝛc. des Jüngern, zugetheilten Theilen allein an Herrn Hertzog Eberhard Hoffgericht gen Tübingen geappelliret, auch die Acta an Ihne gefertiget, und von Hertzog Ludwig (als abgetheilten Herrn) darzu drey Assessores geordnet, einer von Adel, ein Gelehrter, und ein Burger benamset, auf seine Costen erhalten, aber von Hertzog Eberhard darzu beschrieben werden sollen.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0042
DFG

Territorialis, Jus appellationes recipiendi, Jurisdictio Criminalis & Consistorialis *Eberhardo* integra fuit reservata, ita ut ad Dicasterium Supremum appellationes debuerint fieri *eee*).

Num sub Comitum Würtembergicorum regimine idem antiquis temporibus obtinuerit, ut nonnisi unicum Dicasterium esset? dubium videtur: idque ex ea ratione, quod Comitatus Würtembergicus non semper manserit indivisus. Ut taceam antiquiores divisiones *fff*), Anno etiamnum MCCCCXLII. a. d. 25. Januarii, Nürtingæ inter duos Filios *Eberhardi* Comitis, *Ludovicum* atque *Ulricum* facta divisio fuit. *Ludovicus* partem Comitatus Superiorem, cum Comitatu Montisbelligardensi sortitus, Uraci aulam & sedes suas instituit. *Ulricus* partem Comitatus Inferiorem obtinuit, Stutgardiam urbem pro sede sibi deligens. Neque plane exolevit memoria hujus Würtembergicarum terrarum divisionis. Nam & nomen illius etiam-

eee) vid. Moser *in Specimine Würtembergiæ Diplomaticæ* Num. 43. 44.

fff) vid. Dn. Steinhofer in der Würtembergischen Chronick, P. II. p. 70. add. p. 819-837. 871.

etiamnum hodie supereſt, & uſum illa ſuum non una occaſione exſerit, cum ad illam non modo viſitationes Scholarum, Pharmacopoliorum, Advocaturæ, rel. verum etiam inprimis duo Superiora Appellationum Judicia, Ober-Gerichte, diſcreta ac ſeparata ſint. In regione ſupramontana, in dem Land ob der Staig, qua porrigitur regio ſupra Stutgardiam verſus meridiem, Judicium Superius Tubingenſe Jus habet appellationes recipiendi: quod contra Jus Judicium Metropolitanum Stutgardienſe, das Ober-Gericht zu Stuttgart, exercet in parte inframontana, dem Land unter der Staig, quibus inde ab Anno MDCCXIX. Judicium Ludoviciburgenſe adjunctum fuit *ggg*). Ex quo admodum veriſimile & probabile fit, ſub Comitum regimine, ſicut ditio diviſa fuit, ita pariter Dicaſterium diviſum fuiſſe, & Summum quidem in qualibet portione manſiſſe, ita ut ſinguli Comites pro ſua regione ſeparatum Conſiſtorium appellatorium, getheiltes Hofgericht, haberent, ſuaque in Aula, velut Stutgardiæ, Uraci, cet. convocarent, ibique ferrent ſententias,

)()()(5

ggg) Dn. Moſer Diplomatiſches Archiv des XIIV. Jahrhunderts, Num. 40. §. 1. p. 342.

tias. Id quod ex eo quoque fit verisimilius, (si in re antiquissima locus est conjecturæ) quod antiquis temporibus neque certus locus ejusmodi judicio destinatus neque perpetui Assessores adhibiti fuerint; porro quod regio Würtembergica bina illa Superiora Judicia Appellationum etiamnum hodie habeat; quod in Ordinatione Aulica Annorum MDLVII. & MDLXXXVII & Jure Provinciali Anni MDLV. Part. I. p. 107. & 113. eadem summa appellationis judiciis hisce præstituta legatur, licet L. florenos excesserit *bbb*); quod libera olim fuerit data electio, priusne ad judicium superius, an statim ad Dicasterium appellare voluerint; ac denique quod nomine *Eberhardi* Junioris Stutgardiæ Annis MCCCCLXXXI. MCCCCLXXXVII. & MCCCCLXXXVIII. quo tempore divisa adhuc Würtembergia fuit, sententiæ in Dicasterio publicatæ fuerint. Ut plane quilibet Comitum tempore illo divisionis ut separato judicio superiori gavisus, ita quoque separatum Dicasterium Summum suæ Aulæ affixum habuisse, idque non immerito tantisper præsumi posse videatur.

Cum

bbb) Winter *de Assessore* P. I. Cap. II. n. 74.

Cum autem Jus Judiciumque omne frustra foret, nisi essent, qui regere Jura, & dextre ad factum applicare possent: Sereniſſimis *Comitibus* & *Ducibus* Würtembergiæ Judicis Assessorumque constitutio atque electio semper curæ cordique fuit. De *numero* quidem in Ordinatione Aulica Anni MDLVII. nihil reperitur cautum, nisi quod Præses & sex Assessores ad pronunciandam sententiam indistincte requirantur *iii*). Supra tamen adductæ veteres sententiæ A. MCCCCLXXIX & MCCCCLXXXI *kkk*) numerum & personas aliquo modo declarant. Sed in Ordinatione Aulica Anni MDLXXXVII. constitutum, & in illa Anni MDCLIV. tit. 1. & 2. verbis iisdem repetitum est, ut Dicasterium ex Domino Præside & Duodecim Assessoribus regulariter constare debeat. Dominus Præses ad minimum nobilis, litteratus, Latinæ linguæ & processus peritus, speciatim Ordinationis

iii) fol. 11. ubi Dero zum wenigſten ſechs one den Hofrichter oder ſein Verweſer, zu Verfaſſung der Urtel ſeyn ſollen. Hodie tamen octo ad definitivam, & sex ad interlocutoriam requiruntur. Hofgerichts-Ordnung. P. III. t. 24. §. 3. vid. infra *tractatus* noſter C. XIX §. 3.

kkk) vid not. *bb*) & *ii*.

nis Dicasterialis & Jurium Provincialium probe gnarus esse debet. Domini Assessores secundum dictas Ordinationes Aulicas ex Nobilibus, Litteratis, Doctoribus, Ordineque Provinciali desumuntur. Hinc vulgo Dicasterium dividi solet in tria *scamna*, uti loquuntur, **der Edlen und Adelichen Banck, der Gelehrten Banck, und der Landschafft Banck** *lll*).

Sicuti autem Domini Præsidis & Assessorum munus gravissimum est; eo quod non solum consiliarii actuales, sed & una Judices sint, qui & suffragia ferunt judicialia, & sententias dicunt: ita doctos eos *mmm*), peritos jurium, Justitiæ amantes, diligentes, atque constantes, a partium item

lll) Conf. *Tractatus* noster Cap. II. ubi pluribus hæc exponuntur. In *Tubingensi Secundario Recessu* Tübinger Neben-Abschied vom 8. Julii 1514. §. Der Rechnung halber, provisum: daß fürohin das Hofgericht mit Räthen der Landschafft besetzt werden solle.

mmm) In *Regimenti Ordinatione Anni 1498.* requiruntur *pii, diligentes, honesti & prudentes Viri.* vid. Moser *in Specimine Wurtemb. Diplom.* n. 32. p. 239. In *transactione Tubingensi Anni 1514.* itidem *honesti, pii, prudentes, & capaces* exiguntur. Moser, num. 32. p. 290.

item ſtudio prorſus alienos *nnn*) eſſe oportet. Nobiles ex Conſiliariis & Præfectis Superioribus ſeliguntur; Litterati ex Doctoribus & Licentiatis privatis, Conſiliariis Regiminis ac Profeſſoribus. Nec tamen adeo multi ſolent ex Profeſſorum & Conſiliariorum ordine adhiberi, ne cauſarum reviſiones & negotia Cancellariæ impediantur, aut lectionum collegiorumque curſus ſiſtatur; qua de re plus ſimplici vice, nempe Anno MDXLVI. MDLIV. & MDLXXXVII. auditæ querelæ ſunt. Speciatim Facultati Juridicæ Tubingenſi, *primum*, ut vocant, *votum* inde ab longiſſimo tempore fuit concreditum, & ut plurimum unus ex ſenioribus, & cui Proceſſus Juris demandatus eſt, *primum ſuffragium* fert; quo munere a ſeculo inprimis XVII. ad præſens usque tempus defuncti ſunt:

Johannes Sigwart:
Johannes Hochmann.
Johannes Halbritter.

Hen-

nnn) Unde &, ſi qui inter partes occurrant, qui aliquem Judicum cognatione attingunt, ob vinculum cognationis & affinitatis hic ſurgere debet. Hofgerichts-Ordnung. P. I. tit. 3. §. 3. & tit. 9. p. 30.

Henricus Bocer.
Johann. Ulricus Rümelin.
Joachimus Wibel.
Wolffgang. Adamus Lauterbach.
Burckardus Bardili.
Ferdinand. Christophorus Harpprecht.
Gabriel Schweder.
Michaël Graß.
Georg. Fridericus Harpprecht.

cui ego ante quadriennium eo in munere jussus sum succedere. Sunt autem rationes hujus instituti gravissimæ. Professores & theoria atque praxi continua exercitati sunt, & apparatu ac subsidio librorum instructi; quotidianas ferunt sententias, ac judicibus & litigantibus de Jure respondent; ita ut usui, processui & Juribus perpetuo dediti non possint non facilitate ac promtitudine jura allegandi ac lites decidendi præcipue gaudere.

Ex antiqua sententia, quæ Anno MCCCCLXXXI. inter nobiles lata & supra ooo) adducta est, conspicitur, etiam *Ecclesiasticos* olim *Consiliarios* interfuisse: sed compromissum videtur ibi intercessisse.

In antiquo quodam Rescripto Generali excipitur *Magister Aulæ & Cancellarius;*

ooo) not. *ii)*

rius: fortassis ex ea ratione. quia Judices revisionis erant. Anno certe MDXCVIII. a. d. X. Novembr. sententia revisoria confirmatoria **vohn Landhoffmeister Amtsverweser, Cantzlar, und Räthen,** in causa **Häuffischer Erben,** contra **Marx Krausen Müllern,** est publicata.

Munus hoc Judicis & Assessorum antiquis temporibus non erat perpetuum, sed pro rerum, temporum personarumque circumstantiis, ac pro lubitu Sereniſſimorum Ducum, variabat. Multæ hinc sunt querelæ exortæ, & Ordines Provinciales Anno MDLXV. & MDLXXXVII. enixe petierunt, ut Assessores perpetui essent, nec subinde mutarentur, novis in quolibet Dicasterio convocando substitutis personis: quo nempe securius & accuratius administrari justitia & judicari posset; Assessores autem in Processu Dicasterii magis exercitati redderentur; neve diversæ & inæquales sententiæ, ob dissentiendi facilitatem & crebras Assessorum mutationes, pronunciarentur. Hæc ratio est, quare Ordinationi Aulicæ A. MDLXXXVII. expresse insertum legatur, nolle Sereniſſimos *Duces*, ut Assessores sine gravi causa facile

facile mutentur *ppp*). Repetita tamen fuere hæc desideria An. MDXCIV. MDXCV. & MDXCIX, cum nondum plene atque in totum iis satisfactum esset *qqq*). Et testatur *Winterus rrr*), qui Anno MDCXIV. scripsit, novos Recessus hac de causa juramentum ab Assessore litterato ad sex annos in Curia Würtembergica deposcere seque ipsum præstitisse hoc juramentum, ac tantum temporis plene deserviisse. Verum hodie hæc quoque aliter se habent. Cessant variationes illæ frequentes, nec nisi justa causa exigente fieri mutatio solet.

Illud olim quoque desideratum est, ne Dicasterium *multitudine Doctorum* obrueretur *sss*). Sed monitum hoc, ex nimio

Patrii

ppp) Idem repetitur in *Ordin Aul.* An. MDCLIV. p. 1. §. 1. welche einmahl verordnete Personen wir auch ohne sondere bewegende Ursachen nicht leichtlich zu verändern gedencken.

qqq) Da denen geklagten fehlern und Mängeln noch nicht aus dem fundament abgeholffen war. Landtags Abschied A. 1599. §. Nicht weniger wollen wir.

rrr) *de Assessor.* p. II. Cap. fin. n. 59.

sss) Vid. Landtags Abschied de Anno 1520. §. Zum achten dann des Hoffgerichts halb. ꝛc. & Ducis Christophori Confirmation des Tübin-

Patrii Juris amore profectum, hodie non amplius auditur. Sunt enim omnes Assessores, etiam qui ex ordine Provinciali deliguntur, litterati plerumque. Cumque Jura Würtembergica ex Jure Romano maximam partem desumta sint: ea utique ab Doctoribus & Licentiatis facilius & explicari possunt interpretatione, & ad casus propositos applicari. Unde reliquos ordines ut plurimum numero vincunt Doctores. Ceterum autem Serenissimus Nomotheta jus augendi minuendique numerum diserte in Ordinatione Aulica sibi reservavit. Variat igitur numerus. *Winterus* suo tempore, Anno nempe MDCXIV, quatuor Nobiles, quinque Litteratos, &

)( )( )( )(tres

Tübinger Vertrags, An. 1551. Verba hæc sunt: Nachdem Prälaten und gemeine Landschafft an Haltung und Vollziehung desselben (Hofgerichts) merckliches gelegen, so wollen wir solches fürter im Land mit ehrlichen, frommen, verständigen, geschickten Personen von Adel und der Landschafft besetzen, und dasselbig mit Doctoribus nit überladen, auch die Fürsprecher in denen Urtheln abtretten, und Jahrs viermahl Hofgericht halten lassen. ap. Moserum Tomo I. der Würtembergischen Urkunden p. 220. Eadem & repetiit B. Dn. Zeller l. c. p. 119.

tres ex ordine Provinciali Assessores fuisse commemorat. Anno MDCCXVIII. decem Litteratos Dicasterium habuit. Anno MDCCXLIII. tres Nobiles, sex Litterati, & tres ex Ordine Provinciali; sed Anno proximo superiore MDCCXLVI. quatuor Nobiles, octo Litterati, & quatuor ex Ordine Provinciali fuere. Nomina illorum, quibus Anno MDCXV. & MDCCXLIII. Dicasterium constabat, exhibet B. Dn. Abbas *Zellerus ttt*). Eorum, qui hodie Judicium hoc ornant, honori ac meritis dandum existimo, ut ipsorum hic nomina exstent, præcipuum libelli mei ornamentum futura.

PRÆSES est

Perillustris & Excellentissimus Dominus Johann Christophorus de Pflug, *Consiliarius Intimus, Præses Consilii Regiminis, Feudorum Præpositus, & Præfectus Superior Vayhingensis & Mulifontanus, cet.*

Perillustres & Generosissimi

ASSESSORES NOBILES sunt

Dominus Christian. Henricus de Goelnitz, *S. C. M.*

---

ttt) in denen ausführlichen Merckwürdigkeiten der Universität und Stadt Tübingen, p. 129. 133.

S. C. M. & Nobilitatis Immediatæ ad Nicrum Consiliarius;

Dominus Carol. Fridericus Schertel de Burtenbach a Mauren, *Consiliarius*;

Dominus Fridericus Maximilianus a Liebenstein, *S. C. M. & Immediatæ Nobilitatis ad Kocharum Consiliarius*;

Dominus Jacobus Fridericus a Goll, *Consiliarius Regiminis.*

In Scamno LITTERATORUM sunt mecum, cui primi suffragii ferendi provincia demandata,

Dominus Frideric. Henricus Georgii, *Lic. Consiliarius Regiminis & Ordinum Provincialium*;

Dominus Christian. Henricus Hiller, *U. J. D. Consiliarius & Professor publicus*;

Dominus Johann. Fridericus Stockmajer, *Lic. Consiliarius Regiminis & Ordinum Provincialium*;

Dominus Georg. Fridericus Thill, *Lic. Consiliarius Regiminis, & Præfectus Tubingensis*;

Dominus Ernest. Henricus Mylius, *U. J. D. Consiliarius Regiminis*;

Dominus Tobias Cunradus Renz, *Consiliarius Regiminis*;

Dominus Jacobus Henricus Dann, *Lic. Consiliarius.*

In Scamno
ORDINUM PROVINCIALIUM
sedent:

Dominus Johannes Daniel Hoffmann, *Lic. Consul Stutgardianus;*

Dominus Johann Fridericus Jæger, *Consul Brackenheimensis;*

Dominus Johannes Harpprecht, *Lic. Consul Tubingensis;*

Dominus Jacob. Fridericus Kornbeck, *Consul Ludovicopolitanus.*

SECRETARII.

partes dextre obit *Dominus* Eberhard. Fridericus Moser, *Secretarius Consilii Regiminis;*

Accedunt denique *Advocati Jurati*, cum *Pedello*, & *Nuncio Dicasteriali.*

Auctoritatem Dicasterium nostrum Summum, unicum & indivulsum, hanc habet, ut *nomine* SERENISSIMI DUCIS *Jurisdictionem* suam, eamque *ordinariam*, non delegatam, in causis appellationum, nullitatum

litatum & remissionum exerceat *uuu*). Itaque mandata, rescripta, omnesque aliæ expeditiones, eo scribendi genere, quod ordinarium Cancellariæ est: Von GOttes Gnaden Wir CARL ꝛc. concipiuntur, omnibusque Præfectis, Archigrammateis, civibus ac subditis, immediate, quæ necessaria sunt, mandantur, præcipiuntur, illicita declarantur, mulctæ dictantur, probationes, inspectiones oculares, commissiones, atque exsecutiones sententiarum decernuntur: adeo ut si sententia dicasterialis dicasteriali sigillo munita, & a Domino Præside, unoque vel etiam duobus ex Assessorum numero subscripta Præfectis totius Ducatus in originali exhibeatur, illi statim, absque speciali exsecutionis mandato, sententias, nisi pœnam velint incurrere, exsecutioni dare debeant, *vvv*). Immo in genere nomine ac vice

uuu) Ordinatio Aulica p. 2. tit. 1. §. 1. Wir wollen an unser Statt Unserm Hofgericht unser Jurisdiction und Gerichts-Zwang über die Appellations-Sachen, so daran erwachsen, und was denselben anhängig, hiemit gegeben und befohlen haben. Add. *Tractatus noster* Cap. 1, §. 28. seqq.

vvv) vid. *Tractatus noster* Cap. 19. §. fin.

SERENISSIMI omnia illa censentur, Dicasterio Summo commissa, omniaque expediri ab eo possunt, sine quibus Jurisdictio illa generalis concessa explicari non potest.

Neque vero omnes causæ appellationum, nullitatum & restitutionum sine discrimine huc spectant, sed summa, de qua agitur, debèt esse, ut loqui solent, appellabilis, eaque hodie ubique est præstituta. Olim secundum Jus Provinciale Ducis *Christophori* Anno MDLV, & Rescriptum antiquum Eberhardinum supra not. (ff) allegatum, summa appellabilis erat XX. librarum; atque adeo antiquioribus illis temporibus minor summa sufficit, uti quoque Jure communi nulla certa summa est constituta. Postea in Juribus Provincialibus A. MDLXVII. & MDLXXXIII, & Ordinatione Aulica Anni MDLVII. pag. 13. & MDLXXXVII. P. I. tit. 2. §. die Sachen, XXV. florenorum summa legitur præstituta. Et quamvis Anno MDLXXXIII. deliberatio seria instituta fuerit, annon summa appellabilis esset augenda? æquius tamen visum, ut in pauperum gratiam hæc summa non mutata conservaretur, eo quod res per se parva & non adeo magna

gna ſumma pecuniæ, tenuioris fortunæ homini ſatis magna ſit, ejusque intereſſe multo plus forte queat, quam ſi de multo majore ſumma fortunacior litiget. Tandem tamen in Jure Provinciali Würtembergico *www*), & Ordinatione Aulica A. MDCLIV. *xxx*) aucta eſt ſumma usque ad L. florenos, quæ etiam hodie per Reſcriptum Anni MDCCXL. in immobilibus bonis regulariter obtinet. Olim etiam in ſummis Imperii Judiciis *yyy*) eadem ſumma L. florenorum eſt obſervata: ſed deinde Anno MDLXX. ad CL. florenos, & An. MDC. ad CCC, Anno autem MDCLIV. ad DC. florenos aucta tandem fuit.

Modus procedendi regulariter *oralis* eſt. Addiſci poteſt ex Aulica Ordinatione Anno MDCLIV. ab *Eberhardo* III. ſancita, & ex noſtro Tractatu, in quo noviora, quæ intra ſeculi fere ſpatium mutata, emendata, & ad hodiernum ſtatum accommodata fuere, diligenter annotavimus; cum quo utique viva Praxis conjungi debet. Ad

)()()()(4 expli-

www) Part. I. tit. 59. §. aber von Sachen.

xxx) Part. II. tit. 2. §. 5. Add. *noſter tractatus* Cap. VIII. §. 8.

yyy) *Ordinat. Camer.* de Anno MDXXI. tit. 24. & de Anno MDLV. part. II. tit. 28. §. 4.

explicationem tamen illustrationemque non sine fructu adhibebuntur antiquiores illæ Ordinationes Ducum *Christophori* & *Ludovici*, An. MDLVII. & MDLXXXVII. editæ. Scilicet Jus commune Provinciale, (ante cujus constitutionem varia variis in locis fuerant, immo sæpe contraria Jura particularia) a Duce *Christophoro* primum publicatum, abibat in nonnullis capitibus ab antiqua illa Ordinatione Aulica, quam *Ulricus* Dux Anno MDXIV. ediderat. Itaque prudentissime idem Dux *Christophorus* Ordinationem etiam Aulicam novam, in consilium adhibita Facultate Juridica, Anno MDLVII. adornavit, Juribus, quæ discreparent, ad concentum & concordiam in ea redactis, & Ordinatione Aulica priore, sicubi manca & inperfecta esset, emendata, ac superfluis resecatis *zzz*). Eam deinde insecuta

zzz) Testantur hoc verba *Proœmii*: So haben wir aber befunden, das dieselbige (de Anno 1514.) als damals nach Gelegenheit der Zeit, Personen und Läuffen, nicht allein auf das gemein geschrieben Recht, sondern auch zum Theil auf obangeregte dieses Fürstenthumbs herkomme, Gebrauch und Gewohnheiten gestelt, und also gemelten Unsern jüngst ausgegangenen und verkündeten Landrechten,

insecuta est Anno MDLXXXVII. Ordinatio Aulica *Ludovici*, quæ apud M. Abraham Saurium *in Fasciculo Judiciarii Ordinis singulari*, Part. I. Fascic. III. p. 47. exstat. Optimo & illa ordine conscripta est, iterum Facultatis Juridicæ consilio adhibito. Atque cum ea quoad partes & titulos accurate conspirat hodierna *Eberhardina* Anni MDCLIV, nisi quod hæc illam perpaucis in locis fecerit emendatiorem.

Locus, ubi Dicasterium Supremum convocandum, antiquis temporibus certus non erat: neque in Ordinationibus Aulicis diserte definitus, sed Aulæ potius

rechten, auch andern unsern Satzungen in etlichen fällen etwas ungleich und zuwider, auch für sich selbs nach Verenderung der Zeit, Personen und Sachen eines Theils unvollkommen, mangelhafftig, und eines Theils zu viel und überflüßig ꝛc. ꝛc. So haben wir abermalen ꝛc. mergenante Hovegerichts Ordnung ersehen, erwegen, und nach Unsern Landrechten, auch andern obgedachten Satzungen und Ordnungen gericht, und dieselbe durchaus, so viel vonnöten, allenthalben eintrechtig und gleichförmig gemacht, dasjenig so mangelhafftig erstattet, gemert und gebessert, und was zu viel und überflüssig, abgeschnitten.

affixus fuit, ita ut ex arbitrio Comitum atque Ducum Würtembergiæ magis penderet, quo loco judicium vellent haberi. Antiquæ illæ, quas supra not. (*hh*) allegavimus, sententiæ comprobant, Anno MCCCCLXXVII. & MCCCCLXXIX, atque adeo tempore Comitis *Eberhardi* Senioris, Uraci fuisse habitum. Anno MCCCCLXXXI autem,& LXXXVII itemque Anno MCCCCLXXXVIII, (ubi *Wilhelmus de Wernaw*, Ritter, Judex erat) habitum est Stutgardiæ, in Cancellaria, in der Hofgerichts-Stuben, ab *Eberhardo* Juniore Comite. Hodie autem *sedes Dicasterii constans Tubinga est*, in cujus Urbis Curia senaculum habetur Dicasterio inserviens, quod die Hofgerichts-Stube dicimus. Scilicet huic civitati per modum Privilegii cautum est, ut nusquam, nisi Tubingæ, convocari Dicasterium debeat. Id quod præmium est fidelitatis, *Ulrico* Duci in rebellione rusticorum ab Civitate Tubingensi præstitæ, qua non exiguum Duci contra famosum illum pauperem Cunradum auxilium tulerat. Hanc fidem Dux Sereniſſimus remuneraturus Tubingenses Anno MDXIV. non modo novo sigillo, & vexillo, atque insignibus, quibus hodie utuntur, ornavit, tribus etiam tormen-

tormentis ſerpentariis dono datis: ſed &, ut Judicium Aulicum Supremum Tubingæ haberetur, nec ſine gravi & ſontica cauſa aliorſum transferretur, per modum privilegii indulſit *aaaa*). Unde cum A. MDXXI. contigiſſet, ut regimen Regium Auſtriacum Dicaſterium Supremum Stutgardiam convocaret: Civitas Tubingenſis non ſolum ſcriptis exhibitis, ſed etiam Oratoribus Stutgardiam miſſis, intercedens, diſſolutionem convocati Dicaſterii petiit; quam & cognita cauſa impetravit, ut novum Tubingæ convocaretur Dicaſterium *bbbb*). Ob peſtem quidem Tubingæ graſſantem Anno MDLXXI. Waiblingæ, & MDXCIV, Marpaci, habitum fuit *cccc*). Sed alias convocatur ſemper Tubingæ: id quod peropportunum Juris Studioſis eſt; quos Facultas Juridica Tubingenſis, ut Supremo Dicaſterio frequentes adſint, ibique ad Praxin Juris diligenter inſtituantur atque

aaaa) Privilegium ipſum exhibet B. Dn. Abbas Zellerus, *libro cit.* p. 122.

bbbb) Documenta hujus rei laudatus adfert Zellerus p. 125.

cccc) Vid. *Ephemerides Domus Würtembergicæ* p. 38. 98. Dn. Steinhofer, Würtembergiſch. Chronick, P. I. pag. 373. & 419.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0062
DFG

atque exerceantur, ſedulo monere & ſolet & debet *dddd*).

Tempus convocati Dicaſtarii itidem diverſum ac varium fuit *eeee*). Vi antiqui Reſcripti ſæpius allegati, ſub regimine Comitum ſingulis annis bis eſt convocatum. In declaratione Commiſſionis Regiæ ſuper Transactione Tubingenſi de Anno MDXX, promiſſum conventumque fuit, ut in ſingulos Annos quatuor vicibus ſeſſiones inſtituerentur; quod tempus in confirmatione & ratificatione Transactionis Tubingenſis Anno MDLI. repetitum fuit a Duce *Chriſtophoro ffff*). In Ordinatione Aulica A. MDLVII. pag. 10. & illa A. MDLXXXVII Part. II. tit. 7. itemque Eberhardina Anni MDCLIV. Part. II. tit. 7. idem diſerte dicitur,

dddd) Jubent id *ſtatuta Academica renovata*, Cap. VII. §. 2. p. 46. & *Declaratio Ordinationis Friderici*, de A. MDCI. §. 33.

eeee) Antiquiſſima illa ſententiarum ſupra not. *bb*) *ii*) allegatarum exempla *tempus* etiam habiti Dicaſterii indicant, videlicet Anno MCCCCLXXVII. die Mercurii poſt Dominicam Reminiſcere; Añ. MCCCCLXXIX. die Sabbati ante Dominicam Oculi; Anno MCCCCLXXXI. die ſancti Nicolai.

ffff) apud Moſerum *in ſpecimine Würtembergiæ diplomaticæ* Num. 33.

tur; & in Jure Provinciali, Part. I. tit. 57. §. f. pariter constitutum est, ut Dicasterium quolibet Anno quatuor vicibus congregatum, quatuor hebdomatas singulis vicibus duret. Ipsa etiam tempora convocationis definita fuere: Dominica nempe Invocavit ac Trinitatis; tum feria Bartholomæi atque Martini. Non tamen hoc semper observatum fuit posterioribus temporibus. Inprimis tempore belli semel duntaxat, immo aliquando post biennium tantum convocatum est: moram tam longam tamen compensante duratione, quæ sæpe sex hebdomatum, interdum & duorum mensium fuit. Anno MCCXCIX. d. 1. Novemb. Rescripto Sereniſſimi Ducis cautum est, ut illud quotannis binis vicibus convocaretur, propter multitudinem causarum; id quod aliquoties deinde observatum. Quatuor annis proximis MDCCXLIV, XLV, XLVI-XLVII. atque etiam pluribus retro annis nonnisi unica vice institutæ sunt sessiones Dicasteriales, sed per sex hebdomadas continuatæ.

Neque illud est omittendum. si quando periculum in mora sit, Dicasterium etiam extra ordinem, sumtibus quidem petentium, permitti; id quod Anno MDCXCII, MDCXCIII. & MDCCXXXI. factum novimus

vimus *gggg*), cui nomen tum quidem imponi solet ein Gast-Hofgericht *hhhh*).

Atque hæc in præsens præfari visum. Supereſt, ut Lectores noſtros rogemus, ut laborem hunc noſtrum, inque eo publicæ utilitati inſerviendi ſtudium æqui bonique conſulant. DEum T. O. M. precamur, velit efficere, ut uberrimus ex hoc libro ad Lectores noſtros fructus redundet, & ſub felici regimine *Principis* noſtri *Sereniſſimi*, ac beato illo Pacis Juſtitiæque connubio, univerſæ Patriæ bene ſit. Scripſi Tubingæ prid. Kalend. Martii, Anno MDCCXLVIII.

Addimus hoc loco Reſcriptum Eberhardinum, cujus aliquoties in hac Præfatione, inprimis nota *ff*) mentio facta eſt.

Eberhard der Aelter.

An Vogten zu N. N.

Als weyland der Hochgebohrne Unnſer lieber Vetter Ulrich Grauffe zu Wirtemberg und zu Mumpelgard ſeeliger und loblich Gedechtnuß und Wir bißher ain Ord-

gggg) teſte Hæberlino *in ſentent. dicaſter.* Num. 585 & 588.

hhhh) Vid. Cap. III. *hujus tractatus.*

Ordnung in unserm Land ghalten haben, wie und in was Sachen man für Unnser Hoffgericht geappelliert, und solich appellacion davor prosecquirt und gerechtvertiget hand ꝛc. In derselben Ordnung hand wir umb gemeins Nutzen willen, uß Ursachen Unnß hierzu bewegende und mit Raut dies nachvolgend Endrung getan, also daß fuerohin kain appellacion für Unser Hofgericht zu gescheen gestatt- oder angenommen werden soll, die Hauptsach sye dann Zwainzig Pfund Heller wertt oder darob, oder daz es ainem sin eer berüre, wo aber die Hauptsache 10. Pf. Heller oder mer biß uff XX Heller antreff, so soll dem Appellirer erlaupt sein, sich für sin Obergericht, und nit wytter für Unser Hoffgericht zu berufen, doch soll um Bussen und Straffen kain appellacion zugelassen werden. Welcher auch appelliren will, wie obstet, der soll dem Richter schweeren ain Ayd zu GOtt und den Hailligen, daß er es thue, allein umb redlicher Beschwerd willen, als er vermain, und nit der Sach zu Lenngerung, noch seinem Widertail zu Geverde, darzu wollen wir ordnen und unser Reth, so an Unnserm Hoffgericht sitzen werden, ußgenommen Unnsern Cantzlar und Hoffmaister,

maister, in Befellen geben, Unnser Unterthanen so allda fürtt zu rechttigen gewynnent, und sie ervordern vergebens zu reden, damütt die Unnsere deste minder beswert werden. Es soll och firterhin uenser Hofgericht inn Sachen unnser Unterthan berirend des Jahrs zweimal, nemlich ains uff Sonntag Zünacht nach Martini, und das ander uff den nechsten Sontag Zünacht nach dem achtenden Tag Corporis Christi zu halten gesetzt werden. Sust laussen wir unnser Hoffgericht Ordnung inn andern Stücken, die hierinn nit geendert sind, dismals blieben, und befelen dir (Vogt) hierauff mit Ernst, du wöllest dis unnser firnemmen und enderunng in allen Gerichten und allen Undertanen diez Amtz und Zug offenlich urkunden, und sie beschaiden Dero firterhin also nachzukomen und zu leben, das ist unser ernstlich Mainunng: doch weß sich vor dato dis briefs appellacion begeben hette, dieselben allain laussen wir zu nach der vorigen Ordnung vor Unnserm Hofgericht anzunemen und zu rechtvertigen wie bißhero.

(o)

PRO-

PROEMIUM.

PRIMÆ EDITIONI PRÆFIXUM.

A Prima fere antiquitate invaluit; ut in omni prope Imperio, summum quoddam extaret Tribunal, ad quod extremæ causarum cognitiones devolverentur, ac ut ad illud, tanquam ad sacram anchoram & asylum à corruptis & indoctis maleque affectis Judicibus confugere esset integrum, Be-

 sold

sold. *de appellat. cap. 1. num. 8.* Et cùm Imperator sua manu jura per hanc extremam provocationem quasi claudat, ideò summum justitiæ Tribunal & postremum sententiæ elogium in Regno constituere, Regium Majestaticum jus dicitur, Nicolaus Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imper. part. 2. cap. 42.* Neque negari potest, quod hoc jus erigendi Dicasteria, Scabinatus & Judicia Provincialia, Hof-Gericht und Schöpffen-Stühl anzustellen, Principibus & Statibus Imperii, vi Superioritatis Territorialis, competat, ut totius Provinciæ appellationes eò devolvantur. Qui enim te judicat, Dominus tuus est Mylerus *de princip. & Statibus Imperii part. 2. cap. 42. §. 1. & 2.* Dn. D. Schvveder *in Jure publico part. Spec. sect. 2. cap. 13. §. 10. & 11.* Cùm igitur SERENISSIMA ET POTENTISSIMA DOMUS WURTEMBERGICA in suis Terris omnem superioritatem territorialem & jurisdictionem pleniſſime exerce-

erceat, & insuper Privilegio illimitato de non appellando gaudeat; hinc & nostrum Dicasterium & Supremum Appellationis Tribunal optimè constitutum & prudenter ordinatum est, ita ut sua jurisdictione & ambitu totum Ducatum Würtembergicum complectatur. Constat autem ex Nobilibus, Doctoribus & Ordine Provinciali, & sicuti antehac nulli certo loco adstrictum erat, ita hodie Tübingæ suam sedem fixam habet, ibique certis anni temporibus causas, mira, matura tamen celeritate, prudentia, & incorrupta justitia decidit, cùm singulis diebus, una causa expediatur. Ex quo solo superfluum videtur in laudes Summi hujus Provocationum Tribunalis excurrere, cùm in præfatione Ordinationis Aulicæ de Anno 1587. cimelium haud minimum hujus Ducatus expresse nominetur, & alii Viri doctissimi id jam abunde præstiterint. Ne tamen totus sileam, aliorum verbis uti malim. Reliquit autem

de Dicasterio summo M. Erhardus Cellius, Poëtices in Academia Tübingensi Professor in Oratione funebri A. 1585. habita Viri quondam Consultissimi, Chiliani Vogleri U. J. D. & Professoris Tübingensis, hoc Elogium: *Hic A. 1557. majus ad honoris emergens fastigium, in numerum Assessorum Supremi Wurtembergici Judicii, Consistorium appellant, verno tempore fuit adscitus, Hujus est tantæ fori æquitas & justitiæ administratio, pari conjuncta cum auctoritate, ut ab hoc ad aliud quodcunque magnum atque in Romano Regno Summum Appellationis jus omnibus Provincialibus sit præcisum. Est autem hoc Illustrissimum Principis Wurtembergici sic Tubingæ ordinatum prudentia sumtibusque Consistorium, ut quatuor causis omnibus audiendis & dijudicandis assideant Nobiles: totidem Juris Doctores, partim Consiliarii Principis, partim Professores Academici: totidem etiam ex Ducali Provincia electi cives.* (quamvis hic numerus ex quovis Ordine, uti in Ordi-

Ordinatione Aulica nullibi præscriptus, ita & hodie mutatus:) *Omnes hi pietate, doctrina, prudentia, æquitate, justitia, rerum experientia viri spectatissimi, quibus tamen omnibus Præses & Judex antesignanus Pietate, Nobilitate, Doctrina omnique Virtute Judice vero digna præfectus est. O felicem, O beatam hoc justitiæ foro Wurtembergiam.* Gemina tradidit Anthonius Winterus *de Assessorib. part. 1. cap. 9. num. 13.* hisce verbis: *Hac occasione oblata non possum non Wurtembergici Dicasterii nostri mentionem facere honorificam. In aliis glorientur Tribunalia cœtera, nulli cedet nostrum, quantum ad munerariam castitatem, alibi Referentes nosse res forte non ardua est; hic se prodidisse, referentibus pro manifesto foret justitiæ stupro, ut quos occultos dudum voluit Ordinatio Cameralis part. 1. tit. 10. §.* Es soll auch. *Alibi vix forte audieris, qui pecunias reportaverint domum non acceptas dono munerique, hic nunquam audieris, qui offerre ausus, nedum qui oblatione*

admissus fuerit. Et sicuti porrò noviori-bus temporibus B. Dn. D. Harpprechtus *in Resp. 15. num. 144.* Dicasterium Wür-tembergicum eruditam & justitiæ studio-sissimam curiam nuncupat; & testatur, quod hoc elogio Supremum nostri Prin-cipis Serenissimi Dicasterium semper eminuerit. Ita Dn. D. Gras *in collatione Juris Civil. Roman. cum Recess. Imper. Rom. German. Sect. XI. pag. 563.* a celeritate re-rum expediendarum illud hisce verbis ad-modum commendat: *Et hanc in rem non satis laudandum & prudentissimum & justis-simum illud Serenissimorum nostrorum Ducum in hoc Würtembergico Ducatu institutum, quo in Summo Appellationis & Dicasterii Aulici Tribunali, partes in ea Appellationis instantia causas suas ita instituere debent, ut recessu coram habito, singulis, qui in totum ad id destinati sunt, diebus, singulæ causæ re-gulariter decisiones suas, citra ullum justitiæ dispendium aut præcipitatæ sententiæ metum facili negotio nanciscí queant.* Ne autem

huic

huic Summo Tribunali tanto encomio insigni, in ullo aliquid desit, munitum insuper est Ordinatione Aulica, Hof-Gerichts-Ordnung, quàm acuratissime conscripta & à Serenissimo Domino Duce EBERHARDO glorioſæ memoriæ Anno 1654. den 29. Martii revisa & publicata, nam anteriores, mandatis Serenissimorum Ducum CHRISTOPHORI de Anno 1557. & LUDOVICI de A. 1587. typis mandatæ usu antiquatæ sunt & sola illa noviori hodie Dicasterium utitur. Neque incertum est, quod processus quidem Dicasterialis ibidem sat bene sed breviter delineatus & descriptus sit, sed negari tamen nequit, usum & experientiam utramque hic facere paginam & conjungi debere, ut nimirum ea, quæ brevibus in Ordinatione Aulica dicta, dextre & convenienter applicentur & formulæ, cum petitis, ubique adæquate struantur. Cùm igitur per duo lustra causas egerim & SERENISSIMI DN. DUCIS, DOMINI

PROEMIUM.

MEI CLEMENTISSIMI nutu & gratia Assessoris munus mihi concreditum per septem Annos hactenus sustinuerim, non abs re fore duxi; si processum Dicasterialem Summi hujus Provocationum Tribunalis adeo bene ordinati, in usum Dominorum Studiosorum, Advocatorum & qui porro rebus agendis delectantur & occupati sunt, conscriberem. Calcare addito, periculum feci, & per viginti quatuor capita Tibi B. L. hunc Tractatum sisto. In quo Processus Appellationis, Nullitatis, Remissionis, Restitutionis in integrum, & Revisionis brevibus adumbratos dedi, & quidem ita, ut non solum formulas petitionis practicas semper adjecerim & multis præjudiciis Dicasterialibus illum exornaverim, sed etiam differentias Processus Juris Communis & Cameralis, nec non inferiorum Judiciorum Würtembergicorum diligenter notaverim & Processum Cameralem subjunxerim, eo animo, ut hic Tractatus non solum in

Ducatu

Ducatu Würtembergiæ, sed etiam in aliis Regionibus omnibus causarum Patronis utilis esse possit. Fontes, unde hauserim allegata præjudicia, simul indicavi, ubi autem hoc omissum, notes velim, quod illa partim ex Schedis B. Dn. D. JOHANN-DAVIDIS MOEGLINGI Professoris Publici Ordinarii, Assessoris Supremi Dicasterii meique thori Antecessoris fideliter desumserim, partim benevole communicata acceperim, partim propria experientia edoctus addiderim. In quo fidem meam liberavit Dominus Licentiatus GEORG HEINRICH HÆBERLIN, Serenissimi Domini Ducis Secretarius Regiminis & Supremi Dicasterii, jam Consiliarius Regiminis, qui sententias Dicasterialles in usum practicorum laudabili diligentia collegit & cum appendice XXXIII. Rescriptorum, Decretorum aliorumque utilium publici Juris fecit, ita ut propterea ejus Opus, cui titulus est: Rerum in Supremo Ducatus Wurtembergici

Appellationum, quod Tubingæ est Tribunali per XLVI. annos judicatarum & transactarum: Continua Recensio, oder Urtheile, Beschеide, Arbitramenten und Vergliche, so von dem Hochfürstlichen Würtembergischen Hof-Gericht zu Tübingen, von A. 1672. biß 1718. eröffnet und bestättiget worden, &c. valde commendari & jungi mereatur, cum Processus & Stylus Dicasterialis ejusque formulæ exinde eò faciliori modo addisci queant. De cætero cum omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare divinitatis magis quam mortalitatis sit. Constitut. *Tanta §. 4. de confirmat. digest.* ideo si in aliquo hallucinatus, imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest, hoc adscribas velim, eoque magis, cùm meliora edoctus, veritati cedere semper paratus sim. Quæ verò recte posita, utere

B. L. & verte in tuum usum, Tibique persuasum habe, me fideliter & ordine naturali & in foro usitato, omnia, ut Tibi prosim, & ut publicam utilitatem & justitiæ administrationem promoveam, scripsisse. Et cum de Processu Dicasteriali nihil typis hactenus impressum extiterit, credidi, fore, ut multis meus labor neque inutilis neque ingratus sit. Si spes me non fallat, erit, de quo mihi impense gratulor. Neque tamen iniquam censuram & Momum multum curabo, contentus, si non omnibus, modo bonis & extra studium partium positis placeat. Et si non omnia, modo plura vel quædam bene scripta sint. Et hoc est, quod monere volui & necessarium duxi. Ita vale & fove B. L. Tui studiosissimum, meisque studiis favere perge. Dabam è Musæo Tubingæ Anno

MDCCXX.

Syllabus

Syllabus Capitum.

Cap. I. *De Privilegiis Würtemb. in judicialibus, auſtregarum, & exemtionis, ſeu de non evocando, maxime de non appellando, & judiciis appellationum, in ſpecie de Supremo Dicaſterio, ejusque jurisdictione.*

- II. *De Perſonis Judicii Aulici.*
- III. *De citatione, termino & modo convocandi Dicaſterium.*
- IV. *De Loco, compellatione & legitimatione.*
- V. *De Contumacia.*
- VI. *De terminis & dilationibus*

bus ad probandum & agendum, earumque prorogationibus.

Cap. VII. *De facti narratione & reproductione.*

- VIII. *De formalibus appellationis.*
- IX. *De communione appellationis.*
- X.. *De attentatis.*
- XI. *De cautione, sequestro, arresto, & decreto interimistico seu provisionali.*
- XII. *De litis denuntiatione, nominatione, adcitatione & interventione.*
- XIII. *De Processu Dicasteriali in materialibus.*
- XIV. *De probatione in genere, maxime per testes.*
- XV. *De articulis positionalibus & responsionalibus.*

Cap.

Cap. XVI. *De probatione per instrumenta & editione documentorum.*
- XVII. *De Juramentis, illorumque probatione & usu.*
- XVIII. *De oculari inspectione.*
- XIX. *De sententia ejusque conceptione & executione.*
- XX. *De expensis, earumque adjudicatione & taxatione.*
- XXI. *De processu nullitatis.*
- XXII. *De processu causarum remissionum.*
- XXIII. *De extrajudicialibus.*
- XXIV. *De revisione.*
- XXV. *De restitutione in integrum.*

Cap. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0081
DFG

CAP. I.

De Privilegiis Würtemberg. in Judicialibus, maximè de non appellando & Judiciis appellationum, in specie de Supremo Dicasterio, ejusque Jurisdictione.

SUMMARIA.

§. 1. Sistit I. privilegium Würt. austregarum, ac

§. 2. II. exemtionis, & de non evocando, nec non

§. 3. III. Privilegium de non appellando illimitatum exhibet, illudque deducitur ex privilegiis antiquis Imperatorum Caroli IV. Sigismundi, aliorumque & Maximiliani, & quidem

§. 4. 1) ex generali prohibitione, ne Würtembergici ad aliena judicia trahantur, sed in propriis judiciis judicandi sint.

§. 5. 2.) Quia litigantes acquiescere sententiis ibidem latis debeant, sich begnügen lassen.

§. 6. 3) ex verbis, für einig ander Gericht ferner nicht gezogen, noch wider sie procedirt und gehandelt werden, argumentatur pro exclusione ulterioris appellationis,

§. 7. 4.) maxime cum contra Judicium Imperium aulicum non saltem, sed etiam

§. 8. 5) contra Cameram Imperialem exemtio in iis data.

§. 9. 6) Et quidem sub clausulis enixis, generalibus & sæpius repetitis; auf keine oder keinerley Weise.

§. 10. 7) Item an allen Enden, und weß die sind.

§. 11. 8) und nirgends anderstwo.

§. 12. 9) Et quia non nisi unicus casus protractæ & denegatæ justitiæ excipitur.

§. 13. 10) Insuper hæc Würtembergica privilegia antiqua authentice de privilegio de non appellando interpretatus est Imperator Leopoldus A. 1667.

§. 14. 11) Carolus VI. Anno 1725.

§. 15. 12.) Ferdinandus II. 1629.

§. 16. 13) In Juribus quoque Würtembergicis provincialibus ab Imperatoribus A. 1553. & seqq. expresse confirmatis, subditis & incolis W. interdicitur appellatio ad suprema Imp. judicia & exhibetur confirmatio de A. 1555. Caroli Vti in extenso.

§. 17. 14.) Privilegium de non appellando itidem probant privilegia Caroli Vti de A. 1521. & 1530. ratione Judæorum, ubi Camera Imperialis expresse nominatur.

§. 18. 15) Argumentum desumitur ex ordinatione aulica Würtemb. de A. 1475. ubi interdicta appellatio ulterior.

§. 19. 16) conspirat communis DDrum consensus, & 17.) praxis, cum tempore immemoriali.

§. 20. adjungitur 18.) participatio Privilegiorum Austriacorum.

§. 21. Explicantur 19.) Privilegia antiqua Würtemb. insuper ex privilegiis Saxonicis & Brandenb. ubi eadem formalia occurrunt, quæ de privilegio de non appellando authentice explicata sunt.

§. 22. Privilegium Würtemb. est itidem 20) illimitatum, quoad causas & summam,

§. 23. & 21) quoad personas s. forenses s. cives.

§. 24. In novioribus ordinat. Wurtemb. est non nisi liberalis permissio subditis data, si forenses appellant, ut communi appellatione tantisper fruantur; quæ hodie sublata.

§. 25. Neque tamen officiales, vasalli, incolæ ac subditi, ratione bonorum immobilium, ad ulteriorem appellationem unquam admissi fuere, & in actionibus realibus iterum semper denegata fuit.

§. 26.

§. 26. Juxta tenorem Würtemb. privilegiorum forenses, ut subditi, excluduntur ab ulteriori appellatione; quæ privilegia ad pristinum statum reducta, & extraneis facultas ulterioris appellationis ad Judicia Imperii suprema denegata, ita ut apud Dicasterium & Revisionis Judicium W. manere debeant.

§. 27. Extensio hujus privilegii facta est ad Comitatum Montispeligard. Harburg & Reichenweiher.

§. 28. & 29. Sistit Judicia appellatoria Würtembergica minora.

§. 30. Dicasterium summum, ejusque jurisdictionem in appellationibus &

§. 31. Causis nullitatum

§. 32. ac Remissionis.

§. 33. & Restitutionis in integrum, nec non in multis extrajudicialibus. Porro disquirit, an prorogatio jurisdictionis? &

§. 34. an reconventio in dicasterio locum habeat?

§. I.

SEreniſſima & Potentiſſima Domus Würtembergica pluribus ſplendet Privilegiis, & inter illa, quoad judicialia, PRIMUM illud conſpicuum eſt, quod Sereniſſimi Duces Würtemb. nullibi conveniri poſſint, niſi coram Magiſtro Aulæ & Conſiliariis ſuis, ſicque fori electionem habeant, juxta Privilegium ab Imp. Maximiliano I. ob bene merita Imperatori & Imperio præſtita, Eberhardo I. Duci Würtemb. in Comitiis Wormatienſibus A. 1495. d. 20. Auguſti ex certa ſcientia & cum conſenſu Procerum Imperii conceſſum, quod Cameræ Imperiali inſinuatum A. 1571. d. 13. Jun. Gylmann *tom. 3. ſymphorem. p. 277.* & Wehner *tom. 6. c. 5. p. 129.* illudque referunt Joh. Limnæus

in Jure publico Lib. 5. cap. 16. n. 12. Paul. Matth. Wehner *in Symphorem. tom. 6. cap. 4. §. 15. pag. 96. & 97.* & Joh. Christ. Lünig. im Teutschen Reichs-*Archiv Part. Spec. contin. 2.* in der 4. Abtheilung *VII.* Absatz *privileg. 25. pag. 714. cum seqq.* Adam Cortrejus *in Corpore Juris publ. S. R. I. in Collect.* der sonderbaren *Privilegien* und vortreflichen Freyheiten *No. 42. p. 250. cum seqq.* vel potius confirmatum dicendum, cum Comitibus Würtembergicis ab Imperatoribus Carolo IV. Wenceslao, Sigismundo & Friderico A. 1361. 1380. 1415. 1417. 1463. 1468. 1469. 1474. privilegium exemtionis contra omnia judicia peregrina, quæcunque tandem sint, & austregarum jam datum fuerat, quæ privilegia in extenso legi possunt apud Dn. Heinrich Martin Burckhard im Würtemb. Kleeblatt dreyer *Privilegiorum, exemtionis fori, austregarum, & de non appellando* in denen Beylagen *ad No. 1. usque ad No. 24.* & Dn. Joh. Jacob Mosern *in specimine Würtemb. diplomat.* Sammlung vieler sowohl einzeln gedruckt- aber rar seyender Urkunden, das Hochfürstl. Hauß und Hertzogthum Würtemberg betreffend *No. 6. cum seqq. No. 30.* & plenius illud explicarunt Burkhard. *dict. Tract. cap. 2. §. 3. cap. 3. 4. & seqq. & cap. 8. & 13.* Dn. Joh. Peter à Ludwig *in Tract. de prærogativis Würtemberg. Ducatus, præsertim adversus appellationes, evocationes & austregas sect. 2. cap. 4.* Neque dubitandum, quin hoc

hoc privilegium austregarum in viridi vigeat usu, novoque præjudicio stabilitum sit, ejusque virtute causa debiti & hypothecæ Antonii de Bartheld. per sententiam Cameralem Anno 1720. d. 17. Jun. latam *Disp. nostra de arbitr. necessar. cumprimis austreg. convent. & testamentar.* Germ. gewillkührter Stamm- und Erbs-Austrags-Richter *cap. 1. §. 4.* ad Consiliarios, Land-Hofmeister und Räthe, remissa fuit Dn. Burkhard *cap. 6. §. 5.* qui in denen Beylagen *sub No. 38. pag. 193.* hanc sententiam exhibet. Quod judicium austregale An. 1724. d. 27. April sententiam absolutoriam, compensatis expensis, publicavit, cujus integer tenor iterum legi potest apud Dn. Burckhardum *in supplem. in fine. oper. adjecto.*

§. II.

SECUNDO in eodem Privilegio Maximiliani I. Sereniſſimis Ducibus Würtemb. ejusque Ministris, Vasallis, Subditis & Incolis, itidem privilegium exemtionis adversus evocationes concessum est, contra Judicia Provincialia, Westphalica, Rothwilensia, aliaque peregrina, quæcunque tandem sint, hisce verbis: Für das Hoff-Gericht zu Rothweil oder einig ander Land- oder Hoff-Gericht und Gericht, für unser Hoff-Gericht zu Rothweil oder andere Land-Hoff- oder Stadt-Gericht, oder für die Westphälische oder andere heimliche Gerichte, wie die Nahmen haben oder genennet werden möchten, nicht laden,

fürheischen &c. Von euch zu Rothweil oder allen andern unsern Hoff- Städt- oder Land-Gerichten, und Gerichten, wie die Nahmen haben, die Wir auch hiemit unterschiedlich bestimmet und benennet haben wollen. Jus Provinc. Würtemb. *p. 1. tit. 60. pr.* Ord. Provinc. Würtemb. *tit. 10. fol. 19.* & Rescript. Gener. *8. de Anno 1613. d. 25. Jun. p. 296. cum seqq.* Et quidem sub hac distinctione, ut ministri, vasalli, officiales, civitates, pagi, universitates & communitates non nisi coram Sereniſſimo Dn. Duce suisque Consiliariis, reliqui autem subditi cives & incolæ, coram ordinariis & competentibus suis judicibus conveniri debeant. Quamvis non per omnia itidem novum fuerit Privilegium, sed magis confirmatum, quàm tunc demùm concessum, cùm proœmium ejus ad antiquiora se referat privilegia exemtionis, & Rescriptum quoque Generale Wurtemb. 8. de A. 1613. in Ord. Provinc. pag. 297. hisce verbis: angeregten Unsern uhralten Privilegien entgegen: antiquissimorum Privilegiorum mentionem injiciat, nec non, ante erectionem Ducatus, Comites quoque Wurtemb. tali Privilegio de A. 1361. jam muniti erant, referente Dn. Schwedero *in jur. publ. part. spec. sect. 1. cap. 14. §. 15.* hincque etiam super exemptione transactio cum judicio Rothwilensi jam A. 1472. inita, & A. 1657. Cameræ Imperiali insinuata. Blum *in Proceſſ. Cam. tit. 47. tab. 3. pag. 379.* quæ legi potest apud D. D. Burgmeisterum im Teutschen *Corp. Jur. publ. & privat. part. 2. fol. 691.* & Joh. Georg.

Georg. von Zimmern *in manual. Cæsar. Dicast. Rothvil. in fine oper.* add. *p. 2. quodlib. 2. pag. 100.* uti itidem Privilegiorum de A. 1541. & 1629. mentionem injicit. Uti quoque privilegii de A. 1541. meminit Speidel. *voc. appellat.* & Mindanus *in proceſſ. Camer. lib. 1. in fine cl. 3. pag. 223.* Conjunctim autem omnia antiqua privilegia Comitum & Ducum Wurtemberg. de A. 1361. 1380. 1392. 1401. 1415. & ſequentium annorum in extenſo ſiſtunt Dn. Burckhard *ſub No. 1. usque 37.* Dn. Moſer *n. 6. ſeqq. & n. 30. cit. Tract.* illudque privilegium exemtionis & de non evocando ad peregrina judicia, quomodocunque nominantur, latius deduxerunt Dn. Burckard, *per totum, maxime cap. 3. ſeqq.* & Dn. à Ludwig *ſect. 2. cap. 3.*

§. III.

TERTIO verò Sereniſſima Domus Würtembergica communi conſenſu Hiſtoricorum, Jureconſultorum & Cameraliſtarum illimitato de non appellando Privilegio gaudet, vid. Beſold. *de appell. cap. 2. §. 2.* quo non niſi Electores & pauciſſimi Principes, ut, Archi-Duces Reges Sueciæ, ut Principes Imperii, Auſtriæ, Duces Saxoniæ, Burgundiæ & Lotharingiæ &c. unà cum Sereniſſ. Ducibus Würtemb. muniti ſunt; vi cujus litigantes & appellantes apud Dicaſterium ſummum, Hof Gericht, manere debent, nec ad Judicium Impetii Aulicum vel Cameram Imp. aliudque extraneum appellare

possunt. Anthon. Winter *de assessor. part. 1. cap. 2. n. 72.* Bocer. *Cl. 2. disp. 34. th. 36.* Dn. D. Schweder *in Jur. publico part. spec. sect. 1. cap. 11. num. 2.* illisque tamen recursus ad Judicium revisionis patet, de quo cap. 24. agendum. Nullo Doctorum dissentiente, nisi quod Mynsingerus *dec. 1. resp. 8. n. 17.* illud in dubium vocare ausus sit, sed communiter vapulat, cùm tempore & usu immemoriali non saltem roboratum, sed & ab Imperatoribus expressè confirmatum, hincque refutatus sit à Besoldo *ad J. P. W. p. 1. th. 108.* & D. Lauterbachio *p. 1. th. 76.* ita ut Mylerus ab Ehrenbach *ad Rümelin Discurs. ad Aur. Bullam D. 2. p. 2. cap. 11. th. 4. lit. c. p. 307.* scribere haud dubitet, quod Mynsingerus injuria Sereniss. Duces Würtemberg. incuset, quasi de facto incolis suis Ducatus jus appellandi denegent, mireturque tantum Virum Privilegium Statuum Imp. Cameræ Imperiali insinuatum de non appellando, contra *L. 2. §. 43. de O. I.* ignorasse.

§. IV.

Ex quo fonte hoc illimitatum Privilegium Würtembergicum de non appellando deducendum, variant DDres. & diversa allegare solent fundamenta. Neque hæc hæsitatio miranda, sed faci è iis condonanda; destituti etenim erant documentis pluribus privilegiorum antiquorum Cæsareorum, aliisque subsidiis. Veriorem & in Privilegiis ipsis optimè fundatam opinionem illam adstruimus & approbamus, quæ hoc privilegium

legium illimitatum Würtemb. de non appellando ab Imperatoribus Carolo IVto Wenceslao, Ruperto, Sigismundo, Friderico, & Maximiliano I. Comitibus & Ducibus Würtemb. Serenissimis in formâ ampliſſima conceſſum, extenſum & ſæpiùs confirmatum eſſe affirmat, ita, ut à ſententiis in Supremo Dicaſterio aliisque Judiciis Würtemberg. latis, æquè ad Judicia Imperii Provincialia, Rothwilenſe, aliaque quæcunque, ac ad Judicia Imperii Suprema, Judicium nimirùm Aulicum & Cameram Imperialem, nulla detur appellatio. add. Cruſius *in Annal. Suevic. lib. 9. P. 3. c. 5. fol. 500.* ubi rectè ſcribit, quod Comites Würtembergici jam antè Erectionem Ducatûs hoc privilegio gaviſi ſint. Quod itidem concedunt Rümelin & Nicol. Myler ab Ehrenbach, *ad Aur. Bull. D. 2. P. 2. th. 4. & pag. 304. & 308.* Stamler, *de reſervat. Imper. c. 43. n. 12. & 13.* Stryk, *§. 5. ad tit. quib. appellare non lic. & Diſp. de illicita appellat. c. 2. §. 3.* Hocque probamus PRIMO exindè, quia in Privilegiis Cæſareis de An. 1361. 1380. 1401. 1415. 1417. 1427. usque ad annum 1495. ab Imperatoribus proximè recenſitis clarè diſpoſitum extat, quod omnes ſubditi ac Incolæ Würtemb. extra Provinciam ad nullum extraneum Imperii Judicium, quodcunque tandem ſit, trahi debeant, ſed in propriis Würtemb. curiis judicandi, & à quibuscunque judiciis alienis ad Würtemb. judicia remittendi ſint; quorum privilegiorum tenor integer legi poteſt apud Dn. Burckardum in Ap-

pend. *N 1. usque ad N. 28.* Dn. Moserum, *N. 6. sqq. & N. 30. cit. tract.* ubi cumprimis notari meretur, quod Privilegium Sigismundi de A. 1415. primum ad actiones personales, & deindè nonnisi ad judicia extranea expressè nominata restringi voluerit, verùm ab Eodem Imperat. Sigismundo A. 1417. & 1427. ad actiones quoque reales & ad omnia Imperii Judicia, quomodocunque nominentur, extensio generalis facta sit; cùm igitur hæc privilegia generaliter & indistinctè loquantur, neque inter judicia & judices primæ vel secundæ instantiæ, inferiora vel suprema distinguant, generaliter sanè & indistinctè quoque exaudienda sunt, ita, ut cives & subditi Würtembergici à nemine & nullâ actione coràm alienis judiciis imperii, licèt Suprema Judicia sint, tàm in primâ, quàm secundâ Instantiâ conveniri queant; id quod in specie asserit Fridericus Esaias Puffendorff, *de Jure non appellando, §. 30. & 31. cap. 2.* & indè infert, quod antiquis temporibus privilegium de non evocando comprehendat quoque Judicem superiorem & Privilegium de non appellando; Idem sentit Dn. a Ludwig *cit. tract. sect. 2. c. 3 in not. lit. 1. & lit. l.* Cùm generaliter dicta generaliter etiam accipienda, *L. 1. §. 1. de legat. præstand. L. f. C. de dot. promiss. L. 8. de public. in rem act.* & locutio generalis quoad omnia, de quibus intelligi potest, eundem effectum habeat, quem specialis quoad singula. *L. 79. de leg. 3. l. 57. de administrat. tut.* D. Harpprecht, *Cons. 70. n. 329. & 330.* Et quæ indi-

indistincte proferuntur, generaliter & sine distinctione exaudienda sunt. D. Lauterbach, Vol. III. *in Consil. Tubing. 196. n. 4. & cons. 199. n. 11.*

§. V.

Quæ generalitas horum privilegiorum eò magis hîc admittenda, quod SECUNDO hæc privilegia hanc notabilem dispositionem adjungant, quod omnes litigantes sententiis in Curiis Würtemb. latis stare & in iis acquiescere debeant. Formalia in Privilegio Sigismundi de A. 1415. ita sonant, ibi: **Wer** auch zu derselben Eberharts und sollicher seiner Erben und Nachkommen Dienern oder Mannen **ichts** zu klagen oder zu sprechen hat, oder gewinnet, **umb welcherley Sach das ist**, der soll Recht vor In fordern und nemmen, vor dem izt genannten Eberharten, seinen Erben und Nachkommen, und **Niendert anderstwo**; wer aber zu andern Iren Leuten, Undersessen, und den, die In zu versprechen steen, **ichts** zuklagen oder zusprechen hat, oder gewinnet, **warumb das ist**, der soll Recht von dem nemmen, an den Enden und Gerichten, dahin und in die sie gehören, und darinn sie gesessen sind, und **niendert anderstwo**, und **alle und jegliche Klägere und Klägerinne** sollen sich auch an den vorgeschrieben Enden **an Rechte begnügen lassen.** Cum quibus conspirat non solùm Imper. Friderici Privilegium de A. 1467. hisce verbis: Wer zu Ihren Räthen,

Räthen, Dienern, Mannen, Leuthen, Hinterſeſſen, und die Jhn zu verſprechen ſtehn, Klag, Spruch und Vorderung hette, oder zuhaben vermeinet, das dann dieſelben Kläger darum Recht vor Jn, ſeinen Räthen, und in den Gerichten, darinn die Egemelten angeſprochen geſeſſen ſein, und **Niendert anderſtwa**, ſuchen, ervordern und nemmen, und **ſich des daſelbs von Jhnen laſſen begnügen, und für einich ander Gerichte ferner nit gezogen, angelangt noch bekümmert werden.** Sed etiam Maximiliani Imper. de A. 1495. ibi: **Wer** aber zu andern ihren Leuten, Unterſaſſen, und denen, ſo Jnen zu verſprechen ſind, **ichtswas** zu ſprechen oder zuklagen hat, oder gewinnet, **warumb das iſt, nichts ausgenommen**, der ſoll anfencklich Recht von denſelben vordern und nemmen, an der Enden und Gerichten, dahin und in die ſie gehören, und darinn ſie geſeſſen ſeind, **niendert anderſtwa**, und **jeglich** Kläger und Klägerinn ſollen ſich auch an den vorbeſtimmbten Enden **an Rechte[n] begnügen laſſen**, wie recht iſt. Tenor integer legi poteſt apud Burckardum *No. 10. 21. & 28.* & Moſerum, *No. 14. & 30.* Jam autem quicunque à ſententia judiciorum Würtemb. ad extraneum Judicem quemcunque appellat, de illo non poteſt dici, quod ſententiæ ſtet, & in illa acquieſcat, laſſe ſich an denen Rechten begnügen und erſättigen; cùm per appellationem cauſa ad alium & extraneum,

neum, minimè Wurtembergicum Judicem trahatur, sententia impugnetur, gravamina deducantur, nova probatio suscipiatur, imò nova planè existat instantia, & novus inchoetur processus appellationis. Quod argumentum pro exclusione appellationis ulterioris itidem urgent Dn. à Ludewig, *cit. Tract. sect. 2. cap. 2. §. 3. & in not. lit. a.* & Dn. Burckart, *cap. 12. §. 8.* add. Disp. Hertelii, *de Privilegio Saxon de non appellando, ad terras Misnicas, Thuring. & Franconicas extendendo, c. 2. §. 6. & c. 3. §. 10.* ubi vocabulum begnügen, in hoc sensu itidem accipitur; illudque adhuc fortius ex eo redditur, quod, in casu, si quis promiserit, se staturum ac pariturum sententiæ, Er wolle es bey der Urthel bewenden lassen, hæc verba ad inducendam renunciationem satis declarantia esse ac tacitum ad minimum pactum renunciativum appellationis operari debere DDres itidem adstruant, quia promittens, se sententiæ staturum, utique simùl promittit, se sententiam non impugnaturum, ita, ut, quocunque remedio sententia impugnatur, illo uti talis promissor prohibeatur. Jam autem per appellationem, uti dictum, sententia directò impugnatur, ejusque effectus suspenditur & penè extinguitur; *L. 1. §. fin. ad SCt. Turpill.* proinde talis promittens rectè ab appellationis remedio excluſus censetur. Facit & hoc, quod verba sint accipienda cum effectu, qui nullus hîc futurus esset, si appellatio permitteretur; cui opinioni subscribunt Bach. ad Treutl. *vol. 2. Disp. 33.*

th. 3.

th. 3. lit. B. & C. Lauterbach, *in Colleg. § 16. de appellat & relat.* Neque dubitandum, quin à tali pacto renunciativo appellationis ad casum subſtratum, ubi litigantes, ex neceſſitate privilegii legali, ſententiæ acquieſcere debent, longè facilius argumentum duci valeat, ne verba privilegii otioſa & fruſtranea ſtent, utpote quæ nullum alium commodum admittere poſſunt ſenſum, quàm ut tales litigantes à remedio appellationis arceantur; neque argumentum à pacto ad leges & privilegia in jure incognitum eſt. Nicol. Eberhard à Middelburg, *in loc. argum. legal. loc. 120.*

§. 6.

Accedunt TERTIO verba privilegii proximè adducta Imperat. Friderici de Anno 1467. ibi: und ſich des daſelbs von Jnen laſſen benügen, und für einig ander Gerichte ferner nit gezogen, angelangt, noch bekümmert werden. N. 21. & Maximiliani de A. 1495. N. 28. ibi: und wider die vorgeforderte nicht procediren, noch in einige Weege zu handlen. Quodſi autem actores, juxta privilegium Friderici, Cives Würtembergicos nullibi, niſi coràm Würtembergicis Judiciis, convenire, illis & ſententiis ab iis latis acquieſcere, nec ad ullum aliud Judicium cauſam trahere, nec ulteriùs & ampliùs illos eatenùs inquietare debeant; Et ſi, juxta privilegium Maximiliani, porrò omnes Judices alieni gradum cognitionis ſiſtere, quieti eſſe, & nullo modo amplius

ſuam perſonam Cancellariam Württembergicam pro Judice competente agnoverat, hincque Contractûs Confirmationem ibidem petierat. Pariter heres, extraneus licèt, ex perſona defuncti ſubditi Württembergici rectè judicatur, & actiones contra defunctum radicatas ex jure & foro defuncti ita tractantur, ac ſi Subditus adhuc viveret. *arg. L. 19. de judic.* L. *59. L. 143. L. 175. §. 1. L 177. de R. J.* Beſold, *in Theſaur. Pract. voc.* Bürger. Lauterbach, *Exerc. 17. Concl. For. 14. & Diſp. de domicilio, th. 71.* Neque ſaltem Subditus juxta vulgarem ſenſum, & qui ratione domicilii talis eſt, hic intelligendus, ſed comprehenditur etiam, qui ratione bonorum talis & quidem haud inepte realis dicitur; cùm extraneus bona immobilia in territorio Principis poſſidens, hoc reſpectu, ejus ſubditus eſſe cenſeatur, ejusque Legibus in omnibus, hæc bona concernentibus, ſubjectus ſit; hinc etiam homagium reale ratione bonorum in territorio ſitorum multis in locis epæſtandum venit; *cap. un. §. verum. de ſtat. regular. in 6to.* Struv, *Exerc. 17. th. 20. ibique* Müller, Mencken, *§. 10. de jurejur.* Myler ab Ehrenbach, *de Stat. Imper. P. 2. cap. 28. §. 7. ſeqq.* D. Schweder, *in Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 11. §. 2.* Dn. ab Eyben, *in Elect. feud. c. 11. §. 14. ſqq.* Hertius, *in opuſcul. vol. 1. tom. 2. Diſp. de Subject. Territor. §. 3.* Talis igitur à permiſſione ulteriùs appellandi in Ordinationibus Württemb. novioribus ex gratia indulta ſemper excluſus fuit. Dn. à Ludewig, *cit. Tract. Sect. 2. c. 2. §. 3. lit. m.* Dn. Burckard, *c. 12. §. 25. & 26.* Dn. Author Annotat.

Annotat *ad J. W. P. I. n. 117.* Et ita in causa appellationis Stuttgard. Anno 1711. den 22ten Sept. appellatio ulterior per Interlocutoriam denegata, quia appellantes pro Subditis habiti, lisque de prædio Superioritati territoriali Württembergicæ subjecto erat. Hæberlin, *in Sentent. Dicast. N. 1023. & N. 1073.*

§. XXVI.

Deduximus hactenùs, quod Cives, Subditi, incolæ, omnesque recensitæ personæ, quæ ratione officiorum, bonorum & domiciliorum, Superioritati & Jurisdictioni Württembergicæ subjectæ sunt, cujuscunque Ordinis, dignitatis, sexûs & statûs sint, sivè inter se, sivè cum forensibus litigent, apud Dicasterium Summum & Revisionis Judicium manere debeant, neque causas in inferioribus Judiciis vel in Summo Dicasterio decisas ad Summa Imperii Judicia per modum appellationis trahere queant, sed Württembergicæ Justitiæ administrationi finali se subjicere debeant. Neque verò aliud de forensibus & extraneis in genere statuendum; cum 1.) non solum omnia nostra Privilegia antiqua Württembergica nullam distinctionem & differentiam inter Cives & Subditos Württembergicos, ac inter forenses & extraneos faciant, sed omnes hi pari jure & conditione ibidem æstimentur, & sub universalitate litigantium comprehendantur; sed etiam 2.) privilegia Austriaca, de quibus in §. 20. actum, forenses & Subditos ab ulteriori appellatione notorie & viva praxi docente excludant;

Et quod privilegium Württembergicum de non appellando illimitatum, antiquissimis quoque temporibus, in viridi usu & observantia fuerit, probat 3.) illa antiqua Ordinatio Aulica Comitum Ulrici & Eberhardi Sen. de Anno 1475. in verbis supra §. 18. allegatis, ubi Subditis simpliciter & in omni casu generaliter ulterior appellatio denegata, neque licentia illis data, in casu, si forensis appellat, jure ulterioris appellationis, ceu communis beneficii, utendi; econtrà 4.) forensibus & extraneis itidem, nonnisi nobilibus aliisque exemtis, Frey-Leuthen, in casu, si in Dicasterium compromiserunt, ulterior appellatio permissa, ita, ut hæc exceptio firmet regulam in omnibus casibus non exceptis, & quod per regulam forenses, qui non sunt nobiles & exemti, Frey-Leute, neque compromiserunt, ulteriùs ad Judicia Imperii Suprema appellare nequeant. Et cùm 5.) in Ordinatione Aulica de Anno 1557. neque subditis, neque forensibus, ulterior appellatio concessa, sed altum ibidem de ulteriori provocatione silentium sit, confirmatur exindè ulteriùs, quod conspirante verisimiliter Ordinatione Aulicâ de Anno 1514. temporibus antiquis privilegia vetusta sanctè observata fuerint, & ulterior appellatio exulaverit, donec in ordinatione Aulicâ de Anno 1587. & Jure Provinciali à Duce Christophoro emendato forensibus quidem facultas appellandi data sit, sed 6.) non simpliciter & absolutè, verùm sub conditione, ut statim post legitimationem se declarent, an renunciare ulteriori appellationi,

pellationi, an illam reservare velint? Ord. Aulic. *P. 1. tit. 8. §. 2. & §. 12. & P. 3. tit. 2. §. P. W. P. 1. tit. 60.* idquod haud obscurè indicat, hanc dispositionem soli liberalitati Sereniſſimorum Ducum & LLatorum tribuendam esse. Quod autem 7.) concessio Principis in Statuto declarata revocationi & mutationi semper obnoxia maneat, ac tenor privilegiorum redintegrari, & ad pristinum statum reduci queat, nemo, qui potestatis Legislatoriæ effectum ac vires intelligit, Casp. Ziegler, *de Jur. majest. lib. 1. cap. 5.* ignorare potest, maximè cùm 8.) in Juribus provincialibus & Ordinationibus Aulicis potestas mutandi ex majestate Legislatoriâ Dominis Territorii competens expresse reservata sit. Sicuti igitur Sereniſſimus Dux Würtemb. Jura Provincialia & Ordinationem Aulicam Würtemb. absque dubio emendare, corrigere & mutare valet; ita non dubitandum, quod, quicquid juris in toto, idem quoque in parte & in revocatione hujus permissionis juris debeat esse, *arg. L. 76. de. R. V.* neque 9.) quilibet non usus privilegii alicujus statim involvat renunciationem ejus, cùm id potiùs factum censendum sit salvo privilegiati jure. Stryk, *in Disp. de appellat. illicita, c. 2. §. 8.* ubi in specie de privilegio de non appellando Electorum ita sentit. Adde 10.) quod Confirmationes Cæsareæ omnium Imperatorum integrum tenorem privilegiorum antiquorum Würtemb. absque ullo discrimine forensium vel subditorum conservent & sartum tectumque præstent, ita, ut 11.) forenses nullum jus quæsitum sibi arro-

gare, vel observantiam contrariam vel præscriptionem contra successores cumprimis in Ducatu prætendere queant, sed Rescripto Ducali Speciali de Anno 1730 den 8ten Febr. se submittere debeant, in quo Serenissimus LLator per modum authenticæ interpretationis disposuit, ut inposterùm reservatio ulterioris appellationis vel provocationis ad Suprema Imperii Judicia non ampliùs concessa esse, neque actu interposita appellatio in Dicasterio admitti debeat, sed forenses & extranei cum subditis quoad privilegium illimitatum de non appellando æquiparati & apud Dicasterium Supremum manere debeant, maximè, cùm 12.) in casu, si sententiâ Dicasteriali se gravatos credant, beneficio revisionis, de quo in cap. 24. latius agendum, liberè uti queant, utpotè quod in locum ulterioris appellationis prudentissimè substitutum, ad imitationem Electorum aliorumque Principum, qui privilegio de non appellando in Imperio gaudent. Verba Rescripti de Anno 1730. exhibet. Dn. Hochstetter, *in Extract.* der Fürstlichen *General-Rescripten, pag. 39. & 40. & in Annotat. ad Jus Würtemb. P. I. tit. 60. th. 117.* & pluribus hoc Privilegium Würtemb. illimitatum de non appellando explicarunt & ex antiquis Privilegiis Württembergicis ex professo deduxerunt & ulterius confirmarunt Dn. à Ludewig, & Dn. Burckard. *in citt. Tract. & locc.*

§. XXVII.

Firmum igitur manet, Privilegium Würtembergicum de non appellando illimitatum esse anti-

antiquissimum, certissimum, & expressis sanctionibus Imperialibus concessum & sæpiùs confirmatum, nec non tempore immemoriali subnixum, & praxi notoria roboratum; In specie Anno 1553. & Anno 1566. extensum est auf die gefürstete Graf- und Herrschafft Mömpelgart, Harburg, Reichenweyher. Besold, *ad Ordinat. Provincial. pag. 48. n. 3.* Petr. Frider. Mindanus, *de Proceſſ. Cameral. in privileg. in fine adject. pag. 223.* Blum, *in Proceſſ. Cameral. tit. 47. tab. 5. pag. 378.* Wehnerus, *in Symphorem. Tom. 6. cap. 4. §. 15. pag. 96. & cap. 6. §. 15. pag. 107.* Roding, *in Pandect. Camer. lib. 1. tit. 20. §. 22.* Vitriarius Illustratus à Pfeffingero, *S. Institut. Jur. Publ. lib. 1. tit. 16. §. 10. Lit. L.* & Cameræ Imper. An. 1571. den 13ten Jan. insinuatum; Roding, *lib. 1. tit. 20. cap. 3. §. 34. pag. 388.* ac denuò confirmatum Anno 1628. 1630. 1667. 1712. & 1725. nec non Civitati & Civibus quoque Montisbeligardensibus indultum, quod ultimum in Camerâ Imperiali olim in controversiam vocatum. Dn. à Ludolf, *in Jur. Camer. Append. V. pag. 203.* & Catalogo Privileg. S. R. J. Elect. Princip. & Stat. de non appellando de Anno 1719. *pag. 81.* Lünig, *Part. Gener. Continuat. II. pag. 1300.* Dn. Burckard, *laud. Tract* in denen Beylagen, *N. 31. usque à N. 37.* ubi integra Privilegia inseruntur.

§. XXVIII.

Ne tamen remedium contra iniquitatem vel imperitiam vel dolum judicantium deesset *L. 1.*

de appell. & ut partes quoque omissa ex propria vel Advocatorum incuria supplere possent *L. 6. §. 1. C. de appell. conf. L. 51. de evict.* ideò in nostro Ducatu Würtemb. varia Judicia Appellationis, ut theriaca, contra injustitiam, & Judicis aut injustæ Sententiæ venenum Ziegler *in Dicastice concl. 52. §. 2.* optimè constituta sunt. I. P. W. *p. 1. tit. 59.* ita ut ad illa, tanquam ad Sacram anchoram & asylum, confugere integrum esset Mylerus *de stat. Imper p. 2. cap. 42. §. 1.* Appellatio enim nihil aliud est, quàm legitima ad superiorem Judicem adversus sententiam vel gravamen inferioris gradatim riteque facta imploratio s. provocatio, ut emendetur & corrigatur. Et PRIMO in causis, quæ non nisi viginti libras Unciarum ascendunt, 20. ℔. Heller quarum quælibet 43. crucigeros efficit secundum computationem Nicod. Frischlini in der *Instruction* und Bericht zum *Inventiren*. Et in pagis à Sculteto & scabinis, vel in civitatibus, coram Præfecto & quatuor scabinis, decisa sunt, appellatio fieri debet ad judicium ordinarium Civitatum, das ordentliche Gericht der Amts-Statt, oder Statt-Gericht J. P. W. *p. 1. tit. 59. §.* Wann in Sachen ꝛc. *& seqq. ibique in Diff. Jur. Civ. & Würtemb.* B. D. Lauterbach, *th. 75.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 34. th. 24.* Id quod ita specialiter quoque constitutum est in causis des Untergangs, J. P. W. *p. 1. tit. 8. §.* Erstlich die ꝛc. utpote in quibus, licet magni valoris fuerint, non recta appellatur ad Supremam Curiam Dicasterialem, sed primum ad judicem proxime superiorem rei sitæ,

ita

ita tamen, ut illi Senatores, qui primam dixerunt sententiam, surgere debeant, post demum ad supremum hujus Ducatus judicium J. P. W. *p. 1. th. 59.* §. Nachdem aber ꝛc. Ord. Dicast. *p. 2. tit. 2.* §. *fin.* Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 140.* & D. Lauterbach, *th. 75.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 29.* Joh. Oetinger, *de Jur. & controv. lim. ac fin. regund. lib. 1. cap. 16. n. 10. & lib. 2. cap. 4. n. 5.* non obstante Ord. Würtemb. ædific. Bauordnung *pag. 20. & 21.* ubi in causis, si vicinus novum ædificium extruere vel mutationes ædium externas facere velit, in civitatibus der Untergang, und Baubeschreiber, in pagis autem scultetus & totum judicium, adhibitis semper peritis in arte, ocularem inspectionem suscipere & sententiam dicere debent, a qua in pagis ad ordinarium judicium civitatum, & in urbibus ad præfectum Burgimagistros, Gericht und Rhat, & si in civitatibus se denuo gravatos putent, ad judicem Tubingensem vel Stutgardianum appellare debent, excluſa omni ulteriori appellatione prout deduximus *Vol. 8. Cons. Tub. 18. n. 43. seqq.* nam dicendum est, quod illi sit derogatum per Jus Würtemb. & Ord. Dicast. prout respondet Bocerus *d. th. 29.* vel quod locum habeat in illis causis, quæ de Jure Würtemb. ob summam deficientem, ad Dicasterium appellari nequeant, vel ordinatio ædificatoria restringenda præcise ad casum de qua loquitur; wann nemlich einer einen neuen Hauptbau thun, oder Enderung ausserhalb seines Hauß gegen seinen Nachbarn vornemmen will, cum causæ ædificiorum admodum privi-

legiatæ sint, ita ut nec appellatio indistincte in illis admittatur Brunnem. *ad L. f. n. 8. de appell. recip.* Stryk *in usu moderno §. 13.* & Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 36. de N. O. N. Ego in Consil. Tubing. 18. vol. 8. n. 48. & 49.* Uti quoque sæpius tales causæ des Untergangs, ad Judicia ordinaria præfecturæ, per appellationem devolutæ, ad Dicasterium tandem delatæ ibique decisæ sunt. v. g. in causa *Appell.* von Lustnau, A. 1681. den 15ten Sept. Zwischen Michael Lutzen, Klägern Appellanten, Contra Hanß Grauern Beklagten Appellaten lapidum positione & agrimensione à Judice Lustnavienſi des Untergangs facta & causa deinde ad totum Judicium Lustnau delata, & tandem ab ejus sententia ad Dicasterium appellatum est. Ubi sententia confirmata. Et in causa appellationis von Stutgardt Kiessen Contra Wölffing à Judice Stutg. den Untergang, ad totum judicium Stutg. appellatum & deinde causa demum ad Dicasterium summum den 13. Sept. Anno 1745. devoluta & ibidem decisa. Sed quæritur, an in hisce causis pagi, einem Untergang des Dorffs, appellari queat ad Judicem harum Causarum civitatis præfecturalis, ober Untergang oder Untergang der Stadt, dahin selbig Dorff gehörig? & recte negatur, & ita judicatum fuit in Dicasterio in causis Appell. Nürting. & Stutg. de Anno 1592. & 1594. licet contraria allegetur consuetudo, referente Bocero *Cl. 6. D. 34. th. 29.* & expressè confirmat J. P. W. *p. 1. tit 59. §.* nach dem aber: Ubi verba omissa, ex vetustioribus Exemplaribus, ita supplenda: So ordnen

ordnen und setzen wir, daß erstlich insgemein von keinem Untergang, wie bißher geschehen, an ein Ober Untergericht sive Ober Untergang secundum Bocerum noch auch gleich ohne Mittel an unser Hoffgericht appellirt werden möge, observante Bocero, *dict. loc.* sondern so sich einer durch der Untergänger Spruch beschweret zu seyn vermeinet, soll derselbig für sein ordentlich Ober oder Stadt-Gericht, darunter die Güter gelegen, derentwegen Stritt fürfallen ꝛc. (doch da unter denen Gerichts-Personen auch Untergänger wären, so den Spruch geben helffen, daß selbige in solchen Sachen aufstehen, und ihre Stellen mit andern aus denen Raths-Personen ersetzet werden:) sich gebührlich beruffen, und mag von selbigem allererst weiter für unser Hoffgericht appelliret werden. Rationes in eo consistunt, quia 1.) judex competens appellationis dicitur, ubi bona sita in J. P. W. *p.* 1. *tit* 59. §. nachdem ac 2.) illi judices surgere debent, qui primam sententiam des Untergangs pronuntiarunt, aliique substituendi, quæ qualitates haud quadrant, auf den Ober Untergang zu Stutgardt und Tübingen, si in aliis præfecturis causa decisa ab inspectoribus, & cum 3.) vox Obergericht, ambigua sit, suoque modo auf das Stadtgericht restringi queat, habito respectu auf den Untergang; & insuper 5.) wann der Stutgarder oder Tübinger Untergang, sententiam dicat, bene dici queat, quod appellatio facienda sit an das Ober- und Stadt-Gericht, ideò verior sententia est, quod in causis des Untergangs, ad ordinarium

dinarium judicium vel proxime superius appellandum, & deinde demum ad Dicasterium summum provocandum; Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 140.* Oetinger *de Jur. & controvers. limit. & fin. reg. lib. 1. c. 16. n. 10. & lib. 2. c. 4. n. 43.* Bocer *d. 6. Disp. 24. th. 29.* Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 75.* Vol. 8. Consil. Tubing. *18. n. 27. usque ad n. 41. ubi n. 42. seqq.* ad contraria respondetur argumenta. Et ita in causa ibidem allegata judicavi nach Stutgardt, ubi von dem Stadt-Untergang zu L. an das Obergericht zu Stutgardt appellatum fuit. Notandum insuper, quod interdum in Cancellaria judex remissionis ex justa causa petatur, & detur. Ego in Consil. Tubing. *18. n. 12. 34. & 53. vol. 8.* & quandoque ex bonis rationibus supplicando obtineri queat, ut a judice des Untergangs statim causa ad Dicasterium devolvatur. Bocer *c. 6. Disp. 34.* Quod si verò v. g. in causa retractus judicium pagi sententiam tulerit, tunc, juxta praxin Würtembergicam, vel ad Dicasterium vel ad ordinarium judicium Civitatis præfecturalis appellatio fieri potest, prout infra cap. 8. §. 12. & 13. plenius evictum dabitur, quamvis hic graviter obstet J. P. W. *p. 1. tit. 8. §.* was aber ꝛc.

§. XXIX.

SECUNDUM judicium Appellatorium sunt Civitates, Stutgardia & Tubinga, & nominantur, Stadt Obergericht. J. P. W. *p. 1. tit. 57. & t. 59. §.* aber von Sachen & jurisdictionem fundatam habent in Causis, coram judiciis civitatum & pa-

& pagorum actis, quarum valor excedit 20. libras unciarum, non verò ſummam 50. florenorum efficiunt: die mehr dann 20. fl. Heller und doch nicht 50. G. betreffen J. P. W. *p. 1. t. 59.* §. da aber *ibique in differ.* Beſoldus *th. 105.* & B. D. Lauterbach *th. 75.* Bocer. *cl. 6. Diſp. 33. th. 24.* Anton Winter *de aſſeſſor. p. 1. cap. 2. n. 69. & 70.* ubi addit, quod 20. libræ conficiant quatuor-decim florenos & octo ſolidos, quorum viginti octo integrum repræſentant florenum, quibus ex Speciali Reſolutione & Reſcripto Sereniſſ. Ducis Eberh. Ludovici de Anno 1718. den 3. Sept. & A. 1724. den 19. Aprilis §. 1. tertium judicium ſuperius, Obergericht adjunctum, & in locis ſupra & infra montanis unter und ob der Staig fundatum, nempe Ludoviciburgum Dn. Moſer *in Specim. diplomat. Archiv. Sec. 18. N. 46.* Et quidem in locis infra-montanis, Land unter der Steig, Stutgardia, & in locis ſupra-montanis, Land ob der Steig, Tubinga, & indiſtinctè Ludoviciburgum judex competens eſt, Winter *de Aſſeſſ. p. 1. cap. 2. n. 73.* quod ſi autem Sententia ab ordinario Judicio Stutgardiano vel Tubingenſi fertur, tunc hæc duo judicia ſibi invicem, loco appellatorii, inſerviunt, ita ut cauſæ Tubingenſes Stutgardiam & Stutgardianæ Tubingam trahantur ibique in appellatione terminentur Ordinat. Würtemberg. Ædificat. *fol. 21.* Bocer *Cl. 6. D. 34. th. 29.* Beſold *de appellat. cap. 4. n. 3. p. 149.*, uti ſæpius in praxi obſervatum ſcimus; non enim à propria ſententia ad ipſos denuò, contra naturam appellationum, provocari poteſt, ſed

alius

alius isque superior judex adeundus est, *L. 1. §. 3. L. 21. §. 1. de appellat. c. 3. de appell. in 6. Nov. 23. cap. 4.* Besold. *Conf. 238. n. 21. & de appell. cap. 4. §. 1.* quod si tamen in Ducatu Würtembergico, vom Ober-Gericht, sententia lata in causa, cujus summa fuerit intra 50. florenos, & expensæ litis simul adjudicatæ, tunc ad dicasterium appellatio fieri nequit juxta Besoldum *in Disp. de nullitat. th. 81.* vid. *cap. 8. §. 8.*

§. XXX.

TERTIUM verò & Supremum Judicium Appellatorium est Dicasterium Supremum, Hof-Gericht, Ober-Hofgericht, Ober-Appellations-Gericht, quod in toto Ducatu, nomine Serenissimi Ducis Würtembergici, jurisdictionem ordinariam exercet. Ord. Dicast. *p. 2. tit. 1. § 1. ibi:* Wir wollen an unser Statt, unserm Hofgericht unser Jurtsdiction und Gerichts Zwang, über die Appellations-Sachen, so daran erwachsen, und, was denenselben anhängig, hiemit gegeben und befohlen haben. & Rescriptum Generale de An. 1699. den 1. Novemb. ibi: Zumahlen aber unserem Fürstlichen Hofgericht, als welches nach der H. G. O. pag. 23. in allen Appellations- und Remissions-Sachen, an unserer Statt, den höchsten Gerichtszwang und Jurisdiction hat, nicht nur den geziemenden Respect und Gehorsam erweisen, sondern auch ꝛc. ꝛc. quod integrum exhibet Dn. Hæberlin in append. No. 5. sentent. Dicaster. Winter *de Assess. p. 1. cap. 2. n. 75.* D. D. Schweder. *in Jur. publico part. spec. sect. 2. cap. 13. §. 10.*

§. 10. ita ut nullum aliud judicium, neque consilium regiminis Winter *de Assess. p. 1. c. 2. n. fin.* neque Suprema Imperii judicia jurisdictionem concurrentem hic habeant vel prætendere valeant uti in cap. 1. §. 4. seqq. deduximus. Hocque igitur Dicasterium Summum, de quo nobis agendum est, est illa oculissima gemmarum Winter *de Assess. p. 1. cap. 4. n. 55.* & potissimum PRIMO in causis Appellationum, quæ summam 10. florenorum efficiunt, jus dicendi potestatem sicque restrictam quodammodo jurisdictionem habet Ord. Dicaster. *p. 2. t. 1. §. 1. & 2.* Rescript. Gen. de Anno 1699. confer. in sentent. Dicast. Dn. Hæberlin No. 432. 462. & 463. ubi causa appellationis à Collegio Illustri in Dicasterio ventilata.

§. XXXI.

Minimè verò tam arctis limitibus ejus splendor circumscriptus est; Sed SECUNDO Jurisdictio quoque ipsi data est in causis nullitatum, utpote quæ coram Judice à quo, qui sententiam nullam dixit vel ad quem, deduci possunt J. P. W. *p. 1. tit. 56. §.* da aber Ord. Dicast. *p. 3. tit. 5. §. 6.* quamvis tutius semper sit, ut recurratur ad Judicem superiorem ad quem; maxime si nullitas per malitiam, injuriam aut sordes ipsius judicis provenerit: cùm judex à quo, vix suum errorem, ob philautiam, agnoscere & corrigere sicque propriam sententiam nullam dicere velit Gail. *Lib. 1. Obs. 127. n. 5.* Gülich ad Mynsingerum *Cent. 5. Obs. 92.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico*

practico §. 4. ad tit. II. quæ sent. sine appellat. Blum. *in proceſſ. Cam. t. 56. n. 25.* Beſold *in Diſp. de nullitat. th. 10.* Ut tamen Cauſa nullitatis ad Dicaſterium devolvi poſſit, neceſſarium eſt, ut Summa, ſicuti in appellatione 50. florenos efficiat, vel aliàs cauſa ſit appellabilis Ord. Dicaſt. *part. 3. t. 5. §. 7.* Reſcriptum Generale de Anno 1718. den 9. Aug. §. 1. apud Dn. Hæberl. *in append. ſentent. Dicaſter. N. 10.* Beſold *ad J. P. W. p. 1. th. 75.* & in Diſp. *de nullitat. th. 51.* ubi ſæpius ita in ſuprema Würtemb. Curia judicatum dicit; præſertim in cauſa Appellat. von Nürtingen, den 7. Martii A. 1629. prout quoque in Camera Imperiali ſumma appellabilis requiritur Blum. *in proceſſ. Camer. tit. 46. n. 39. & t. 56. n. 10. & 17.* Roding. *in* II. *Camer. lib. 1. t. 33. n. 31.* Et tunc, uti in appellatione, ita quoque in deductione principali nullitatum, ſolum Dicaſterium eſt judex competens, excluſis aliis judiciis ſuperioribus, Obergericht. arg. J. P. W. *p. 1. t. 59. §.* aber von Sachen, utpote quod tunc demum jurisdictionem aliis ſuperioribus judiciis attribuit, ſi cauſa non continet 50. florenos & tamen 20. libras unciarum excedit, ſic ut omnis concurrentia Judiciorum Appell. Stutg. & Tübing. cum noſtro Dicaſterio ceſſet, Reſcript Gener. de A. 1718. §. 1. Winter. *de Aſſeſſ. p. 1. cap 2. n fin.* Et ita in cauſa Appellat. von Stutgard Joh. Bernhart Schaffen, Beckhen zu Aſperg & Conſſ. Klägern Appellanten, contra Anna Maria Mayerin, verwittibte Lieutenantin allda beklagten Appellaten den 2. Maji Anno 1716. in Dicaſterio judicatum,

catum, totusque processus annullatus, quia causa summam 50 florenorum in se continebat, hincque male & incompetenter querela nullitatis contra Sententiam Judicis Aspergensis coram Judice Stutgard. tanquam Judice ad quem, fuit instituta. Postquam autem in Dicasterio, tanquam judice ad quem, competente, querela nullitatis proposita, tandem res den 23. Maji. A. 1718. decisa, priusque judicatum Dicasteriale, per Rescriptum novissimum allegatum de dato den 9. Aug. A. 1718. approbatum fuit. Sententiæ binæ hic allegatæ legi possunt apud Dn. Hæberlin. *sub Nro 1154. & 1202. inter sententias Dicasteriales.* Similiter quia à Causis des Untergangs non statim ad Dicasterium provocari potest, §. 38. ideo quoque causa nullitatis in hisce causis non statim in Dicasterio principaliter deduci potest, sed coram Judice præfecturali, Stadt-Gericht, Processus nullitatis, tanquam Judice ad quem, instituendus est. Et ita judicatum in Dicasterio den 19. Jun. 1619. in causa Appell. von Rosenfeld zwischen Anna Hellerin contra den Flecken Feuchtingen. Et porrò, si nullitas in interlocutoria admissa, quæ vim definitivæ non habet, ita ut ab illa appellari nequeat, tunc judicem ad quem excludunt, & dicunt, quod judex à quo litem dirimere debeat. Besold. *in Disp. de nullit. th.* 9. De cætero si causæ summam appellabilem non habent, vel coram judice à quo, vel coram judice quodam superiore, einem Ober-Gericht, ventilari debent vi Rescripti Generalis adducti de A. 1718, §. 1. quod si à judicio pagi causa v. g.

retractus decisa, juxta dicta in cap. 8. §. 13. tunc causa nullitatis vel coram judicio præfecturali vel Dicasterio deduci potest; Ita A. 1726. den 8. Junii in causa Appellationis von Ludwigsburg zwischen Hubern contra Fischerin, judex Neccarweyhingensis jus retractus denegavit, contra quam sententiam actrix coram judicio præfecturali ordinario Ludwigb. querelam nullitatis movit, quod emtionem & venditionem ex officio annullavit; hinc cum contra & ultra petita partium judicavit, sententia hæc in Dicasterio annullata, & causa nullitatis & retractus ad finalem decisionem ad Judicem Ludwigsb. denuo remissa, sequenti sententia: In der Appellations-Sache von L. zwischen Johann Michael Hubern, Burgerl. Inwohnern zu Neccarweyhingen, Ludwigsburger Ambts, R. Nr. eines, sodann Christina Fischerin, mit Beystand ihres Gerichtl. constituirten Kriegs-Vogts, Hanns Jerg Schneiders, Burgerl. Innwohners allda, A. T. andern Theils, ist hiemit, allem Fürbringen nach, zu Recht erkannt, daß von dem Richter zweyter Instanz, mit ausgesprochener Urthel nichtig geurthelt, wohl davon appellirt, mithin besagte Urthel zu cassiren und aufzuheben, und A. T. mit ihrer Klag an den Richter zu Ludwigsburg zu remittiren, immassen wir dieselbe hiemit dahin verweisen, die in dieser Instanz aufgewendte Unkosten aber compensiren und vergleichen.

§. XXXII.

TERTIO Dicasterium jurisdictionem suam exer-

exercet in causis remissionum, quas dicunt, Remissions-Sachen, si nimirum causa statim ad Dicasterium, tanquam Judicem primæ instantiæ, per Rescriptum Ducale, ex justa & legitima causa, ad processum & decisionem remittitur. Ord. Dicast. *p. 2. t. 1. §. 2. & 3. & p. 3. t. 28. §. 1. & 2.* Rescriptum Generale de An. 1699 den 1. Novembr. confer. J. P. W. *p. 1. t. 4 & t. 24. §. f. & t. 81. §.* wo nun. Lauterbach *Disp. de juram. perhorrescent. th. 13.* Uti tales causæ remissionis in Dicasterio ventilatæ den 7. Septembr. 1680. den 22. Aug. 1683. den 10. Septembr. 1684. den 18. Septembr. 1685. den 15. Septembr. 1688. den 22. Aug. 1690. den 21. Martii 1709. den 23. Septembr. 1711. aliæque plures notæ sunt, & sæpissime fit, maximè in causis arduis & gravissimis; Winter *de assess. p. 1. cap. 2. n. 76.* talesque porrò prostant apud Dn. Hæberlin. sub Nro. 62. 66. 69. 103. 115. 203. 308. 426. 483. 630. 637. 670. 815. &c. & Processus cap. 20. exponitur. Sic cum Weinsperga & Acta prioris instantiæ incendio periissent, tunc causa Joh. Utzen Klägers wider die Vorstehere des Hospitals Beklagten ad Dicasterium fuit remissa, & ibidem Anno 1709. den 16. Martii ab ovo tractata, & A. 1711. den 15. Septembr. decisa. Nro. 1014. & 1069. & quod personæ miserabiles ad Summum Dicasterium provocare, & Privilegium *L. un. C. quando Imper. inter pupill.* implorare queant, dubio caret. Lauterbach *§. 58. ad tit. de jud.* D. Schweder *in Disp. de foro person. miserab.* Thomas. *Disp. de singul. æquitate d. L. unic.* Struv. *in Disp. de miserabil.*

rabil. jure. vom Recht der Armseligen *per totum.* Et interdum, per modum quoque Compromissi, lites in prima instantia ad Dicasterium deferuntur, cum renunciatione reductionis, revisionis, restitutionis in integrum & aliorum beneficiorum. Uti factum in causa Antistitum Hospitalis Eslingensis S. Cathar. contra Prælatum Keisersheim, quæ A. 1712. den 10. Septembr. primum ibidem ventilata & deinde A. 1714. den 16. Jun. decisa. Dn. Hæberlin sub Nro. 1099. & 1126. & similis sententia de A. 1701. legi potest in Nro. 820. confer. c. 20. in fine.

§. XXXIII.

An QUARTO restitutio in integrum in Dicasterio peti possit & quatenus, de eo agendum erit in Cap. 25.

QUINTO multa extrajudicialia in Dicasterio tractantur Ordinat. Dicaster. *p. 3. t. 30.* de quo pluribus dicendum erit in cap. 23.

SEXTO quæritur, an prorogatio jurisdictionis locum habeat? & cùm non nisi ratione causarum appellationum & nullitatum, jurisdictio Dicasterii fundata sit, & causæ remissionis non facile neque sine præscitu Sereniſſimi ibidem tractari possint, ideo rectius per regulam negatur, Ordinat. Dicast. *p. 2. tit. 1. §. 1. 2. & 3. & p. 3. t. 28.* Hinc in Causa Appellationis von Mundelsheim Martin Murren Beklagten Appellanten, contra Thomam Kurzenbergerum Klägern Appellaten, den 4. Jun. A. 1714. Nro. 1115. apud Hæberlin. prorogatio Jurisdictionis eò minus attenta

attenta fuit, quod insuper mutuus deerat Consensus. *L. 15. de jurisdict.* D. Leyser *in Disp. de prorogat. jurisd. th. 17.* & in Causa Appellationis von Schorndorff A. 1714. den 11. Jun. Nro. 1121. fuit itidem facta prorogatio ab Appellato, & temeritatibus nec non puncto formalium renuntiatum, & petitum, ut in causa principali procedatur, sed appellatio in utroque casu pro deserta & non devoluta habita fuit. Quod si tamen jurisdictio Dicasterialis expresse prorogata & causa per speciale Rescriptum Sereniſſimi ad Dicasterium remissa, tunc nullum dubium est, quin, ut causa remissionis, tractari ibidem possit. Uti factum in causa remiss. beeder Flecken Kornwesten und Zuffenhausen Klägere, contra Herrn Reinhart Friderich Schertlin von Stamheim Beklagten, qui expresse jurisdictionem prorogavit, & remissionem petitam per Rescriptum de A. 1681. den 30. Aug. tandemque A. 1685. den 15. Sept. Sententiam victricem obtinuit. sub Nro. 426. apud Hæberlin. vel si in Dicasterium summum compromittatur, quin recipi causa queat, comprobat J. P. W. *p. 1. t. 8.* §. im Fall aber. *& t. 70.* §. vom Ausspruch). Lauterbach *§. 24. & 25. de recept. qui arbitr.* confer. *c. 8. §. 15.*

§. XXXIV.

SEPTIMO certum est, quod reconventio in Secunda instantia non admittatur. Ord. Dicaster. *p. 3. tit. 6.* J. P. W. *p. 1. t. 24.* hinc in mandato Dicasteriali Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 4. p. 22.* hæc verba occurrunt: Mein in voriger Instanz fürge-

brachte Reconvention und Gegen-Klag führen, dieselben verantworten. Cum restricta sit judicis secundæ instantiæ cognitio, neque ille de alia causa judicare possit, quàm quæ per appellationem ad illum delata est Brunnem. *in Processu Civ. cap. 10. n. 7.* Besold. *de appellat. cap. 13. §. 2.* D. Stryk. *in usu moderno ad tit.* Π. *eum, qui appellaverit in provincia defendi, & in Disp. de reconventione ad L. 14. C. de sent. & interlocut. cap. 3. §. 25.* ubi limitant hanc sententiam, si ab interlocutoria appellatum & judex bene appellatum esse pronunciet, tunc enim, si lis adhuc in eo statu sit, ut reconventio in prima instantia potuisset institui, nec in appellatione rejiciunt reconventionem. confer. Mevius *p. 5. dec. 356.* Et ita in supradicta causa Appell. Mundelsh. sub Nr. 1115. apud Hæberlin. susque deque habita fuit reconventio injuriarum & petitio eventualis, utpote quæ in judice quoque prorogato vix pedem figit. D. Stryk. *in Disp. de reconvent. cap. 3. §. 19.* sed puncto formalium judicatum & appellatio denegata fuit. In causis quoque remissionum reconventiones recte admittuntur J. P. W. *p. 1. t. 24. §. fin.* vid. cap. 22. cum sint primæ instantiæ. Plebst. *ad J. P. W. p. 1. th. 87.* & quod judex secundæ instantiæ, si judex primæ instantiæ de causa conventionis saltem judicavit, nihilominus de reconventione sententiam bene ferre queat, evictum dedit Petrus Frider. Mindanus *de continent. caus. lib. 3. c. 6. §. 16.* D. Harpprecht *C. 61. n. 482.*

Cap. II.

CAP. II.
De Personis Judicii Aulici.

SUMMARIA.

§. 1. Dicasterium quot personis constet?
§. 2. Agit de Domino Judice ejusque qualitatibus,
§. 3. Et officio.
§. 4. De Domino vice Præside reliquisque Dominis Assessoribus.
§. 5. De officio Assessorum.
§. 6. Secretarii,
§. 7. Ejusque Adjuncti.
§. 8. Advocatorum.
§. 9. Pedelli.
§. 10. Et tandem nuntii officio.

§. I.

SUmmum Dicasterium Würtembergicum Sereniss. Ducibus Würtemb. Omni pretioso lapide pretiosius semper habitum, testante præfatione Ordinat. Dicasterialis de A. 1587. ibi: So befehlen wir solchem nach vorderist Unseren Hofrichter, Räthen und Beysitzern gedachts Unsers Hofs als zwar in diesem Unserem Fürstenthumb des Jüngsten Gerichts, und darumben nicht das geringste Kleinod desselben. Winter *de assess. p. 1. cap. 4. n. 55.* & tredecim personis principalibus constare debet, nempe Domino Judice, & duodecim Assessoribus, reservato tamen jure addendi & minuendi Ord. Dicaster. *p. 1. t. 1. §. 1. & fin.* hinc nec hodie numerus præscriptus accurate observatur, sed, testante experientia, plures adsunt, nisi quod ad sententiam definitivam ferendam requirantur præcise 8. & ad interlocutoriam

præcise 6. Assessores ad minimum præsentes. Ordin. Dicast. *p. 3. tit. 24.* §. *3.* v. *cap. 19. §. 3.* Et quidem eliguntur, ex Nobilibus, Literatis & Ordine Provinciali. Ordin. Dicast. *p. 1. tit. 1. §. 3.* Winter *de Assess. p. 1. cap. 3. n. 15. & p. 2. in proemio* ubi nomina Dominorum Judicis & Assessorum de A. 1613. per versus descripta exhibet. Dn. D. Schweder *in jur. publico part. spec. sect. 2. cap. 13. §. 10.* hincque vulgo dividuntur, in tria scamna, der Edlen oder Adelichen, der Gelehrten und der Landschafft Banckh. Winter *de Assess. p. 1. cap. 3. n. 15. & cap. 6. n. 30.* prout etiam in Judicio Imperii Aulico divisio fit in die Grafen- und Herren-Banck und der Ritter oder also genannte gelehrte Banck. Uffenbach *de Jud. Imp. Aulico cap. 6. subs. 2.* & in Camera Imp. quoque nobiles sunt. Blum. *in Proces. Camer. tit. 7. n. 14.* Roding. *m. r. Cam. lib. 4. t. 3. §. 5. & 18.*

§. II.

Eminet in Dicasterio Caput & Judex Dicasterialis, Hof-Richter. Eligitur & constituitur Præses Summi hujus provocationum Tribunalis à Sereniss. Domino Duce, cui etiam vel Præsidi Consilii intimi juramentum Assessoribus quoque præscriptum v. §. 5. in Cancellaria præstat. Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. fol. 30.* Et debet ad minimum nobilis, Ord. Dicast. *p. 1. t. 1. §. 2.* literatus, linguæ latinæ & processus peritus, in specie autem Ordinationis Dicasterialis & Jurium Provincialium bene gnarus esse. Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 1. & 2. N. 82. pr. &c. 1.* Bocer, *Cl. 6. D. 2. th. 24.*

Win-

Winter *de Assess. p. 1. cap. 7. n. 9.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 37. ad tit. π. de judic.* Et in hoc se exerit differentia à reliquo jure Würtembergico, secundum quod judices juris periti non planè repelluntur, sed juris periti legendi sunt, quoad fieri potest, J. P. W. *p. 1. t. 2. pr. ibique in differ.* D. Lauterbach *th. 3.* add. Brunnem. *ad L. 17. C. de judic.* Winter *de Assess. p. 1. cap. 7. n. 4. & seqq.* Besold. *in Disp. de nullitat. th. 123.* Stryk. *in Disp. de jure analphab. cap. 6. n. 12. usque ad n. 16.* neque ignobiles de Jure Civili excluduntur. D. Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 2. & in Colleg. theor. practic. §. 37. ad tit. π. de judic.* Winter *de Assess. p. 1. cap. 6. n. 47. & seqq.*

§. III.

Ejus officium consistit in Directorio, quod præsens gerit, neque enim abesse, sed justo tempore, Sessionibus Dicasterialibus interesse debet, Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 3. & tit. 3. §. 1.* nisi justa causa v. g. morbi impeditus sit; tunc enim, in casu absentiæ, proximum Nobilem, den ältisten Beysitzer von Adel, substituere potest, vel Dominus Vice Præses si quis constitutus adest, officio ejus defungitur Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 3.* uti quoque in Præfectis Würtembergicis juris est, J. P. W. *p. 1. tit. 3. §.* und wann. B. D. Lauterb. *in differ. jur. commun. & Würtemb. p. 1. th. 7.* Vi Directorii habet Sessionis prærogativam & præcedentiam & vota rogat, ita ut, pro gravitate causæ, & diversitate votorum, bis vel ter Assessores ad votum ferendum evocet Ord. Dicaster.

p. 3. t. 24. §. 12. & 13. & si paria sunt, suo Calculo majora facit Ord. Dicaster. *p. 1. t. 2. §. 5. & p. 3. t. 24. §. 14.* & tandem Concluſum, juxta pluralitatem votorum, pronuntiat; prout quoque juris est in Præside Judicii Imperii Aulici. Uffenbach *de Jud. Imp. Aulic. cap. 4. sect. 2. p. 11.* olim ante collectionem votorum suam dixit sententiam Ord. Aulica de A. 1557. *pag. 69.* quod hodie secus est. Deinde licentiam dat Assessoribus, sed non nisi duobus una vice, & non nisi ad tres dies, ut à Dicasterio abesse possint, nisi, ex justissima causa, plures absentes esse oporteat, & qui, ultra tempus concessum, emanent, Salarium suum quotidianum, Sitz-Geld, amittunt &, pro circumstantiis, si calliditas & dolus interceserit, res ad Sereniſſimum est deferenda, nisi à Sereniſſimo ipsomet ulterius tempus emanendi concessum. Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 4.* Sin verò aliquot Assessores, ob Consanguinitatem vel aliam causam, surgere debent, ita ut numerus præscriptus non completus sit, tunc alios Professores, Doctores, Licentiatos, qui non sunt Advocati & Procuratores Dicasterii, v. *L. 5. de Assess.* ibique Brunnem. D. Lauterbach *§. 4. ad tit. π. de Assess.* item Præfectos Superiores & Inferiores, extraordinario s. subsidiario modo ad Dicasteriales sessiones adhiberi possunt, præstito prius juramento Assessoris Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 6.* Uti A. 1704. den 28. Febr. & den 3. Martii bina vice, præstito prius juramento, Sessionibus Dicasterialibus interfui; de quo in Jure Romano nihil cautum extat B. D. Lauterbach *in Differ. jur. commun. & Würtemb.*

P. I.

P. I. §. 10. & si unus ex Assessoribus planè moriatur vel alio modo officium suum deponat, tunc Serenissimo vacaturam denuntiare debet. Ord. Dicast. p. 1. t. 2. §. 7. Sententias quoque subscribere debet Ord. Dicaster. p. 1. t. 2. §. 8. Deinde pauperibus Advocatos ex officio dat, ita tamen, ut qualitas inter Advocatos observetur, illisque qui plures causas perorandas habenti, & maximum lucrum ex Advocatura percipiunt, etiam plures causæ ex officio demandentur atque injungantur. Ord. Dicast. p. 1. t. 2. §. 9. & t. 7. §. 9. & 17. Ord. Cameral. p. 1. t. 31. §. 10. Blum. in Proceſſ. Cam. tit. 64. §. 31. Roding. in π. Camer. lib. 4. tit. 5. §. 6. & 7. Et si Judex Dicasterialis sentiat inæqualitatem Advocatorum, ita ut ab una parte stet peritissimus, ab altera verò parte infirmior & minus exercitatus, & qui partis adversæ eruditioni & rei agendæ dexteritati impar est, tunc officium suum interponere & parti succumbenti succurrere & ex officio alium exercitatum & qui illi par est, adjungere debet, Ord. Dicast. p. 1. t. 2. §. 10. L. 7. C. de advocat. ibique Brunnem. Wint. de Assess. p. 2. cap. 1. n. 24. conf. §. 8. Juramenta quoque ab Assessoribus, Advocatis, Pedello & partibus in pleno consessu Dicasteriali, recipit illique præstantur Ord. Dicaster. p. 1. t. 2. §. 11. & t. 9. fol. 30. 32. 33. & 40. Pariter si Processus in scriptis peractus, Acta Assessoribus ad referendum distribuit tali modo: Unsers gnädigsten Fürsten und Herrn Rath und Hof-Gerichts-Assessor N. N. wolle sich in beygehenden verabschiedeten Appellations-Acten mit Fleiß ersehen,

ersehen, solche wohl durchlesen und erwägen, und wie er die Sache in Facto & Jure beschaffen zu seyn befinden wird, seine unterthänigste Relation in pleno des Hofgerichts-Collegii auf den 17. Maji A. 1718. ablegen, Tübingen den 8. Martii P. H. von Gölnitz, Hofrichter, Jung. *cap. 19. §. 2.* In genere tandem omnes nervos eo intendere debet, ut Ordinatio Dicasterialis aliaque jura observentur & lites hisce conformiter terminentur & in transgressores pœna statuatur Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 2.* omnisque tumultus, confusio, nugæ & interruptiones evitentur Ordin. Dicast. *p. 3. t. 24. §. 12.* Tandemque omnia capita juramenti in Ord. Dicaster. *p. 1. t. 9. fol. 30.* sancte servare debet.

§. IV.

Sequuntur Dominum Præsidem reliqui Domini Assessores nobiles ex tempore receptionis; Ex illis interdum Vice Præses constituitur, cui vel seniori & proximo nobili Assessori, si Dominus Præses absens est, omnia supra dicta incumbunt Ord. Dicast. *p. 1. tit. 2. §. 12.* cum præsidium hoc in casu ad illum devolvatur. Eliguntur ex Consiliariis & Præfectis Superioribus, & reliqua nobilitate. Post illos incedunt literati; & tandem reliqui Assessores ex ordine provinciali, qui non præcise literati & Licentiati esse debent, ut plurimum secundum tempus receptionis, nisi, per speciale decretum, Sereniſſimi, aliud ex justa causa, sit mandatum, quod tamen rarò fit, & quod primum votum Inclyta Facultas Juridica Tubin-

Tubingensis, longissimo dixerit tempore. Literati sunt Doctores vel Licentiati Juris, & sicuti majorem numerum Assessorum constituunt, ita, ex privatis Doctoribus, Consiliariis regiminis & Professoribus eliguntur, ita tamen, ut ex hisce duobus ordinibus pauci adhibeantur, ne impediatur cursus Lectionum & Collegiorum Academ. nec non revisionis & justitiæ in Cancellaria &c. Hodierno tempore auctori hujus operis primum votum ab Anno 1744. clementissime concreditum est. Catalogum omnium Assessorum exhibui in præfatione nova.

§. V.

Officium Assessorum est grave, & jurant, ut Præses, quod commoda Sereniſſimi ante omnia augere & promovere, damna verò avertere velint Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. p. 30.* Uffenbach *de Jud. Imper. Aulico cap. 6. subsect. 5. n. 1. & seqq.* & Dicasterio cum fidelitate & diligentia præesse, sicque, secundum jura Würtembergica & consuetudines honestas, &, hisce deficientibus, secundum jus Commune, possibili & summa diligentia & peritia judicare Ord. Dicast *p. 1. tit. 9.* & *p. 3. tit. 24. §. 4. usque ad* §. 9. & quidem in ordine ut evocantur, vota clara & decisiva dicere Ord. Dicast. *p. 3. tit. 24. §. 12.* & impartiales esse, neque respectum personarum habere, sed pauperi, ut diviti, jus & justitiam administrare Ord. Dicast. *p. 1. t. 9.* Winter *de Assess. p. 1. c. 9. n. 13.* ubi laudat Dicasterium, quod hic nunquam audieris, qui offerre munera ausus, nedum qui obla-

oblatione admissus fuerit, confer. *proœm. primæ & secundæ Edit.* Et in hoc magna differentia se prodit à jure communi Romano, 1) juxta quod Assessores judicibus in officio ritè & legitimè expediendo saltem assistebant, jusque subministrabant, ut Consiliarii, Struv. *Exerc. 4. th. 46. & seqq. ibique* Müller. D. Lauterbach *in Colleg. Theor. practico §. 1. & seqq. ad tit. π. de Assess.* sed Assessores Dicasterii vota ferunt & sententias dicunt, sicque judices sunt Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. & p. 3. t. 24.* uti quoque juris est in Judicio Imperii Aulico & Camera Imperiali Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 2. cl. 2. c. 14.* Uffenbach *de Judic. Imper. Aulico cap. 6.* Blumius *in Proces. Camerali tit. 7. n. 1. cum seqq.* aliisque provinciis Germaniæ Joh. Schilter *Exerc. 5. §. 23. & 24.* Winter *de Assess. p. 1. cap. 2. n. 27. & seqq.* Sin autem commodum vel damnum ex lite ad illum redundat, vel partibus in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis, computationis juris civilis, conjunctus sit, vel consilia partibus dedit, monuit litigantes vel patrocinium præstitit, vi juramenti, surgere debet, & sententiam dicere prohibetur Ord. Dicaster. *p. 1. t. 9. fol. 30. & 31. & p. 3. t. 24. §. 3.* Jus Provinc. Würtemb. *p. 1. tit. 2.* Statut. Acad. *c. 10. §. 1. vers. alterutri.* D. D. Harpprecht *Vol. 7. Consil. Tub. 25. n. 29.* conf. Uffenbach *de Judic. Imper. Aulic. cap. 6. subs. 5. n. 18.* hincque monentur, ne ulli partium advocando vel consulendo assistant, si causa ad Dicasterium probabiliter devolvi possit, nisi lis sit propria vel consanguineorum; Ordin. Dicast. *p. 1. t. 3. §. 3. & tit. 9.*

tit. 9. ac p. 3. tit. 24. §. 3. J. P. W. *p. 1. t. 53.* Bocer. *Cl. 6. D. 28. th. 21.* Winter *de Assessor. p. 1. cap. 7. n. 48.* nemo enim duplici officio, assessoris & advocati fungi potest, *L. f. §. f. Cod. de Assess.* Blum. *in Proceß. Cam. t. 7.* & in genere Assessoribus Advocatura ante Cancellos, vor denen Schrancken, in Judiciis civitatum & pagorum, Stadt- und Dorff-Gerichten, interdicitur, ut honor & dignitas hujus Supremi Dicasterii constet, & conservetur Ord. Dicast. *p. 1. tit. 3. §. 2.* benè tamen Nobilibus aliisque extraneis, &c. operam suam præstare possunt, cum salaria sufficientia ad sustentationem non habeant Winter. *de Assess. p. 1. cap. 7. n. 55.* hinc Anno 1598. Sereniſſimo Domino Duci Friderico supplicarunt pro augendis salariis. Hic notari iterum debet differentia Juris communis, quod consanguineos non repellit à Judicis officio D. D. Graſs *in Disp. de amicitia th. 1. & 2.* D. Harpprecht *C. 25. n. 14. seqq. Vol. 7.* An verò Assessores inter se juncti in tertio gradu consanguinitatis & secundo gradu affinitatis, sicuti in prima instantia surgere J. P. W. *p. 1. t. 2. & pag. 535.* ita in Dicasterio a votando abstinere debeant, identitas rationis suadere videtur, cum si non majus, tamen idem periculum subsit, Sereniſſimi tamen decisioni authenticæ, si Assessores inter se juncti clementiſſime interdum constituantur, tuto hæc quæstio relinquitur. Quia autem suspecti surgere debent aliique surrogantur, quibus nihil objici potest, ideò Dicasterium totum, quia Summum, recusari vix potest. Winter *de Assess. p. 2. cap. fin. n. 60.*

n. 60. vid. Myler. *de stat. Imp. p. 2. cap. 42. n. 13.* prout de Camera Imperii ex pluribus docet B. D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico* §. *24. ad tit.* II. *de except.* Porrò Justo tempore debet comparere neque sine justa causa abesse, sub pœna Ord. Dicast. *p. 1. t. 2. §. 4. & t. 3.* §. *1.* Neque illicito modo factiones excitare, cum aliis colludere sicque per partes alios in suam sententiam trahere Ord. Dicaster. *p. 1. tit. 9.* Neque vota & Consilia, dicta licet sententia, manifestare, sed arcana & Consilia ad mortem usque reticere Ord. Dicast. *p. 1. t. 9.* Neque causas studio protrahere & differre Ordin. Dicast. *p. 1. tit. 9.* Sed brevis, non tamen obscurus, in votando, esse, ne dies rerum verbis teratur. Winter *de Assess. p. 1. cap. 5. n. 72. & c. 9. n. 22. & 23.* Neque alios Assessores in votando interrumpere neque Advocatos in orando turbare Ord. Dicast. *p. 3. t. 24. §. 12.* ita tamen, ut sententiam suam, post vota finita, corrigere & mutare integrum iis sit. Ord. Dicast. *p. 3. t. 24. §. 13.* Conformiter ordinationi Jud. Imper. Aulici Uffenbach *de Jud. Imp. Aulico cap. 6. subsect. 5. n. 15. p. 22.* tandem Assessores sine gravi causa non facile mutandi, ut doctrina juris experientia & stylo curiæ suffulta semper adsit, Ord. Dicast. *p. 1. tit. 1. §. 1.* Winter *de Assess. p. 2. cap fin. n. 59.* ubi dicit in Curia Würtemberg. novos recessus hac de causa juramentum ab Assessore Doctore ad Sex annos poscere & testatur, quod ipse hoc juramentum præstiterit & deservierit tantum temporis plene.

§. VI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1680626728/phys_0161
DFG

§. VI.

Post Assessores proximum locum tenet Secretarius, admodum necessaria persona Dicasterii, hinc capacissimus debet esse, linguæ latinæ peritus, terminorum & allegationum Juris nec non processus & Ordinat. Dicaster. gnarus Ord. Dicast. *p. 1. tit. 4. §. 1.* hodie ut plurimum Licentiatus Juris. Jurat in pleno Domino Judici Dicasteriali, quod utilitatem Serenissimi promovere damnumque avertere velit. Ordin. Dicast. *p. 1. t. 9. pag. 31.* & officio suo diligenter legendo, Acta scribendo reliquisque ipsi incumbentibus præesse velit, hinc protocolla clare & distincte, sine abbreviaturis, scribere debet Ordinat. Dicast. *p. 1. t 9. & t. 4. §. 2.* Supplicationes & memorialia omniaque Acta diligenter asservare, neque alicui acta & actitata manifestare, neque copias actorum judicialium dare, sine præscitu Domini Judicis Dicasterialis & sine condigno Salario Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 12. & t. 9. fol. 31.* nisi copia sententiæ, Ord. Dicast. *p. 1. t 4. §. 12.* Vel acta primæ Instantiæ sint, quæ Advocatis à Secretario, data recognitione, communicantur, testante praxi & Concluso von dem 18. Novemb. 1644. Porro nulli partium consilium dare, neque illas admonere, Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. fol. 31. p. 1. t. 4. §. 14.* neque causas retardare, neque aliis anteponere & præferre, sed ordinem præscriptum observare, Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 9. & fol. 31.* Sportulas & reditus Dicasteriales diligenter annotare & rationes desuper reddere,

Ord. Dicast. *p. 31.* si Dicasterium convocandum, debet rem deferre ad Sereniſſimum, numerum causarum communicare & decisionem expectare. Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 3.* Deinde, una cum Assessore literato, Calendarium s. Diarium, Tag-Buch, conficere Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 3. & 4. conf. cap. 3. §. 1.* & Assessoribus literatis consignationem maxime antiquarum causarum mature mittere, Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 6.* & quoque in tempore citationes expedire, Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 7.* uti quoque Sententias concipere, legere, mutare & publicare debet. Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 11.* Et si feriæ, ob partium transactionem vel contumacem absentiam, fiant, debet alia Acta ad manus habere, ut dies ad decisionem alterius Causæ impendatur, Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 10.* Catalogum denique Advocatorum & quando jurarunt, habere. Ord. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 3.* jung. D. Joh. Schilteri *Disp. de Secretar. post. Exerc. 5. π.*

§. VII.

Ex justa causa datur Secretario, ob multitudinem negotiorum, Adjunctus Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 14.* qui Judici Dicasteriali juramentum præstat, quod legendo & scribendo Secretario assistere, & omnia, quæ à Judice Dicast. & Secretario ei mandentur, exequi, omniaque verò acta & actitata Dicasterialia reticere velit. Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. fol. 31. & 32.*

§. VIII.

§. VIII.

In Dicasterio nemini, nec Advocato Cancellariæ, utpote quorum plures, testante praxi, juramenta & præstanda in Dicasterio denuò præstiterunt, causas alienas orare licet, nisi sit Advocatus Dicasterii, hinc si receptus, datur ipsi decretum legitimationis, cujus formula sub No. 30. à Domino Hæberlino in Appendice exhibetur, & quidem, non nisi uno, in singulis causis, uti licet. Ord. Dicast *p. 1. t. 7. §. 7.* id quod in Camera quoque Imp. Ord. Cam. *p. 1. t. 19. vers.* es soll. & Pomerania, in usu est D. Stryk *in usu mod. §. 8. ad tit. π. de postul.* exceptio supra §. 3. adducta, ubi duo admittuntur, secus verò est de Jure Civili *L. 7. C de postul. L. 14. §. 1. C. de jud.* propriam tamen litem partes, si idoneæ & capaces sunt, pro arbitrio Dicasterii, proponere possunt, ut tamen breves sint, & à repetitionibus inutilibus tavtologicis & synonymis verbis abstineant, sub pœna Ordin. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 11.* J. P. W. *p. 1. t. 17. pr.* Ordinat. Camer. *p. 1. t. 26.* Bocer. *Cl. 6. D. 7. th. 16.* Ut verò in numerum Advocatorum recipiantur, necessarium est, ut Licentiati vel Doctores Juris sint, vel ad minimum, per tres vel quatuor annos, studio juris diligenter incubuerint & specimen publicum disputando ediderint, Ord. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 1.* Winter *de Assess. p. 2. cap. 1. n. 20.* Wibel. *de contract. mulier. cap. 3. §. 8. n. 143.* D. Stryk. *in usu moderno §. 9 de postul. & Disp. de Conscient. advocat. cap. 1. n. 73. cum sqq.* Mevius *p. 1. Dec. 189.* Brunnem. *ad L. 1. n. 9.* &

D. Lauterbach. §. 7. *ad tit. pandect. de postul.* insuper Examinibus Dicasterialibus se submittere debent, nisi publica Examina Facultatis sustinuerint; sive deinde majorennes s. minorennes sint, nulla facienda est differentia, modo 18. annis nati *L. 1. §. 3. de postulando* Stryk *in usu moderno §. 2. & 3. de postul.* quamvis in inferioribus Judiciis Würtembergicis aliæ personæ probæ, piæ ac honestæ, licèt juris non sint peritæ, non repellantur, J. P. W. *p. 1. t. 17. §.* und weil bißhero *ibique in Differ.* B. D. Lauterbach. *th. 37.* Wibel. *dict. loc.* imò in judiciis pagi advocati juris periti plane non admittantur, J. P. W. *p. 1. tit. 8.* §. aber in Dörffern. nisi causa sit magni momenti, ubi oraliter, breviter, & absque allegationibus juris, & absque intermixtione linguæ latinæ, procedendum. Nec non in Judiciis quoque civitatum, si causa summam 50. florenorum non efficiat, advocati juris periti itidem repelluntur, sed partes ipsæmet, vel procuratores ordinarii Judiciales, causam proponere debent. Rescript. Generale de A. 1671. den 19 April. apud Dn. Hochstetter. *in Extract.* der Hoch-Fürstl. *General-Rescripten pag. 30. & 31.* Porrò debent esse pii, prudentes & modesti, & juramentum non nisi semel ab initio suscepti officii præstare, Ordin. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 2. & 3. & t. 9. pag. 33.* J. P. W. *p. 1. t. 17. §.* und damit. *& seq. ibique* D. Lauterbach *in Differ. jur. commun. & Würtemb. §. 40.* hinc immunes sunt à juramento calumniæ, nisi simul procuratores fiant, juxta Rescriptum de

de A. 1666. den 19. Jul. relatum ab Hæberlin. *in Append. Jub Nro. XI.* Ego *in Dodec. differ. J. C. & Würtemb. th. 1.* Et ita differentia hic adest, tàm à Jure Romano, ubi in singulis causis jurare debent per *L. 14. Cod. de judic.* quàm à Judiciis inferioribus Würtembergicis, ubi nonnisi ad petitionem partium, vel impositionem judicis, ab advocatis non constitutis à judiciis illud præstandum est. J. P. W. *p. 1. t. 17. §.* da sich auch. Jurant autem, quod 1) velint reverentiam, honorem & obsequium Dicasterio exhibere, hincque sententias Dicasteriales sine causa neque impugnare, neque censoria virgula notare, aut, ut iniquas, traducere, Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. fol. 33.* Roding *in π. Cameral. lib. 4. tit. 5. n. 22.* omnia facere debent 2) rite, observata ordinatione & stylo Dicasteriali Ord. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 4.* & 3.) candide, hinc à fallaciis & fraudibus debent abstinere & nil, nisi verum & justum, proponere. *L. 14. § 1. C. de judic.* J. P. W. *p. 1. t. 17.* Ordin. Dicast. *p. 1. t. 9. fol. 33.* Ordinat. Camer. *p. 1. t. 64.* Struv. *Ex. 7. th. 8.* Brunnem. *ad Jus E. lib. 1. c. 6. m. 1. §. 20.* D. Stryk. *in Disp. de conscient. advocat. cap. 3. n. 53. cum seqq.* Neque dilationem, absque causa, petere, neque alio modo causam protrahere vel partibus consilium protrahendi dare, ne lites immortales fiant Ord. Dicast. *p. 1. tit. 9. fol. 33.* D. Stryk. *in Disp. de conscient. advocat. c. 2. n. 66.* & 67. addens *n. 99. cap. 3.* neque superflua appellatione utendum esse, ne hoc modo appellatio, quæ alias dicitur theriaca, contra injustæ sententiæ venenum, ipsa in venenum degeneret.

4) modeſte omnia proponere debent, remota omni convitiandi prurigine & maledicendi temeritate, Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 7. §. 4. & 15. & t. 9. fol. 31.* J. P. W. *p. 1. t. 17. §.* **ferners wollen.** Beſold. *ad J. P. W. p. 4. in fine n. 49.* & quidem de Jure Romano, ſub pœna infamiæ, *L. 6. §. 1. Cod. de poſtul.* D. Stryk. *in uſu moderno §. 10. ad tit. π. de poſtul. & de conſcient. advocat. cap. 3. n. 27. cum ſeqq.* de Jure verò Würtembergico, ſub pœna arbitraria, & rejectione ſcriptorum. D. Lauterb. *in Diſſer. J. C. & W. p. 1. §. 39.* 5) breviter & ſuccincte, ſub omiſſione inutilium repetitionum tavtologiarum & verborum Synonymorum, vid. cap. 7. §. 1. acceptationum, & quæ in Actis prioris inſtantiæ jam continentur, cogitare enim debent, tædioſum eſſe per ſe, diu ſedere, duplo autem moleſtius, audire inſuper ingrata, inutilia & bis cocta. Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 7. §. 5. & t. 9. fol. 33.* J. P. W. *p. 1. t. 17. §.* **es wäre.** communia decreta Dicaſterialia de A. 1664. den 24. Septembr. & A. 1716. den 2. Maji. Hæberlin *in Append. ſub Nro. XIII. & XIX. L. 6. §. 1. & 4. C. de poſtul. L. 13. §. 9. de judic.* Receſſ. Imper. nov. *de A. 1654. §. 98.* Roding. *in π. Cam. lib. 4. tit. 5. §. 17.* Stryk. *in Diſp. de conſcient. advocat. cap. 2. n. 8. & cap. 4.* ubi rectè monet, quod ab allegationibus juris ſuperfluis abſtinere debeant, juxta proverbium: venite ad factum, Curia novit jus: 6) diligenter, adhibita ſcilicet omni ſua diligentia & ſtudio, rem defendere debent. Ordin. Dicaſt. *p. 1. t. 9. fol. 33. L. 14. §. 1. C. de judic.* J. P. W.

p. 1.

p. 1. t. 17. §. fin. aliàs tenentur vel actione mandati, D. Lauterbach. *in Colleg. theor. pract. §. 20.* & D. Stryk. *voce, actione. in not. ad Comp. Lauterbach. ad tit. π. de postul.* & *in Disp. de conscient. advocat. cap. 3. num. 6.* Decker. *in vindic. ad Blum. proceſſ. Cam. tit. 9. n. 10. in fine.* D. Harpprecht *Conſil. nov. 61. n. 99.* vel actione in factum ad damnum reſarciendum. Mevius *p. 6. dec. 209.* 7) fideliter, nec prodita cauſa vel probationibus diſſimulatis, aut alio modo cum adverſario colludere, illumque adjuvare, ſed ſecreta tacere debent, ne incidant quodammodo in crimen prævaricationis, Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 7. §. 10.* & *t. 9. fol. 33.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 22. de poſtul.* D. Stryk. *in Diſp. de conſcient. advocat. cap. 2. n. 72. cum ſeqq.* 8) Conſtanter, non enim cauſam ſemel ſuſceptam, ſine juſta cauſa, deſerere poſſunt, Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 7. §. 8.* & *t. 9. fol. 33.* J. P. W. *p. 1. t. 17. §. 11.* quod ſi enim in progreſſu cauſam injuſtam deprehendant, licet illam deſerere, ſi pars nolit deſiſtere. D. Stryk. *in Diſp. de conſcient. advocat. c. 4. n. 14. cum ſeqq.* 9) porrò, ultra taxam præſcriptam, nihil petere ſed ſalario præſtituto contenti eſſe debent; Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 7. §. 1. 2.* & *13.* & *t. 9. fol. 33.* D. Stryk *de conſcient. advocat. cap. 24. cum ſeqq.* ubi limitat: quamvis taxa, tam labori quàm hodiernis temporum injuriis magis accommodata, illis non invidenda foret. 10) ex officio ſibi commiſſas cauſas, maximè pauperum, ſuſcipere, niſi juſtam habeant cauſam recuſandi, vel ab Advocatura Dicaſteriali abſtinere, Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 7. §. 9.*

& 17. D. Stryk. *de Conscient. advocat cap. 2. n. 45. cum seqq.* 11) scriptis semper sua nomina subscribere, sub pœna arbitraria & rejectionis scriptorum, Ord. Dicast. *p. 1. tit. 7. §. 16.* 12) terminos agendi observare, sub pœna floreni, Ord. Dicast *p. 3. t. 23. §. 7.* id quod, per Decreta Dicasterialia de A. 1716. den 21. April. & A. 1718. den 4. Maji in appendice Dn. Hæberlini *sub Nro. XVIII. & XX.* itidem injunctum, sub pœna ordinationis, imò majori, pro circumstantiis rerum, prout tales interlocutoriæ latæ apud Hæberlin *sub Nro. 445. 459 908.* sub comminatione vel reservatione pœnæ, mit Vorbehaltung gebührender Ahndung gegen dem saumseligen Advocaten, oder auch hinführo die Termine bey ohnfehlbar zu gewarten habender Straffe zu beobachten schuldig seyn solle; vel plane sub indictione mulctæ, vel ante lapsum termini ad agendum prorogationem primam, secundam & tertiam petere debent. J. P. W. *p. 1. t. 21. §.* wo dann. Brunnem. *ad L. 7. n. 4. & seqq.* Lauterbach *§. 32.* D. Böhmer *n. 9.* & D Stryk. *in usu moderno §. 16. ad tit. n. de fer & dilat.* ex justa causa, leviori, in prima, quam secunda & tertia prorogatione, Mevius *Part. 4. dec. 24.* D. Stryk. *in introduct ad Praxin for. c. 8 §. 7.* hoc modo: Es hat zwar der Appellantische Patronus causæ verhoffet, innerhalb den vierwöchig angesetzten Termin, mit seiner Replic zum Stand zu kommen; weilen er aber, wegen einiger Unpäßlichkeit oder Verreisung in auswärtigen Geschäfften, (etlich gehabten Criminal-Processen) daran rechtmäßig verhindert wor-

worden; so will er hiemit, noch vor abgelauffenem Termin, Euer Hochfürstl. Durchleucht unterthänigst-gehorsamst ersuchet haben, ihm die erste und andere Prorogation des Termins auf acht Wochen in Gnaden zu erlauben ꝛc. Juxta commune decretum Dicasteriale de A. 1665. den 16. Martii in Terminis ad agendum in scriptis simplicibus regulariter non nisi duæ, in peremtoriis vero non nisi una prorogatio ex justa causa concedenda. Hæberlin. in append. Nro. XIV. cum verò hæc materia de dilationibus per Rescriptum Serenissimi novum de A. 1739. den 21. Octobr. in totum immutata sit, infra *c. 6.* pluribus de illa agendum erit. conf. *c. 14. n. 7.* 13) Neque præjudicia Dicasterialia allegent, sub pœna 15. Crucigerorum, quia veras rationes decidendi ignorant, & Dicasterio jam notum est, quid judicavit, juxta commune decretum Dicasteriale de A. 1664. den 24. Septemb. Hæberlin. *in append. Nro. XIII.* 14) In communi decreto de A. 1665. den 16 Martii apud Dn. Hæberlin. *in append. sub Nro. XIV.* porro cautum, ne Advocatus plures quàm tres novas causas orandas recipiat, nisi ipsi major numerus specialiter permittatur, ne multitudine causarum obrutus justitiæ cursum retardet, & minus accurate & sollicite causam tractet, quod hodie vix observari potest. Econtra in Rescripto Ducali de A. 1741 den 6. Junii, §. 2. provisum, ut Præfecti partes admoneant, ut advocatos mature requirant, & acta manualia ad minimum 8. dies ante sessiones Dicasteriales

ipsis tradant, ut se in tempore præparare queant. *contin. Rescript. Duc. p. 20.*

§. IX.

Pedelli Dicasterialis officium describitur in Ord. Dicast. *p. 1. tit. 6.* & juramentum, quod præstat Judici Dicasterii, extat *in t. 9. fol. 32.* ante omnia debet honorem & reverentiam Dicasterio exhibere, jussa ejusdem & Secretarii fideliter facere, & Acta Dicasterialia portare, secreta verò tacere. Accipit hodie in singulis causis à qualibet parte 25. vel 30. crucigeros. vid. Ord. Dicast. *p. 1. t. 6. §. 2. & c. 20.*

§. X.

Nuntius juratus Dicasterialis Citationes diligenter insinuare, & documenta insinuationis à Præfectis Secretario reportare, neque, ultra taxam, à Secretario præscriptam, à partibus quid exigere debet. Ord. Dicast. *p. 1. t. 5. & t. 9. fol. 32.* Bocer. *Cl. 6. D. 3. th. 63. cum seqq.* B. D. Lauterbach. *in Diss. de nuntio th. 57.* à qualibet verò parte accipit 10. usque 20. crucigeros, si citati comparent, ultra mercedem Citationis. vid. J. P. W. *p. 1. tit. 11. §.* und dieweil. ubi in inferioribus judiciis Würtembergicis relatio Archi-Grammateis, Stadt-Amt- und Gerichts-Schreibern facienda est.

CAP. III.

CAP. III.

De citatione, termino & modo convocandi Dicasterium.

SUMMARIA.

§. 1. Quot civibus & quo modo Dicasterium convocandum.
§. 2. Agit de Judicis & Assessorum, &
§. 3. partium Citatione, cum formulis citationum.
§. 4. Quæ immediata est, & de insinuationis probatione, additque laudem celeritatis expediendarum rerum.

§. I.

DIcasterium quolibet Anno quatuor vicibus, nempe Dominica Invocavit, Trinitatis, & Diebus Bartholomæi & Martini congregari debet, juxta Ord. Dicast. *p. 2. t. 7.* & J. P. W. *p. 1. tit. 57. §. fin.* Et cùm posterioribus temporibus non nisi una vice, sed longiori tempore, quolibet anno convocatum esset; denuò in Rescripto Generali de A. 1699. den 1. Novembris apud Hæberlin. *sub Nro. V. in append.* cautum est, quod binis vicibus quolibet anno convocandum sit, quamvis nec hoc semper observatum. Novissimè à die 23. Aug. usque ad diem 1. Octobr. A. 1745. & à die 22. Aug. usque 30. Septembr. A. 1746. & à die 21. Aug. usque 29. Septembr. 1747. Sessiones Dicasteriales per Sex Hebdomadas durarunt. Interdum Dicasterium summum extraordinario modo convocatur, uti factum A. 1692. & 1693. anno-

annotante Dn. Hæberlino *in sentent. Dicaſter. pag. 337. & 340.* & A. 1737. menſ. Febr. in cauſa des Holländers, Herrn Frontins, contra die Herrn Steitzen & Conſorten von Franckfurt. Sed ſumtibus petentium. N. 588. *in sentent. Dicaſt.* Et ſi numerus cauſarum ſufficiens adſit, tunc Secretarius, ſex Septimanas ante, ad Sereniſſimum vel Conſilium intimum rem deferre debet & deciſum expectare, Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 4. §. 3.* Si deinde congregatio placet, tunc cum præſcitu & approbatione unius Conſiliarii Regiminis & Aſſeſſoris, Calendarium ſ. Diarium citandorum, & cauſarum, Tag-Buch, conficiendum eſt, qui Aſſeſſor, cui hoc negotium in ſpecie commiſſum eſt, ad plenum Conſilium Regiminis ſ. Juſtitiæ rem deferre debet. Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 4. §. 4.* & ſ. & deinde, ſi plures cauſæ adſint, quàm ut Seſſione inſtante expediri queant, tunc ab initio, ob jus ex temporis prioritate quæſitum, antiquiores, in medio juniores, &, ultimo loco, novæ cauſæ tractandæ & decidendæ ſunt, Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 4. §. 9.* ita tamen, ut arbitrium Domini Judicis non excluſum ſit, ſicque cauſæ privilegiatæ, minorum, pauperum, vel quæ moram non patiuntur, meritò aliis præferantur. Winter *de aſſeſſ. cap. 6. n. 20.*

§. II.

Poſthac Dominus Judex Dicaſterialis & Aſſeſſores, & quidem quilibet per ſpeciale mandatum, à Sereniſſimo Domino Duce vel duobus Conſiliariis intimis ſubſcriptum, ad minimum 14. dies

dies ante Sessiones citantur, Ordin. Dicast. p. 1. t. 4. §. 6. quæ citationes quomodo fieri & expediri soleant, refert & tradit Dn. Hæberlin *in Append. sentent. Dicast. sub Nro. XXVII. & XXVIII.* Citatio mea & collatio clementissima primi voti hujus erat tenoris: Von GOttes Gnaden Carl, Hertzog zu Würtemberg und Teckh, ꝛc. Unsern Gnädigen Gruß zuvor, Hochgelehrter, Lieber Getreuer! Demnach Wir Gnädigst resolvirt haben, auf Bartholomäi dieses Jahrs wiederum ein Hof-Gericht zu Tübingen auf 6. Wochen lang halten zu lassen, dergestalten, daß solches Dienstags den 18. Aug. seinen Anfang nehmen, und Freytags den 25. Sept. sich endigen solle. Und Wir nun ꝛc. Euch als Hof-Gerichts-Assessorem Gnädigst constituirt, und das primum votum bey dem Fürstl. Hof-Gericht zu führen Euch gnädigst aufgetragen haben wollen; Als ist Unser Gnädigstes Gesinnen an Euch, Ihr wollet auf solche Zeit in loco Tübingen einheimisch seyn, und dem Hof-Gericht, so lang dasselbe währen wird, als Assessor auf der Gelehrten Banck und primus votans beywohnen. Melden Wir in Gnaden, womit Wir Euch jederzeit wohl beygethan verbleiben. Stuttgardt, den 11. Augusti 1744.

§. III.

Partes verò, termino arbitrario, congruo tamen, nec nimis angusto, citandæ sunt, tantum enim temporis ipsis dandum est, ut Advocatos sibi constituere illosque instruere queant, hinc

hinc ut plurimum sex & ultra hebdomadas, ante congregationem Dicasterii, citantur, Ord. Dicast. *p. 1. t. 4. §. 7.* & in hoc differt à Jure communi, quod decem quoque diebus contentum est, *L. 69. ff. de judic.* B. D. Lauterbach *in Differ. Jur. Civil. & Würtemb. p. 1. th. 15.* omnis tamen citatio Dicasterialis ab initio est dilatoria. Ordinat. Dicast. *p. 2. t. fin §. 4. & p. 3. tit. 22.* J. P. W. *p. 1. tit. 11. §. so dann. & tit. 64.* prout quoque formula consueta hujus tenoris probat. Von GOttes Gnaden, Eberhard Ludwig, Hertzog zu Würtemberg und Teckh, ꝛc. ꝛc. Demnach Wir Gnädigst resolviret haben, nach Quasimodogeniti dieses lauffenden 1718. Jahrs Unser Fürstl. Hof-Gericht zu Tübingen wiederum sitzen, und neben andern davor Rechtshängigen Sachen, auch die Appellations-Sache von Beßigheim, zwischen Georg Christoph Rentzen, des Gerichts allda, R. Nten eines- entgegen und wider Johann Martin Schobern, des Gerichts und Cronenwirthen allda, A. Ten andern Theils, auf Samstag den 14. künfftigen Monaths May vornehmen, und darinnen, wie Rechtens, verfahren zu lassen; Als ist hiemit Unser Befehl, du sollest denen in der dir anvertrauten Amts-Stadt sich aufhaltenden obgemeldten Partheyen ohneingestellt bedeuten, auf gedachten 14ten künfftigen Monaths May, Morgens zu früher Tages-Zeit zu Tübingen vor Unserm Hof-Richter, Räthen und Assessoren, Unsers Fürstl. Hof-Gerichts, entweder in Person, oder durch einen genugsam ad agendum und transigendum gevollmächtigten Anwald, auch wo die

die Sache Minderjährige oder Weibs-Personen angehet, entweder mit Gerichtlich-constituirten Kriegs-Vögten und Pflegern in eigener Person, oder auch, jedoch durch einen oder mehr von denen Kriegs-Vögten und Pflegern, mit Beylegung der Tutorien und Curatorien, dergestalten begwalteten Anwälden, wie vermöge Unserer ausgekündeten Land-Rechten, Hofgerichts-Ordnung und emanirten General-Rescripten, sonderlich den, vom 1. Nov. 1699. (welches Wir anhero seines vollkommenen Innhalts hiemit wiederholen, und zu dessen genauer Beobachtung ernstlich, bey darinnen, in casum contraventionis, angedroheten, und, nach Befinden noch empfindlicheren Straffen erfrischen,) sorgfältig erfordert wird, legitimè zu erscheinen, und allda des Rechtens, wie sich gebühret, abzuwarten; zuvor aber, nach deutlicher Verordnung erstgedachten General-Rescripts von Anno 1699. bey darauf gesetzten Straffen, sich zeitlich um Advocaten umzusehen; Benebens hast du, wann bey Verkündigung obgesetzten Termins, oder auch hernach noch vor demselben, sich ergeben thäte, daß die Partheyen sich verglichen, liti renuntiret hätten, oder der Proceß sonsten gefallen wäre, solches, ohne einigen Zeit-Verlust, zu Unsrer Fürstl. Hofgerichts-Expedition, zu anderwärtiger Verfügung, zu berichten; Nichtweniger, damit man vor das künfftige nach offt-allegirten Generali von Anno 1699. zeitliche Nachricht von dergleichen Vorfällen haben möge, dem Stadt-Amts-oder Gericht-Schreiber bey dir alles Ernstes einzuschärffen,

bey

bey Auslösung der Appellations-Acten, denen Appellanten mündlich zu intimiren, daß sie die pendente Appellatione etwa sich ereignende Veränderungen und Endschafften ihrer Processe, zu Erspahrung vergeblicher Kosten und Mühe, gleichbalden in ein unterthänigstes Memoriale verfassen, und dem Staabs-Beamten, um solches sofort beyberichtlich zur Fürstl. Hofgerichts-Expedition notificiren zu können, mit Uberlieferung des Memorials, ohnfehlbarlich anzeigen sollen. An dem beschiehet Unser ernstlicher Wille und Meynung, und Wir verbleiben dir in Gnaden gewogen. Stuttgardt den 16. Martii Anno 1718. Dn. Häberlin *in append. sentent. Dicast. Nro. XXI* interdum citatio saltem per signaturam fit, juxta formulam *sub Nro. XXIII. ibidem* relatam. Peremtoria verò citatio, si in contumaciam decernitur, tunc 30. dies continere debet, Ord. Dicast. *p. 1. t 4. §. 8.* J. P. W. *p. 1. tit. 11.* §. **so dann**. Lauterbach. *§. 25. de in jus vocando.* & in hoc differt Jus Würtemb. primæ instantiæ, Jus Provinc. Würtemb. *p. 1. t. 11.* §. **und dieweil** und §. **sodann** ubi dilatoriæ citationi, in rebus moram non respuentibus, & personis citandis in eodem cum judice loco existentibus, ad minimum octidui & de cætero arbitrarium, tempus præstitutum, peremtoriæ vero similiter trium dilatoriarum terminus præfixus legitur. B. Dn. Lauterbach. *in Differ. Jur. commun. & Würtemb. p. 1. th. 20.* & D. Harpprecht *in continuat. Differ. Jur. Civ. & Würtemb. §. 2.*

§. IV.

§. IV.

Omnes Citationes Subditorum & inco'arum immediate fiunt, nomine Sereniſſimi vel à Dicaſterio congregato, vel, ſi nondum convocatum, ex Conſilio Regiminis ſ. Juſtitiæ, ita, ut duo Conſiliarii & Aſſeſſores Citationes ad Præfectos directas ſubſcribant, Ord. Dicaſt. *p. 2. tit. 2. §. 2. §. 3.* & mittuntur, per nuntium juratum Dicaſterialem, qui à Præfectis documentum inſinuationis poſcere & Secretario afferre debet. Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 5. §. 1. & 2* ipſe autem Præfectus citationes ſubditis denuntiare & factam citationem, cum omnibus circumſtantiis, docere debet. Ord. Dicaſt. *p. 1. t. 5. §. 3.* D. Hochſtetter *Extract Fürſtl. General Reſcript. fol. 41.* & ſi forſan partes transactionem inierint, ſtatim illud denuntiandum eſt, ut aliæ citentur partes, Ord. Dicaſter. *p. 1. t. 4. §. 7. & t. 5. §. 5.* vel ſi appellationi renunciaverint, *alleg. Extract. p. 39.* & quidem ſub pœna, & litigantes monere, ut in perſona vel per ritè & legitimè conſtitutos procuratores compareant, Ordin. Dicaſt. *p. 1. tit. 5. §. 5. & 6.* Admodum ſollicite igitur citatio facienda & inſinuanda eſt, quia ſingulis diebus non niſi una cauſa peragitur & quoad fieri poteſt, una die, matura tamen celeritate, etiam definitive decidiur, teſtante experientia & notantibus Wintero *de Aſſeſſ. p. 1. cap. 9. n. 26.* ubi hæc verba profert: *non tamen immatura celeritate, ſed laudabili expediendi habitu, per diuturnam exercitationem contracto, quo multum conferre noſcuntur advocati*

in arte juris versatissimi & disertissimi, qualium hactenus copia ibi fuit. & D. D. Grasso *in Differ. Recess. Imper. Sect. II. pag.* 10. extranei autem, per Subsidiales, citantur, & citatio ad Magistratus vel Præfectos, per nuntium juratum Dicasterialem, mittitur, qui deinde Secretario documentum factæ insinuationis à partibus vel præfectis apportare debet; Ord. Dicast *p. I. t. 5. §. 8.* vel interdum citatio simpliciter in scriptis fit, & documentum factæ insinuationis petitur, prout ex formulis *in Append.* Hæberlin *Nro. 24. & 25.* apparet. Interdum edictaliter debet fieri secundum formulam in append. D. Hæberlin *sub No. XXII.* J. P. W. *part. I. t. II. pag. 65.* uti A. 1692. den 14. Jul. edictalis citatio decreta in *Nro. 572.*

CAP. IV.

De Loco, compellatione & Legitimatione.

SUMMARIA.

§. 1. Agit de loco Dicasterii
§. 2. Legitimat. & compellatione
§. 3. Quomodo minores, & fœminæ se legitimant
§. 4. De forma procuratorii
§. 5. An cautio rati & Sigillum absque subscriptione, sufficiat, & quid requiratur ad instrumentum Syndicatus.
§. 6. An Charta blanca.
§. 7. Quatenus tutor, Curator & fœmina procuratorem constituat.
§. 8. De præsumto mandato disquirit, ratione consanguinitatis & affinitatis.
§. 9. Et de consortio litis.
§. 10. An maritus?
§. 11. Vel extraneus?
§. 12. Æquitatem commendat in legitimationibus.

§. I.

§. I.

LOcus Dicasterii est Tubinga, & in curia, Senaculum Dicasterio inserviens, Hofgerichts-Stube. Quod, ut nullibi, quàm Tubingæ haberetur, fidelitas ibi promeruit civium, antea enim nulla sedes fixa assignata erat. Crusius *in Annal. Suev. lib. 10. p. 3. c. 4.* Dn. Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 73.* Besold, *de appell. cap. 2. n. 19. fol. 102.* cùm enim Duci Ulrico in rebellione rusticorum, contra pauperem Conradum, den armen Conrad, haud leve tulerint auxilium in compensationem fidelitatis Sereniss. Dux eos Anno 1514. novo Sigillo, insignibus atque vexillo, ornavit, iisque tria tormenta serpentaria donavit, & ut Judicium Aulicum Tubingæ haberetur, nec sine gravi causa, transferretur, constituit. Crusius *dict. loc.* prout diploma Ducale in extenso exhibet, Dn. Andr. Christoph. Zeller in dem ausführl. Merckwürdigkeit der *Universität* und Stadt Tübingen, *c. 8. pag. 122. cum segq.* Secuti A. 1594. ob pestem Marpaci habitum fuit. Dn. Author der kurtzen Historischen Ephemerid. des Hochfürstl. Hauses Würtemberg, *pag. 98.* cui ex Ord. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 1.* illa causa merito adjungi debet, ut Studiosi adultiores occasionem praxin addiscendi haberent, hisce verbis: Dieweil unser Hof-Gericht, fürnemlich darum zu Tübingen gehalten wird, daß die jungen angehenden Juristen, bey unserer Hohen Schul daselbst, sich daran mit advociren, oder auch procuri-

curiren, exerciren und üben mögen: Hinc Facultas Juridica Auditores, ut in supremo Ducali Consistorio ad juris praxin diligenter instituantur & in illa exerceantur, sedulo monere debet, *Statut. Acad. Renov. cap. 7. §. 2. pag. 46.* id quod & in declaratione Fridericiana de A. 1601. *cap. 33.* injunctum. Licet enim quis versatissimus sit theoreticus, si tamen praxis non accedat, tyrocinium magis juris nominari meretur, hincque theoretici à Doctoribus comparantur filiis Zebedæi, cum in praxi nesciant, quid petant & petere debeant. Mascard. *de probat. conclus. 1299. in fin.* Winter. *de Assessor. p. 1. c. 6. n. 73.*

§. II.

Si Dicasterium est convocatum & congregatum, sicque judicium formatum; tunc, per Pedellum, Advocatis & partibus nuntiatur, quod, vel statim vel, ad sonum campanæ, debeant introire & causam suam agere. Et, si comparuerunt, suaque loca, separata tamen, occuparunt, tunc, apertis foribus, publicè & in conspectu omnium Auditorum à Secretario prælegitur Diarium Ord. Dicast. *p. 3. t. 1. §. 1.* hisce verbis: In der Appellations-Sache von Tübingen haben vor diesem Fürstl. Hof-Gericht in heutiger juridica zu erscheinen nachfolgende Parthien, die Gemeindt zu Deckenpfrondt, Calwer Amts, Kläger Appellantin, sodann die Gemeindt zu Gültlingen, Wildberger Amts & Cons. Beklagte Appellatin. Post hanc prælectionem, appellans, præmisso decenti titulo, per suum Advocatum Dicasterio se se

sese legitimare debet, hunc in modum. Ihro Hochfürstl. Durchleucht Herrn Hertzogs zu Würtemberg und Teckh, unsers allerseits Gnädigsten Fürsten und Herrns, zu diesem Hochpreißlichen Hof-Gericht, Hoch-wohlverordnete, Hochvortrefflich-Hochansehnliche Herrn Hof-Richter, Räthe und Assessores, Gnädig-Hochgebietend-Hochgeneigt-Hochgeehrtiste Herrn, Herrn; Der gnädigst erlassenenen Citation zu gehorsamster Folge, erscheinet vor diesem Hochlöbl. Tribunal in Person, Mevius, Kläger Appellant; und wie nun seiner Seits nichts an der Legitimation abgehet, also will er nunmehro auch des Gegnerischen Erscheinens gewärtig seyn. Postea Appellati Advocatus, præmissa itidem plena compellatione, partem appellatam legitimat, si per procuratorem comparuit, hoc modo: Auf die Gnädigste Citation præsentiret sich Cajus, als Anwald, Seji, Beklagten Appellaten, und wie er durch das hiemit in Unterthänigkeit einlegende und dem Gegentheil extrajudicialiter communicirte untadelhaffte Procuratorium, sich zu diesem Gerichts-Stand überflüßig legitimiret; also wisse er auch an dem Gegnerischen Persöhnl. Erscheinen nichts auszustellen, und erwarte diesemnach fernerer Handlung. Compellationem, modum procedendi & aliquot integros processus exhibet Dn. Hæberlin *in append. sub Nro. XXXI. XXXII. & XXXIII.* qui omnino legi & conferri merentur. Hic Advocatis ratione compellationis notandum venit 1) quod, quoties à Secretario prælegitur Diarium, toties, præmisso pleno titulo, legiti-

matio facienda sit; id quod regulariter in una causa, cùm singulis diebus terminetur, non nisi duabus vicibus, nempe mane, & à meridie fit, si, post discessum matutinum, post prandium, Sessiones continuentur; Quoties verò 2) Diarium non prælegitur & tamen novus discursus s. Receſſus, quem vocant, inchoatur, toties non quidem legitimatione, nova tamen compellatione, opus sit, sequentem in modum: Zuvor Hochwohlernannte = Hochgebietend = Hochgeneigt = Hochgeehrteste Herrn, Herrn. 3) Quod titulus in abstracto sequens hactenus usitatus fuerit? Euer Gnaden, Excell. Herrlichkeiten und Großgl.

§. III.

Quoad Legitimationem judex & quælibet pars bene attendere debet, an illa recte se habeat, hæc enim exceptio legitimationis in priori instantia omissa aut non rite oppositа in secunda recte admittitur, Mevius *p. 5. dec. 13. & dec. 188.* Brunnem. *ad L. 12. n. 8. C. de procurat.* & in quacunque judicii parte opponitur *c. 4. x. de procurat.* Lauterbach *s. 45. & 46. de except.* cum judicium retro nullum efficiat, hincque ex officio injungatur. Winter *de Assess. p. 2. cap. 6. n. 37. cum seqq.* Simon *Disp. de except. legit. person. in judic. compar.* add. Ludovici *Disp. de legitim. ad causam.* & Carrach *Disp. de vera indole legitimat. ad causam.* & 1) ante omnia dispiciendum, an sint majorennes, vel pupilli & minores Bocer *Cl. 6. d. 4. th. 38.* utpote qui personam legitimam standi in judicio, propter imperfectum judicium, non habent, *L. 1. L. 2. Cod. qui leg. stand. in jud. pers.*

perſ. hab. L. 4. C. de aucl. præſt. §. 2. J. de Curat° niſi veniam ætatis impetraverint, *L. 10. C. de appellat. L. 5. C. de tempor. in integr. reſtit.* Mylerus *in Etolog. c. 7. §. 1. & 2.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 26. ad tit. de jud. & §. 50. ad tit. de Cur. furios.* Joh. Voëtius *n. 4. ad tit. π. de in jus vocando.* Beſold. *in Diſp. de nullitat. th. 144.* ubi limitat, quoad diſtractionem bonorum immobilium v. J. P. W. *p 2 tit. 27. L. pen. Cod. de his, qui veniam ætat.* ſed, illorum nomine, tutor vel Curator comparet vel interdum minores cum Curatore Ord. Dicaſt. *p. 1. tit. 8. §. 7. & 13.* J. P. W. *p. 1. tit. 16.* §. und wo Minderjährige ꝛc. licet conjugati ſint J. P. W. *p. 1. tit. 18. §. Item* die Minderjährige. & *p. 2. tit. 27.* utpote quibus nec beneficium reſtitutionis in integrum denegatur, Beſold *ad J. P. p. 2. th. 146. & 147. & in Diſp. de nullitat. th. 145.* ubi A. 1628. in cauſa Appellationis von Neuhauſen den 8. Martii, ita in Dicaſterio judicatum eſſe teſtatur. B. D. Lauterbach *Exerc. 12 Conl For. 7.* D. D. Harpprecht *in Differ. Jur. Civil. & Würtemb. §. 15.* ſuamque perſonam, per tutorium vel Curatorium, legitimant, præſcriptum in J. P. W. *p. 1. t. 16. fol 94. & 95.* Wibel *de contract. mulier. paragrapho 8. c. 3. n. 129.* quod nempe à judicio rite & legitime conſtitutus, prælecta formula extante in *Ordin. Provinc. Würtemb. tit. 37.* & apud Hæberlin. *in Sent. Dicaſt. Nro 1088.* ubi tutor & curator ad litem in una formula conjunctus, niſi ab illo judice, coram quo litigat, conſtituti ſint, cùm certioratus non demum ſit certiorandus. Gail. *Lib. 2. obſ. 107.*

Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 28.* Fabricius ad Mynsing. *cent. 2. obs. 37.* D. Stryk. *in usu moderno §. 6. ad tit. ff. de confirm. tut.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 30. de procurat. & §. 6. 7. & 32. de administrat. tut.* vel pater sit & liberos in potestate & usumfructum in bonis liberorum habeat. J. P. W. *p. 1. tit. 16. §.* ferner. Bocer. *Cl. 6. D. 4. th. 37.* B. D. Bardili *Exerc. 1. concl. For. 15.* Joh. Schilter. *Exerc. 37. §. 42.* Lauterb. *§. 7. de confirm. tut.* tunc enim non indiget decreto judicis. Secus si nepotes vel neptes ex filia sint, uti Judicatum in Dicasterio den 22. Novembr. 1611. in causa Appellat. von Marpach & A. 1622. den 22. Jun. in caus. Appellat. von Dürrmüntz. cum non sint in ejus patria potestate constituti, *§. fin. J. de patr. potest. L. 195. L. 196. §. 1. de V. S.* vel si Liberos non amplius habeat sub patria potestate, prout in Dicasterio A. 1634. den 7. Martii judicatum in causa Appell. von Vayhingen, zwischen Hanns Ettwein Appellanten, und Stephan Scheffen, Appellaten, Schilter. *d. loc.* Interim certum manet, quod parentes & ascendentes masculi paternæ s. maternæ lineæ, v. g. avus maternus, licèt liberos non amplius in patria potestate habeant, pro illis maritatis licèt, præstita prius cautione rati & grati, ex mandato præsumto, recte in judiciis admittantur, de quo §. 8. agendum & explicat B. D. Lauterbach *in Disp. de cautione rati à conjunctis præstari solita th. 6. & 7.* Wibel *in contractibus mulier. c. 4. §. 8. n. 55.* ubi in causa Appell. von Neuffen den 24. Nov. A. 1630. pater pro filia maritata in Supremo Dicasterio

casterio ita admissus fuit, quod si tamen bonis cesserit, licet ad cautionem se offerat, tamen non admittitur, uti observatum in Dicasterio in causa Appell. von Calw den 11. Decembr. Anno 1627. Deinde, si majorennes, videndum 2.) an masculus vel fœmina? utpote quæ, majorennes licèt, de jure Würtembergico, sine marito, tanquam Curatore legitimo, ita ut nulla constitutione, à Magistratu facta indigeat, B. D. Bardili *in Disp. de curat. ad litem th. 17.* vel alio Curatore ad Litem, qui ad petitionem vel ex officio, uti tota die in Dicasterio practicatur, Wibel *de contract. mulier. c. 3. §. 8. n. 33. & 93.* judicialiter iis adjungitur, J. P. W. *p. 2. tit. 29. §.* ferner wollen, arg. Ord. Provinc. Würtemb. *tit. 32. §. 1. & 4. tit. 33. & 34. §. 1. tit. 45.* D. Harpprecht *Resp. 89. n. 25. seqq.* D. Bardili *in Disp. de curatore ad litem th. 10. & 22.* nihil alienare Lauterb. *Vol. 2. C. 20. n. 10. & C. 173. n. 50.* nec in judicio agere possunt, Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 6.* J. P. W. *p. 1. tit. 16.* §. andere Weibs-Personen. *& tit. 18.* §. wir wollen auch. B. D. Lauterbach *in Differ. Jur. Civil. & Würtemb. p. 1. th. 30. & 41.* ubi recte docet, quod de Jure communi curator non necessarius, hincque contraria statuta probanda sint, Mevius *p. 3. dec. 335.* Dn. Besold. *in Disp. de nullitat. th. 154. & ad Jus Provinc. Würtemb. p. 1. th. 32.* Wibel. *de contract. mulier. c. 3. paragr. 8. n. 15. & 16.* ubi ampliant, licet mulier extranea sit, quia ad judicii solennitatem pertinet, vel mulier Würtembergica extra Ducatum litiget,

quia curator ad personæ integrationem requiritur. Bardili *Disp. de curat. ad litem th. 34.* vid. tamen Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 32. & p. 2. th. 155.* & Wibel *dict. Tract. cap. 2. n. 26. & 39. cum seqq. & cap. 7. n. 14.* ubi docent, quod mulier extranea contrahens in Ducatu non indigeat curatore & in causa Appellationis von Weinsperg den 17. Martii, A. 1618. ita judicatum sit. Hertius *in Disp. de collis. LL. sect. 4. §. 8.* Exinde sequitur, si curator saltem von Theil- und Waysen-Richter, constitutus v. Besold. *C. 166. n. 29. & C. 252. n. 1. usque ad n. 7.* D. Schweder *in Disp ad L. 3. C. commun. utriusque jud. pag. 8.* uti in Dicasterio pronuntiatum scimus, Wibel *dict. Tract. pag. 159. & p. 325. n. 24.* Harpprecht *Resp. 89. n. 24. seqq.* vel filius & gener, Doctor juris licèt, præsens sit, & saltem assistat, quod tunc omnia sint nulla, Wibel *de contractibus mulier. c. 6. n. 16. & 66.* ubi testatur, ita in einer Remissions-Sache A. 1627. den 15. Septembris, und in einer Appellations-Sache von Lustnau, A. 1627 den 14. Jun. in Dicasterio judicatum fuisse, neque sufficiunt, Adeliche erbettene Vormünder, absque confirmatione, Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 43.* cum & hic constitutione opus sit, D. Grass *in Disp. de tutel. matern. nob. Imper. immediat. §. 19. 22.* Bardili *Disp. de curat ad litem §. 36.* vid. *c. 21. §. 5.* neque curator à notario publico constitutus admittitur, Dn. à Ludwig *in Disp. de tut. & curat. notarii §. 4. 7. 8. 11. 15. 17 24. & 26.* Dn. à Wernher. *p. 1. obs. 179.* ubi in extrajudicialibus illum non rejicit, de cætero filius matri, privignus novercæ No. 153. & 224.

224. apud Hæberlin. *in sentent. Dicast.* & generi socrui judicialiter curator litis constitui potest, uti A. 1724. den 4. Sept. in Dicasterio factum. Et licet fœmina duos absentes curatores habeat, tertius nihilominus illi adjungi debet secundum Nro. 570. apud Hæberlin. D. Bardili *in Disp. de curat. ad litem. th. 14. & 15.* Et 3) porro ruminandum, annon pars ex alia causa prohibeatur judicio stare? de quo legi potest, J. P. W. *p. 1. tit. 18.* & D. Lauterbach. *in Colleg. theor. practico §. 25. & seqq. ad tit. π. de judic.*

§. IV.

Sin partes non præsentes in judicio sunt, tunc comparent, illorum nomine, veri vel quasi, seu præsumti procuratores. Et hic ante omnia notari meretur; quod procuratores ordinarios distinctos ab Advocatis non habeamus, uti in Camera Imperiali aliisque Judiciis, Blum. *in Process. Camer. lib. 4. t. 4.* sed partium arbitrio relictum sit, quem velint sibi procuratorem constituere, Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 1.* modo sit capax, neque impediatur neque prohibeatur, Lauterb. *§. 38. usque ad §. 46. de procur.* J. P. W. *p. 1. t. 16. §.* ein jeder mag. *p. 85.* ubi minor repellitur, Lauterb. *in Diff. J. C. & W. p. 1 th. 31.* & si ætas dubia, probatio desuper imponitur, uti A. 1700. probatio injuncta, quod procurator, eo tempore, quo petiit acta, majorennis fuerit Nro. 775. apud Hæberlin. Et A. 1723. den 6. April. ob aspectum, attestatum paternum & cognatorum procurator pro majorenni habitus & concurrente charta blanca, cum cautione

cautione rati & grati admissus. Quamquis haud rarò Advocati & Procuratoris munus in se suscipiant hæcque duo conjuncta sint officia. Confer. Ord. Dicast. *p. 1. t. 7. §. 1.* Veri procuratores vel constituuntur oretenus apud Acta, coram toto Dicasterio, vel extra Sessionem coram Domino Judice Dicast. duobus Assessoribus & Secretario, Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 1.* & tunc, tactu baculi judicialis, constituens committit & constitutus procurator in se suscipit mandatum, prælecta prius formula præscripta in Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. p. 34.* vel extrajudicialiter in scriptis, secundum formam, Ordin. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 4.* & J. P. W. *p. 1. t. 16. p. 89. & seq.* procurator constituitur, Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 25.* quamvis mandatum quoque non productum, ex post facto tamen probatum sufficiat, D. Harpprecht *Vol. 7. C. 43. n. 27.* & hujus procuratorii, Germ. Gewalt, Gewalts-Brief, requisita legi possunt apud B. D. Lauterbachium *in Colleg. theoret. pract. §. 16.* & D. Strykium *in usu moderno §. 35. ad tit. ff. de Procur. & in introduct. ad praxin. for. cap. 10. §. 4.* Dn. à Lyncker *in Disp. de formis Procuratoriis. per tot.* N mirum continere debent, nomen constituentis, constituti procuratoris, judicis & adversarii, nec non causas atque actus, in quibus & ad quos constituitur, annum, mensem & diem &c. Blum. *in Process. Camer. tit. 67. n. 6. cum seqq.* ubi ex Recess. Imp. noviss. de A. 1654. §. 99. & 100. notet, quod in Camera Imper. heredum & procuratoris substituti quoque facienda mentio sit, clausula quoque indemnisationis de sub-

sublevando procuratorem cunctis oneribus juris, præsertim satisdationibus de judicio sisti & judicatum solvi, ac planè indemnem præstando, sub hypotheca omnium bonorum, de Jure Würtembergico, uti in summis Dicasteriis, necessaria est. Blum. *t. 67. n. 2. 36. & 37.* Uffenbach *de Judic. Imper. Aulico cap. 14. sect. 1. p. 183. & 184.* Roding. *in II. Camer. lib. 3. tit. 29. §. 16.* Formulæ procuratorii, quæ in Würtemberg. obtinent, præscribuntur in J. P. W. *p. 1. tit. 16. pag. 87. cum seqq. & p. 90. pag. 21.* secundum stylum hodiernum formula typis excussa, quæ in fine operis adjuncta præcise & sub pœna floreni utendum, vi Rescripti Ducalis vom 30. Jun. A. 1740. & A. 1741 den 6. Jun. repetiti Continuat. des Extracts der Hochfürstl. Würtemb. General Rescripten, *pag. 8.* id quod non solum in summis Imperii, sed & aliis bene constitutis judiciis obtinet, & multas exceptiones contra legitimationes præscindit.

§. V.

Et notari debent differentiæ ratione procuratorii inter Jus commune & Würtemb. intercedentes quod 1) de Jure Dicasteriali cautio rati & grati necessaria, Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 4. fol. 25.* J. P. W. *p. 1. tit. 16. fol. 89. & 93. ibique in differ.* D. Lauterbach *th. 26. & in Disp. de Syndicis th. 79.* Besold. *in Disp. de nullitat. th. 165.* ubi A. 1629. den 4. Novembr. in causa Appellat. von Böblingen, ita judicatum refert, & quod 2) Sigillum solum publicum vel viri honesti & noti, absque subscriptione partium, in procuratoriis sufficiat

per

per J. P. W. *p. 1. t. 16. §.* da aber. *& tit. 34. §.* es sollen auch ꝛc. & quia in formis procuratoriis nihil de scriptione occurrit, J. P. W. *p. 1. tit. 16. fol. 89. & 93.* & Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. p. 25.* D. Grafs *in differ. Jur. Civil. & Würtemb. §. 1.* conf. Mevius *p. 2. d. 60.* licèt sit universitas B. D. Lauterbach *in Disp. de Syndicis th. 76.* Et ita in causa appellationis Weinsperg. inter Daniel Ziegler, Beklagten Appellanten, contra Johann Melchior Weicklin, Klägern Appellaten den 19. Junii, A. 1714. in Dicasterio judicatum Nro. 1120. apud Hæberlin. Nisi, quod, per novissimum Rescriptum Ducale, de A. 1718. den 9. Augusti, quod extat apud Hæberlin *in Append. Nro. X.* in instrustrumento Syndicatus universitatum, præter Sigillum communitatis vel, si non sit Sigillo instructa, præfecti vel Civitatis præfecturalis, subscriptio Sculteti, Burgimagistrorum, Scabinorum & Senatorum, Schultheiß, Burgermeister, Gericht und Rath, in individuo accedere debeat, neque subscriptio, nomine collectivo facta, sufficiat, quam tamen de jure communi non plane rejicit, B. D. Lauterbach *in Disp. de Syndic. th. 77.* cujus formula typis excussa itidem prostat. Quomodo autem opificium, ein Handwerck, Handwercks-Zunfft, comparere & se legitimare queat, in quæstionem venit A. 1745. den 20. Septembr. in causa appellat. von Tübingen, Matthäus Sauter, contra die Ober- und Kertzenmeister des Becken-Handwercks T. Et jus nostrum Würtemb. *p. 1. t. 16. §* wie auch gantze Communen ꝛc. aber wo Zünfften disponit, quod Syndicus per majora

jora constituendus sit, Plebst *ad J. P. W. p. 1. tb. 48. tit. b.* Besold. *in delibat. jur. lib. 3. q. 27.* Struv. *in in jurisprud. opificiar. tom. 3. lib. 6. c. 3. §. 10. seqq.* Lauterbach *diss. de Syndicis §. 72. seqq. & Vol. 3. C. 249. n. 24. seqq.* In supra dicto casu die Kertzen-und Vier-Meister, ex capite litis consortum aliisque causis cum cautione rati & grati interim admissi & probatio decreta. Econtra quæri hic potest, an sola subscriptio, absque sigillatione, in procurratoriis sufficiat? & cum hodie in praexi Utrumque sigillatio & subscriptio requiratur, D Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 18.* & D. Stryk. *in usu moderno § 36. ad tit. Π de procur.* Esbach ad Carpz. *p. 1. c. 1. def 27. n 2.* Berlich. *p. 1. dec. 54. n. 6.* Bardili *diss. de subscript. c. 2. n. 21.* Dn. à Lyncker *in diss. de formis procurat. c. 5. §. 3.* nisi quis nullum sigillum habeat illudque in subscriptione testetur, ex mente Carpzovii *dec. 27. n. 9.* Nicolai *in Processu p. 1. c. 7. n. 34.* quos sequuntur D. Stryk. *in introduct. ad prax. for. c. 10. §. 5. & in cantel Contract sect. 2. c. 11. §. 9.* & D. Böhmer *n. 11.* & Schöpffer *n. 22. ad tit. π. de Procurat.* Joh. Sam. Stryk. *de except. deficientis Sigilli.* Ideò in Dicasterio in causa Appellat. von Tübingen, Elias Gottfried Steeben, Beklagten Appellanten, contra Hanns Jacob Röcken, & Cons. Klägern Appellaten, den 1. Martii, A. 1708. Nro. 956. apud Hæberlin judicatum, quod sola subscriptio non sufficiat, sed ille defectus mandati, cautione rati supplendus sit, prout tum temporis factum. arg. *L. 1. C. L. 39. §. 1. ff. de Procur.* Carpz. *p. 1. dec. 29. n. 6.* Sigillum mit verzogenen Nahmen,

non

non ubique admittitur, Dn. à Berger *in Elect. disceptat. For. pag. 273.* an Sigillum inversa facie impressum sufficiat? de eo vide Mevium *p. 8. dec. 82.* Beyer *pos. 64. ad tit. mand.* de rusticis agit Dn. à Lyncker *dec. 70.* & quod subscriptio fieri nequeat mit geführter Hand, tradit Gribner *in Princip. Proceff. judic. lib. 1. c. 2. sect. 3. §. 4.* optimum est, si quis scribere nequeat, vel sigillo proprio haud instructus sit, ut authoritate Magistratus & coram judicio, vel coram Notario & testibus, procuratorium expediatur. In Ducatu Würtembergico extrajudiciale mandatum confici potest, vel à tabellione præsentibus aliquot testibus, vel coram judicio ordinario, vel Sigillo Domini politici vel Ecclesiastici, civitatis vel honesti viri corroboratum esse debet, J. P. W. *p. 1. tit. 16. §.* Da aber jemand. ibique Plebst *th. 45.* confer. tamen nova Rescripta.

§. VI.

Charta blanca, quod non sufficiat, de Jure Würtembergico, ad personam procuratoris legitimandam, certum est J. P. W. *p. 1. t. 34. §.* Es sollen. Concept. Cammer-Gerichts-Ordn. *p. 1. t. 34. n. 3.* Carpzov. *p. 1. c. 1. def. 28. ibique* Esbach B. D. Lauterbach *in differ. Jur. Civil. & W. th. 55. & in Disp. de Syndicis th. 88.* Mevius *p. 7. dec. 332. n. 7.* D. Böhmer *in disp. de contractu non prælecto c. 2. §. 2. & §. 20. cum seqq.* quod si tamen subscribens cautè addat, quod hæc Charta blanca Titio sit data ad mandatum cum libera & plena in causa Appellationis Dicasterii contra Cajum ratione prædii Meviani, D. Stryk. *in Cautel. Contract.*

tract. sect. 1. c. 6. §. 12. & sect. 2. c. 11. §. 10. Ludovici *in Civil. Proceſſ. c. 39. §. 6.* vel literæ partis ſimul in judicio producantur, quod hæc charta blanca, in hunc finem ſit data & transmiſſa, tunc quidem, pro ſufficienti & pleno mandato non poteſt haberi, ſecundum Berlichium *p. 1. concl. 14. n. 93.* Martinum ad Proceſſ. Saxon. *t. 7. §. 3. n. 29.* Nicolaum *in Proceſſu Judic. part. 1. c. 6. n. 12.* Beyerum *in poſit. 65. cum ſeqq. ad tit. π. de procurator.* ſed tamen ſi formula ordinaria præſcripta in Ordinatione Dicaſteriali ſuperſcribatur ſicque compleatur, absque dubio admittenda eſt, modo cautione rati & grati defectum ſupppleat, ex mente D. Schöpfferi *n. 25.* & D. Stryk. *ad Schüzii Compend. voc. charta blanca ad tit. de Procurat.* vel literæ omnia requiſita juſti mandati contineant, Nicol. & Beyerus *dict. loc.* Et ita in Dicaſterio in cauſa Appellationis Johann Friderich Heimen, Klägern Appellanten, contra Johann Ulrich Heimen, Beklagten Appellaten, den 8. Martii, 1709. Nro. 1007. judicatum & talis Charta virgo cum literis ab Appellante ſcriptis, pro ſufficienti plane mandato, habita neque cautio rati oblata exacta eſt, quamvis hoc in caſu partis appellatæ declaratio acceſſerit, ſe fidem & famam integram Procuratoris & Advocati ordinarii agnoſcere. add. Georg. Engelbrecht, & Ernſt. Frid. Schrœter *Diſp. de charta blanca*, vulgò vom *Blanquet* zur Vollmacht. Uti quoque A. 1723. den 6. & 24. April. & An. 1724. den 20. Sept. talis chartæ blancæ caute & cum inſcriptione datæ, pro prudentis Domini Judicis arbitrio,

admissæ & cautione rati confirmatæ fuerint, interdum tamen probatio, decernitur, uti in Nro. 845. apud Hæberlin. factum.

§. VII.

3) Contra Jus commune tutor & Curator, ante litem quoque contestatam, procuratorem constituere potest. Ordin. Dicast. *p. 1. tit. 8. §. 7.* J. P. W. *p. 1. tit. 16. §.* wo Minderjährige. *p. 94. & 95.* Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 96.* Besold. *p. 1. th. 28. & in disp. de nullitat. th. 170.* Bocer. *Cl. 2. D. 6. th. 27.* B. D. Lauterbach *in differ. J. C. & W. p. 1. th. 27.* & tunc, præter tutorium & curatorium, etiam procuratorio opus habet, ad personam suam legitimandam D. Lauterbach *Colleg. §. 3. ad tit. π. de procur.* Carpzov. *lib. 3. Resp. 14.* & 4) si causa concernat uxorem majorennem, tunc maritus cum uxore, absque alio speciali curatore, vel vidua & virgo, cum curatore ad litem, procuratorem rectè constituunt, Ordin. Dicast. *p. 1. tit. 8. §. 5. & 6.* J. P. W. *p. 1. tit. 16. §.* andere Weibs-Personen. *& pag. 89.* cum uxor cum marito tanquam curatore legitimo & universorum bonorum uxoris administrare omnia negotia per regulam valide possit peragere, nullo licet alio curatore adhibito, arg. *J. P. W. p. 2. tit. 29.* per late firmata Lauterbachii *in Disp. de ære alieno in S. C. contracto solv. §. 57. & 62. n. 6. vol. 2. C. 47. n. 18. & C. 173. n. 20. seqq.* Besold. *ad J. P. W. p. 2. th. 41. 159. & seqq. th. 163. & C. 47. n. 26. & 37. C. 98. n. 27. & 28. C. 158. & 290.*

& 290. n. 1. D. Harpprecht *Consil. nov. 70. n 115. usque ad n. 122. & Tract. de renuntiat. acqu. conjug. §. 96. & 137.* Secus de Jure civili, ubi sola mulier hanc potestatem habet, *L. 4. C. de procur. L. 1. §. 5. de postul. N. 143. c. 9. arg. L. 43. §. 1. de procur.* B. D. Lauterbach *in Diff. J. Civil. & Würtemb. p. 1. th. 30.* & Dn. Stryk. *in usu moderno §. 15. ad tit. π. de Procurat.* adeò ut hodie uxor sola, absque curatore, sicuti nemini Besold. *ad. J. P W. p. 1. th. 31.* Wibel. *de contract. mulier. cap. 3. §. 8. n. 40.* ubi in einer Appellations-Sache von Urach den 30. Aug. A. 1627. und von Pfullingen den 25. May, A. 1627. in Dicasterio ita judicatum esse refert, ita nec marito sine consensu curatoris litem mandare possit, J. P. W. *p. 1. tit. 16.* §. nach dieser Form. *fol. 89.* Carpzov *p. 1. c. 1. def. 32.* vid. tamen Wibelium *d. l. tract. & loc. n 53. præced. n. 47. pag 148.* ubi tradit, quod mulier sola in foro Würtembergico alicui litem mandare & mandato inferere possit, ut procurator petat, quod ipse à judice mulieri constituatur curator, cum quippe judex quandoque mulieri absenti constituat curatorem; Vidua insuper sola ei, qui in prima instantia ejus fuit curator ad litem, mandatum, schrifftlichen Gewalt, in secunda instantia dedit, hocque mandatum, cui connexum fuit curatorium, uti sufficiens, prout refert, acceptum fuit in Dicasterio summo Würtembergico in einer Appellations-Sache von Nagold, ultimo Febr. A. 1631. Nec curator solus, absente vel ignorante muliere, procuratores constituit, vel in judicio agit, Be-

sold. *ad J. P. W. p. 1. th. 30.* Wibel. *cit. loc. n. 48.* ubi ita judicatum testatur in Dicasterio den 21. Martii, A. 1626. & pariter A. 1726. den 16. Maji in causa Appell. von Göppingen, B D. Lauterb. *Exerc. 11. Concl. For. 5.* B. D. Bardili *de Curat. ad lit. th. 64.* Joh. Heeser *de acquæst. conjug. p. 2. loc. 12. n. 129.* Dissentit Mevius *p. 5. dec. 295.* Cum curator neque solus in judicio litigare valeat, neque ad administrandum detur, sed ad personam fœminæ redintegrandam &, ob judicii mul ebris imbecillitatem & authoritatem præstandam constitutus sit, Carpzov. *p. 2 C. 15. def. fin.* Besold. *in thesaur. practico voce*, Kriegerischer Vormund. D. Wibel. *de Contract. mulier. c. 3. §. 8. n 117. cum seqq.* B. D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 36. ad tit. de procurat. & in Disp. de relat. jurisjur. th. 4.* B. D. Bardili *in Disp. de Curat. ad Litem th. 64.* Et si pluribus curatoribus mandatum, aber nicht samt und sonders, detur, tunc unius præsentia non sufficit, ut A. 1616. den 23. Febr. in causa Appellationis von Stuttgardt, judicatum Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 26.* Wibel *de contract. mulier. cap. 4. §. 8. n. 49.*

§. VIII.

Non verò saltem vero mandato procuratores constituuntur, sed quasi & præsumti procuratores itidem admittuntur, modo hoc quasi & præsumtum mandatum prælecta formula & tactu baculi judicialis cautione rati & grati confirmetur. Ord. Dicast. *p. 2. t. 8. §. 14. & p. 39.* J. P. W. *p. 1. t. 16. §.* doch daß quæ, si in prima instantia præstita, durat recte quoque in secunda instantia,

stantia, neque opus est, ut repetatur, Mevius *p. 1. dec. 91. n. 8.* id quod consideratum A. 1745. den 29. Septembr. in causa appellationis von Brackenheim, Wagners, contra Gebhardt, neque res speciale mandatum exigat, Jus Provinc. Würtemb. *p. 1. t. 16.* §. aber in Sachen. *L. 27. de min.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 36. & in Disp. de nullitat. th. 180.* Struv. *Ex. 7. th. 28. ibiq.* Müllerus D. Stryk. *in usu moderno §. 4. rem ratam haberi.* Et hinc maritus absque speciali mandato, uxoris juramentum dandorum & respondendorum in causa uxoris praestare nequit, uti judicatum in Dicasterio A. 1621. den 21. Aug. in causa Appellat. von Waiblingen, add. J. P. W. *p. 1. t. 28. in fine.* Besold. *de nullitat. th. 185.* Wibel *de contr. mulier. cap 3. §. 8. n. 83.* Praestatur haec cautio rati de jure civili fidejussoribus, hodie quoque pignoribus, vel ab immobilium possessoribus recipitur nuda cautio, uti in Ducatu Würtemtembergico Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 35. & Disp. de caut. rati à conjunct. praestari solita §. 5.* Et qui se ex mandato praesumto legitimat, ad praestationem hujus cautionis cogi potest, Lauterb. *dict. §. 4.* & judex illam praestari interloquendo jubet. De caetero, si cautio rati & grati praestita, tunc etiam, si conjunctae personae suas conjunctas in judicio defendant, minimè tenentur ad cautionem judicatum solvi de jure Civili necessariam, *L. 45. §. fin. de procur. L. fin. C. de consort. ejusd. lit.* sed Ordinatio Dicasterialis in sola cautione rati acquiescere videtur, Bb. Domini Lauterbach *in Disp. de Caut. rati à conjunct.*

P. est. sol. t. th. 26. & D Harpprecht in Cont. Differ. Jur. Civil. & Würt. §. 4. Et quidem 1) ascendentes & descendentes in infinitum & collaterales consanguinei usque ad quartum & affines usque ad secundum gradum consanguinitatis & affinitatis, computationis Juris Civilis, pro suis consanguineis & affinibus, minoribus licet vel fœminis, & quamvis curatorem non habeant, in judicio agere possunt & admittuntur, Ord. Dicaster. p. 1. tit. 8. §. 14. J. P. W. p. 1. tit. 16. §. ein Vatter. Besold. ad J. P. W. p. 1. th. 35. 36. & 37. B. D. Lauterbach in Differ. Jur. Commun. & Würtemb. p. 1. th. 32. & 33. & in Disp. de caut. rati à conjunctis præstari solita th. 24. uti A. 1683. frater pro fratribus minorennibus admissus in sententia Nro. 363. apud Hæberlin vid. cap. 8. §. 18. & in hoc triplex apparet differentia à jure communi, ubi 1) saltem inter collaterales & affines secundi gradus hoc mandatum præsumitur, L. 35. de procur. & 2) pro minore & fœmina, quæ nostris moribus curatore indiget, hoc mandatum præsumtum planè rejicitur, quia expressè mandare nequeunt, Besold. ad J. P. W. p. 1. th. 36. & 37. Carpzov. de arbor. consang. Disp. 3. th. 7. D. Stryk. in usu moderno §. 45. ad tit. de procur. & §. 4. rem rat haberi. Lauterb. Disp. de caut. rati à conjunct. præstari solita §. 24. vid. Beyer. pos. 105. ad tit. π. de procurat. Sic 3) parer Filii consensum, licet secundæ ætatis sit, ratione peculii adventitii, adhibere non debet, J. P. W. p. 1. t. 16. §. ferner. ibique D. Lauterbach th. 28. D. Harpprecht in

statim

ſtatim allegand. Diſp. pag. 44. Sicuti de Jure communi B. D. Lauterbach *in Diſp. de cant. rati th. 7.* Wibel *de contract. mulier. cap. 3. §. 8. n. 53. & 54.* Quem etiam Jus Patriæ poteſtatis à cautione rati immunem præſtat, D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 27. de judic. & §. 23. de pecul.* Non tamen, niſi ſtante affinitate, mandatum præſumtum locum habet, ſoluta enim illa planè ceſſat, *L. fin. C. de V. S.* B. D. Lauterbach *in Diſp. de cautione rati &c. th. 17.* D. Stryk. *in uſu moderno. §. 47. ad tit. de procurat. & §. 1. rem rat. haberi.* neque conſanguinei & affines minorennes præſumti procuratores eſſe poſſunt, cum nec expreſſum mandatum in ſe ſuſcipere valeant, J. P. W. *p. 1. tit. 16. p. 85.* Lauterbach *in alleg. Diſp. §. 23.* neque mater, aliæque fœminæ, pro liberis & cognatis, præſtita cautione rati, agere poſſunt, arg. Jur. Provinc. Würtemb. *p. 1. tit. 16. p. 85.* B. D Lauterbach. *in Diſp. de Cautione rati à conjunctis præſtari ſolita th. 7. 10. & 13.* D. Beyer *poſ. 107.* Menckẹn *§. 5.* ubi præjudicium addit, *ad tit. π. de procur.* An & quatenus verò mater legitima adminiſtratrix & uſufructuaria, de Jure Würtembergico, agere & liberos defendere queat, latè tradit ex textibus & authoribus B. D. Harpprecht *in Diſp. de uſufr. matern. ſtatut. effect. oneros §. 16. & 17. & in fine adjecto ſupplemento ſecundo.* addatur, B. D. Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 29.* & pro regula venditat, quod mater cum conſenſu curatoris ſui, omnia, quæ ad adminiſtrationem bonorum adventitiorum ſpectant, in hoc Ducatu valide peragere poſſit, niſi quod

procuratorem judicialem non nisi cum consensu concuratorum, qui petendi sunt, constituere valeat, J. P. W. *p. 1. tit. 16. §.* aber die Uberlebende. De cætero autem in genere matri, quoad ea, quæ usumfructum concernunt, maxime si ille est universalis, liberam potestatem agendi in judicio & extra judicium adscribit, & cum hodie multis in locis sit legitima administratrix, res adventitias ab alio detentas, etiam sine mandato à liberis requirendo, jure & nomine administratorio, vindicare & etiam alias actiones, ne quidem præstita cautione rati vel judicatum solvi, exercere & excipere potest, sicut alii legitimi administratores. Hocque eo magis procedit, si tutrix simul constituta, vel alius curator saltem ut custos & observator adjunctus. Quod si autem illi assistens vel contutor adjunctus, tunc sine horum consensu nihil valide peragere valet. Imò si alii tutori & curatori administratio concredita, tunc ab administratione plane fugere debet. Pater quoque, licèt liberos non amplius in sua patria potestate habeat, quoad bona adventitia agere & excipere valet, D. Harppprecht *cit. Disp. pag. 44.*

§. IX.

2.) Consortes litis, pro consortibus, post litem contestatam, itidem, ex mandato præsumto, comparere possunt, Ordin. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 14.* J. P. W. *p. 1. t. 16. p. 86. L. fin. C. de consort. ejusdem lit.* Mevius *p. 3. d. 99.* D. Stryk. *in usu moderno §. 44. de procur. &* §. *2. rem rat. haberi.*

haberi. Licet itidem minores, & fœminæ & sub tutela vel curatela constituti sint. Et in hoc itidem differentia à Jure communi apparet, D. Lauterbach *in Colleg. theor. pract. §. 21. & 26. ad tit. π. de procurat.* An verò sufficiat, ut lis in prima instantia contestata, an verò potius necessarium sit, ut etiam in secunda instantia lis jam contestata sit, est quæstio non adeò expedita? prius tamen affirmandum ex eo dicimus, quia per appellationem causa principalis reducitur ad eum statum, in quo fuit tempore litis contestatæ, non verò ad statum, qui fuit ante litem contestatam, *arg. L. 13. Cod. de procur. ibique* Sichardus *n. 13.* & Brunnem. *n. 8. cum seqq.* D. Stryk. *in Disp. de commun. appell. c. 1. n. 18.* Mevius *p. 4. dec. 5. n. 13.* Besold. *de appell. cap. 12. §. fin.* quia igitur lis in prima instantia semel contestata duret in appellatione, neque sublata sit; ideo consortes litis rectè admittuntur, cùm textus in genere saltem litis contestationem exigant. Et cùm consors litis appellationem, in commodum & utilitatem consortis, qui planè non appellavit, prosequi possit, ita ut victoria reliquis prosit, B. D. Bardili *Exerc. 93. Concl. For. 7.* ideò eò citius etiam hic admittendus venit, cùm aliàs dispositio Dicasterialis, quia singulis diebus causa finienda; rarò obtineret &, post litem contestatam, una die, in eadem instantia, nihilominus admittendus foret, qui ante litem contestatam repelli deberet. Et ita sæpius judicatum in Dicasterio den 5. Jun. 1714. in causa Appell. von Stuttgardt, Jacob Krämers, & Cons. Herr-

schafft-Mayer von Kemnath, Beklagten Appellanten, contra den Flecken Kemnath, Kläger, Appellaten. Nro. 1116. apud D. Hæberlin. Et antea quoque A. 1624 den 1. Novembr. in Causa von Cantstatt, & A. 1609. confer. B. D. Lauterbach *in Disp. de caut. rati à conjunct. præst. solit. th. 20. & 29. cum seqq.*

§. X.

3.) Maritus majorennis, pro sua uxore, recte ex præsumto mandato agit, Ordin. Dicast. *p. 1. tit. 8. §. 14.* J. P. W. *p. 1. t. 16. §.* Item ein Ehemann. *L. 21. C. mandat.* Secus, si minorennis, Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 14.* Tiraquell. *de LL. Connub. gl. 8. n 41. cum seqq.* Sande *in Decc. Frisic. lib. 2. tit. 4. def. 1.* B. D. Bardili *in Disp. de Curat. ad litem th. 25. & 70.* neque uxor pro marito agit, cum virile sit officium, *L. 2. de reg. jur.* neque, maritos ab uxoribus defendi, conveniat, *L. 2. de injur.* Mevius *p. 4. dec. 329. & 390.* Brunnem. *ad L. 1. de appellat. recip. & in Proceſſ. Civili cap. 28. n. 28.* Faber *in Cod. Sabaud. tit. 25. §. 2. de procur.* Lauterbach *§. 3. de procurat. & §. 15. de appellat.* ubi nonnullos casus exceptos referunt. Et quidem maritus non saltem, ratione bonorum receptitiorum, uti de Jure Civili *L. 21. C. de procur.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. pract. §. 22.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 44. ad tit. π. de procurat.* sed etiam, quoad bona dotalia, & paraphernalia, cautionem rati præstari debet, cùm indefinite & generaliter loquantur, J. P. W. *p. 1. t. 16. §. Item* ein Ehemann. *& §. seq.* & Ordinat. Dicast.

Dicast. *p. 1. tit. 8. §. 14.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 38.* Wibel *de contract. mulier cap. 3. §. 3. n. 80.* B. D. Lauterbach *in Differ. Jur. Commun. & Würtemberg. th. 4.* B. D. Bardili *in Disp. de curatore ad litem th. 17.*

§. XI.

Imò, si verum & præsumtum mandatum deficit, tamen vir honestæ vitæ & famæ, alterum, sine mandato, in judicio defendere potest, modo præstet cautionem judicatum solvi, de Jure Civili necessariam, *L. 46. §. 2. L. 76. de procurat. L. un. C. de satisdat.* prælecta formula præscripta in Ord. Dicast. *p. 1. t. 9. fol. 34.* & insuper quod reum defendere &, ad finem litis usque, in judicio permanere velit, Ord. Dicast. *p. 1. tit. 8. §.* ob auch jemand ꝛc. Plebst. *ad J. P. W. p. 1. th. 59.* Bocer. *Cl. 5. D. 6. th. 53.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. Civil. & Würtemb. p. 1. th. 36.* Et ita sæpius judicatum in Dicasterio den 8. Jun. 1514. den 23. April A. 1716. Uti legi potest in sententiis Dicasterialibus *Nro. 171. 253. 385. 435. 489. 558. 590. 619. 624. 648. 1118.* apud Dn. Hæberlin: interdum ex justis causis oblata cautio judicatum solvi rejicitur, uti factum in *Nro. 127.* Et si neque verum neque præsumtum mandatum habet, dicitur falsus procurator & ex officio rejicitur, & omnia ab ipso gesta, sunt nulla Lauterb. *§. 37. de procur. & §. 39. & 45. de except.* Bardili *de falso procuratore th. 68. & per totum.*

§. XII.

§. XII.

Semper tamen in legitimationibus æquitas in Jure Würtembergico commendatur, ita ut partes, sub cautione ad proximam vel de rato, admittantur, maximè, si sententia principalis illa die ferri nequit, sed v. gr. ulteriore probatione opus est, vel interdum totus processus ad finem perducitur & differtur saltem sententiæ conceptæ publicatio, donec legitimatio rectè se habeat & defectus suppletus sit, Ordin. Dicast. *p. 1. t. 8. §. 9. & §. 11. & p. 3. t. 1. §. 9.* quamvis, si sententia pro illo fertur, qui hanc cautionem præstitit, & ex cujus parte defectus circa legitimationem apparet, nihilominus, pro re nata, sententiæ publicatio fieri soleat, cum ejus favor tunc subsit, conf. *Nro. 131. & 133.* Uti quoque A. 1722. den 26. Maji, in causa Appellationis von Gröningen Joh. Ulrich Notzen, von Pflugfelden, R. N. contra Joh. Wendel Scheyhing, A. T. non devolutoria lata. Hinc etiam, ratione extraneorum mandatorum, respiciendum est ad forum domicilii, & si, secundum stylum juris communis, Cameræ Imp. vel fori domicilii, in quo procurator dandus, procuratorium rite & legitime conceptum sit, non rejicitur; licèt, juxta Jura Provincialia Würtemberg. mandatum mancum & defectuosum sit, Ord. Dicast. *p. 3. t. 1. §. 7.* J. P. W. *p. 1. t. 16. §.* und dieweil. *L. 6. de evict. L. 34. de R. J.* D. Lauterbach *§. 18. ad tit. π. de procurat.* Ita A. 1723. den 24. April instrumentum Syndicatus Hospital. Esling. sigillo publico

publico munitum, pro ſufficienti habitum, licet nulla ſubſcriptio adminiſtratorum adfuerit. Quod ſi tamen defectus adſit in procuratorio, tunc Advocatus ſtatim in legitimatione illum, ſub pœna 15. crucigerorum indicare debet, Ord. Dicaſt. *p. 3. t. 1. §. 3.* hinc etiam procuratoria, tutoria & curatoria extrajudicialiter à partibus, ad inſpiciendum & perlegendum parti adverſæ ſunt communicanda, ut hoc modo proceſſus abbrevietur, Ord. Dicaſt. *p. 3. t. 1. §. 5.* Quodſi defectus appareat, pars adverſa breviter excipere poteſt contra mandatum Ord. Dicaſt. *p. 3. tit. 1. §. 5.* & tunc, ſi gravitas dubii deciſionem per interlocutoriam, puncto legitimationis perſonarum, expoſcat, tunc pronuntiatur, interdum vero ſaltem extrajudicialiter, per Secretarium, Advocatis indicatur, quid faciendum, & quomodo in cauſa progrediendum ſit. Plures tales ſententiæ latæ ſunt & legi poſſunt apud Dn. Hæberlin *in ſentent. Dicaſter.* ubi mandatum, ut proprio nomine ſe legitimet, *Nro. 354.* & liberorum nomine cauſam agat, *Nro. 768.* ut curator viduæ ejusque liberis conſtituatur, *Nro. 122. 317. 351. 440. 879.* ubi procuratorium vel curatorium pro ſufficienti acceptatum, *Nro. 24. 65. & 109.* & ubi cautio rati & grati injuncta, *Nro. 16. 24. 29. 122. 143. 201. 224. 264. 339. 354. 515. 590. 721.* vel denique cautio ad proximam admiſſa, gnugſamen Gewalt beyzubringen, *Nro. 113. 131. 267. 362. 460. 484. 521. 597. 789. 913. 1038.* und zwar bey befahrender Straff, *Nro. 731.*

§. XIII.

§. XIII.

Sæpius casus incidere solent, ubi litis reassumtio facienda, cumprimis ab hæredibus, vid. *R. J. de A. 1654. §. 93.* Mauritius *in Disp. de lit. reassumt. per tot.* D. D. Graſs *in Collat. Jur. Civ. Rom. cum Recess. & ordinat. Imp. Germ. maxime per diff. princip. part. 2. sect. 5. §. 1. & 2.* Lauterbach *§. 66. & 67. de procurat. & §. 13. de re judic.* Ludovici *in proceſſ. civil. cap. 36.* uti tales sententiæ extant, *Nro. 745. & 783.* apud Dn. Hæberlin, ut omnia acta & actitata ratificentur & lis reassumatur, imò si hæredes legitime citati haud compareant, lis in contumaciam pro reassumta haberi potest, secundum Carpz. *p. 1. C. 11. def. For. n fin.* Interdum etiam, si quis non obligatus ad comparendum & illegitime citatus, v. g. si lis ipsi denuntiata; ille tamen ad evictionem præstandam & assistendum obligatus haud sit, ad petitionem ejus à citatione & jurisdictione absolvi potest, id quod factum in sententiis *Nro. 11. 14. & 63.* Dn. Hæberlin.

CAP. V.

De Contumacia.

SUMMARIA.

§. 1. Sistit proceſſum contumaciæ primi termini.
§. 2. & 3. Secundi termini, cum formulis
§. 4. Affert causas & formulam excusandi.
§. 5. Explicat contumaciam proceſſus in scriptis, pœnam & formulas.
§. 6. Quoad causas remissionis.

§. I.

§. I.

SIn legitimatio non rectè facta fuit, vel quis planè non comparuit, cùm idem sit plane non comparere vel non rite & legitime *L. 2. de auth. præst. L. 6. de his, qui satisd. cog.* tunc contumacia ejus accusatur, Ord. Dicast. *p. 3. tit. 22. & t. 23. §. 7.* J. P. W. *p. 1. tit. 64.* & quidem in specie, neque enim generalis accusatio contumaciæ sufficit, Stryk. *introduct. ad prax. For. cap. 6. §. 9.* Mevius *p. 3. dec. 390.* D. Majer *in Disp. de contumacia th. 22.* & tali modo accusata contumacia demum nocet, Carpz. *p. 1. C. 9. def. 15. & C. 20. def. 30.* Mevius *p. 8. dec. 170. n. 4. & 5.* Böhmer *in Disp. de contumacia non respondentis cap. 1. §. 22.* Et quidem, si appellator vel appellatus rite citatus vel plane non vel non rite compareat, nec à quopiam justa absentiæ causa allegetur, tunc Appellatus vel Appellans præsens contumaciam absentis accusare & ut alius terminus peremptorius præfigatur, illeque in expensas & damna condemnetur, petere potest, salva pœna fiscali Bocer. *Cl. 6. Disp. 34. th. 118. Disp. nostra de process. in contum. §. 9.* sequentem in modum; P. P. Es seye zwar Appellant gehorsamlich erschienen; Er müsse aber mit befremden ersehen, daß Appellat contumaciter aussen geblieben, und gar nicht fürkommen, si nempe plane absens, (oder nicht gebührlich legitimirt seye, si procuratorem miserit insufficienter instructum) da doch laut documenti insinuationis, die Citation ihme zu recht behändiget worden seye. Alldieweilen aber hierdurch

ihme

ihme viel Unkosten verursachet, und die Sache aufgehalten werde, so wolle Appellant des Appellaten Ungehorsam, prout juris & moris, bestens accusirt, und Euer Gnaden, Excell. Herrlichkeiten und Großg. unterthänigen fleißiges ersuchet haben, zu erkennen, daß Appellant diesen Rechts-Tag ordentlich oder gehorsamlich erstanden. Besold. *ad J. P. W. p. 1. th 115.* Winter *de Assess. p. 2. cap. 6. n. 41.* der Appellat aber nicht, wie sich gebühret, erschienen, oder vorkommen, derowegen einen andern förderlichen Rechts-Tag peremtorie anzusetzen, und wo alsdann des heutigen Ausbleibens oder unvollkommenen Erscheinens, kein erheblich Ursach darzuthun, er zuforderst Gnädigster Herrschafft und dann den gehorsamlich Erschienenen, des Tags verursachten Kosten zu wiederkehren schuldig seyn solle. Winter *de Assess. p. 2. cap. 6. n. 41.* oder einen nochmahligen terminum peremptorium anzuberaumen, auch ihn in die Ersetzung aller Unkosten der heutigen Juridicæ zu verdammen, salva pœna fiscali, & impl. instanti. Et si de contumacia non aperte constat, sed de insinuatione citationis dubia adsunt, vel impedimenta legalia verisimilia adducta, interim fertur interlocutoria talis, qualis in causa appellationis, von Böblingen zwischen Georg Dieterlin, Beklagten Appellanten, contra Gebhard Hüllern, Schultheissen von Holtzgerlingen, Klägern Appellaten, in Dicasterio A. 1716. den 21. April publicata: daß der Appellant Dieterlin zurecht und gehorsamlich erschienen; der Appellat Hüller aber aussen geblieben seye, dahero künfftighin vor dieses

Fürstl.

Fürstl. Hof-Gericht peremtoriè citirt, und um die Ursachen seines Aussenbleibens, gehört werden, und alsdann ferner ergehen und geschehen solle, was Rechtens ist. *Nro. 1146.* quales plures legi possunt *in Nro. 10. 464. 647. 728. 1083.* apud Hæberlin. Et licet aliàs tota dies cedat citato Arum. *p. 1. dec. 11.* Carpzov. *p. 1. dec. 43.* Nicol. *in proceſſ. p. 1. cap 32. in fin.* Struv. *Exerc. 5. th. 31.* Berlich *p. 1. concl. 17. n. 80.* D. Stryk. *in introduct. ad prax. for. cap. 4. § 14.* D. D. Majer *in Diſp. de contumacia th. 16.* tamen hæc interlocutoria ſtatim fuit publicata, quia nihil præjudicii contumaci inferebat: vel interdum eventualiter condemnatio adjicitur hoc modo: und dafern Nt. seines heutigen ohnvollkommenen oder nicht Erscheinens halber keine erhebliche Ursache anzuzeigen wüßte, selbiger forderist unserm Gnädigsten Fürsten und Herrn 10. fl. sodann der gehorsamlich erschienenen Parthie alle im heutigen Rechtstag aufgewendete Unkosten zu erstatten schuldig und gehalten seyn solle. Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 17.* prout plures tales ſententiæ in Dicaſterio pronuntiatæ, *Nro. 1. 13. 32. 73. 92. 106. 194. 230. 347 472. 541. 564. 791. 794.* Neque tamen in termino auditur, niſi refuſis prius parti præſenti expenſis & damnis, ſua abſentia datis, & pœna 10. florenorum, Sereniſſimo ſoluta, pro ejus diei ſumtibus, id quod ex ſententiis condemnatoriis porro addiſci poteſt, *Nro. 20. 44. 183. 208. 326. 501. & 706.* niſi juſtam abſentiæ ſuæ cauſam attulerit, ità ut à contumacia abſolvi poſſit, D. Stryk. *in Diſp. de impedim. legali cap. 2.* quales ſententias abſolutorias

à contumacia itidem Dn. Hæberlin plures adducit *Nro. 18. 22. 375. 585. 650. 669. 681. 804. 1190.* Interdum verò statim contumax declaratur, si nimirum contumacia notoria, uti factum in Dicasterio A. 1682. den 16. Septembr. in causa appellat. von Stuttgardt, Christoph Zitteln, Klägern Appellanten, contra Alt-Hanns Georg Regelin, Beklagten Appellaten, hoc modo: daß Appellat den Rechts-Tag, wie recht, erstanden, Appellant aber nicht, wie recht, erschienen, und dahero den Appellaten die Unkosten der ersten Juridicæ zu ersetzen schuldig, und Appellant peremtoriè citirt werden solle. *Nro. 501. 706.* Interdum pœna 5. florenorum saltem additur, ex justa causa, & si plures causæ uno die tractantur, Bocer. *cl. 6. Disp. 34. th. 118.* interdum Advocatus punitur, uti ex *Nro. 125.* apparet, ubi pœna 5. flor. dictata, interdum ultra ordinariam pœnam decem flor. alia adhuc pœna, exemplarische Straff, additur *Nro. 501.* Et ita in causa Appell. von Stuttgardt, zwischen Simon Angst, A. N contra Joh. Michel Rittern nnd Töchtern Rr. Tt. A. 1725. den 28. Aug. probatio decreta, & A. 1726. den 21. Maji Appellans pro contumace declaratus, & in 10. flor. & expensas parti condemnatus, insimulque peremtorie citatus ad diem 26. Jun. 1726. reservata pœna severa; Und die Parthien auf den 26. Junii vor diesem Fürstl. Hofgericht zu erscheinen peremtorisch citirt werden sollen. Apparebat enim ex literis ad Advocatum exaratis animus non deserendi appellationem sed differendi processum: Notandum adhuc, quod interdum

terdum absolutoria sententia à contumacia jungatur principali *Nro. 666. & Nro. 1190.* interdum tamen, licet quis absolvatur à contumacia, in expensas tamen culpose causatas condemnari potest, Carpzov. *in processu tit. 8. art 3. n. 42. sqq.* Ludovici *in processu civili cap. 11. §. 14. & 15.* uti judicatum *in Nro. 738.* hinc mature denuntiatio parti adversæ facienda, ne iter suscipiat, & sumtus faciat, si impedimentum legale superveniat, & denuntiatio in tempore fieri queat. Interdum quoque jungitur decretum provisionale, uti A. 1722. den 29. Maji Appellans eventualiter in 10. flor. & expensas condemnatus, & citatio peremtoria decreta, cum A. 1721. den 8. Septemb. probatio permissa, sed non peracta fuerit, conf. *c. 11. §. 3.* Neque omittendum, quod quæ ratione contumaciæ in prima instantia obtinent, illa quoque ad secundam applicari queant, secundum Mevium *p. 7. dec. 389.* nisi ratio diversitatis obstet.

§. II.

Quod si appellatus vel appellator neque in altero termino peremtorio compareat, sed contumaciter emaneat, tunc appellator vel appellatus, si causam appellationis sibi profuturam speret, & procedere in peragenda illa cupiat, audiri solet & processus in contumaciam unilateralis, secundum viam juris, peragitur, ità ut, pro conditione personarum, utrum Appellantis vel Appellati vices sustineat, primum fatalia appellationis justificet, vel, si injusta, impugnet, & deinde sententiam iniquam vel æquam esse de-

monstret, & ostendat: J. P. W. *p. 1. t. 64. §.* sodann. *& fin.* Ord. Dicast. *p. 3. t. 22.* Bocer. *cl. 6. Disp. 34. th. 120. & 122.* Disput. nostra *de processu in contumaciam §. 9.* ubi etiam Jus commune & Camerale adducitur. confer. D. Stryk. *in Disp. de processu unilaterali per tot.* petitio autem ita formari potest. P. P. Weilen Appellat, wie in der ersten, also auch in dieser andern Juridica contumaciter aussen geblieben, und, in contemtum dieses höchsten Tribunals, abermahlen nicht erschienen, obschon in erster Juridica eine peremtorische Citation erkennet, und Appellaten würcklich insinuiret worden, nach Anleitung deß denen Actis anliegenden Documenti insinuationis; Als findet sich Appellant gemüßiget, dessen Contumaciam, wie hiemit bestens beschiehet, nochmahlen zu accusiren, und Euer Gnaden ꝛc. in Unterthänigkeit zu ersuchen; den Appellaten nunmehro pro vero contumace zu erklären, und ihme Appellanten ad processum in contumaciam zuzulassen, welchenfalls er des gehorsamlichen Erbietens ist, Rechtlicher Ordnung nach, zu verfahren, Idque sub refusione expensarum & damnorum & solita implorat. Et ita, in contumaciam, processus unilateralis in Dicasterio admissus in causa Appellationis von Stuttgardt, Christian Ludwigs, Beklagten Appellanten, entgegen und wider Mose Wimpffen & Consorten, Juden von Franckfurt, Klägern Appellaten, ratione unius Judæi contumacis A. 1711. den 2. Septembr. & Anno 1712. den 12. Septembr. *Nro. 1056. 1100. & 1101.* & plures tales sententiæ prostant *Nro. 2. 53. 57. 273.*

57. 273. 290. 326. 447. 484. 771. apud Hæberlin. E contra processus in contumaciam, ob deficientia requisita, sæpe etiam denegari solet juxta sent. Dicast. *Nro. 32. & 1046.* Disp. nostra *de processu in contumaciam §. 41.*

§. III.

Appellatus tamen præsens etiam petere potest, ut appellatio, pro deserta, pronuntietur, ipseque contumax appellans Sereniſſimo in expensas duarum juridicarum à 20. floren. & parti comparenti in sumtus & damna condemnetur, J.P.W. *p. 1. tit. 64. §.* wann der *Appellant & seq.* Bocer. *Cl. 6. D. 34. th. 118. usque ad n. 122.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. th. 80.* reiterata enim contumacia gravius punienda est, Mevius *p. 2. dec. 327.* & qui semel comparuit, in majori hæret contumacia, Gail *Lib. 1. obs. 10. n. 2. seqq.* Mevius *p. 7. dec. 389.* confer. Blum. *in Processu Cam. tit. 66. n. 76. cum seqq.* Roding. *in* II. *Camer. lib. 3. t. 54. n. 10. cum seqq.* hoc modo: Ergehet demnach an Euer Gnaden ꝛc. des Appellaten gehorsamst Rechtliches Bitten, den Appellanten nunmehro, pro contumace, zu declariren, und die Appellation, in contumaciam, als desert, an diesem Höchstpreißlichen Dicasterio nicht anzunehmen, sondern den Appellanten davon abzuweisen, auch ihn zu Wiedererstattung der in beyden Juridicis aufgewandten Unkosten und Schaden zu condemniren, salva pœna fiscali, sub solita imploratione pro administratione Juris & Justitiæ, uti factum in causa appellationis von

Stuttgardt, Balthasar Pfitzern, Appellanten, contra Johann Jacob Bayhen, & Conss. Appellaten, ubi A. 1680. den 8. Martii processus in scriptis permissus, von zwey zu zwey Monath verabschiedet; & A. 1683. den 27. Aug. secundus & novus terminus peremtorius ad replicandum præfixus, denegata restitutione in integrum, ut superflua, utpote quæ contra primum terminum peremptorium lapsum, petita fuit, & tandem A. 1684. den 1. Septembr. ob lapsum duplicis termini probatorii, sine prorogatione petita, appellatio, pro deserta, pronuntiata & appellans in pœnam 20. florenorum pro duabus juridicis & refusionem expensarum Appellato condemnatus fuit, in *Nro. 392.* sentent. Dicast. uti quoque ob non petita acta desertio in contumaciam decreta in *Nro. 275.* & A. 1723. den 14. Maji ob summam non appellabilem ac ob non subsecutam ratihabitionem intra decendium appellationis ab Advocato interpositæ, appellatio in contumaciam pro deserta pronuntiata, cum pœna 20. flor. & refusione expensarum duarum juridicarum; accedebat lapsus termini probatorii & renuntiatio unius partis & quod in secunda juridica emanserit, & probationem, ratione formalium, neglexerit.

§. VI.

A contumacia potest absens se excusare, propter justum impedimentum, arbitrio Judicis relictum, Berlich. *p. 1. C. 17. n. 62.* D. Schöpffer *n. 7. ad tit. π. si quis caut. in jud. sistendi causa factis non*

non obtemperaverit. modo ritè probetur, Berlich. *d. l. n. 63. cum seqq.* D. Schöpffer *n. 12. cum seqq.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 7. ad d. tit. & in Disp. de impedim. legal. cap. 3.* D. D Majer *in Disp. de contumacia th. 34.* nec affectatum fuerit, utpote quod, cùm removeri potuit, nihil juvat; hincque opus est, ut probet impedimentum tale fuisse, quod allegat, quod vel plane non vel non nisi difficulter removeti potuerit, *L. 26. §. 1. & 2. ex quib. caus. maj. c. s. x. de elect.* B. D. Harppr. *Consil. 49. n. 179. & Consil. 52. n. 39.* &, nisi illud obstitisset, actus subsecutus fuisset, *L. 2. §. 6. si quis caut.* & denique quod diligentiam adhibuerit de tollendo eo, late D. Stryk. *in Disp. de impedim. legal. c. 3. n. 68. cum seqq.* D. D. Majer *in Disp. de contumacia th. 34.* Goswinus ab Esbach *ad Carpz. p. 1. C. 9. Def. 13. n. 1.* vid. tamen allegati à D. Schöpffero *n. 15. si quis caut.* De eo etiam disputant, an contumacia in dubio dolosa & in contemtum judicis facta sit præsumenda, id quod affirmat, Stryk. *in introduct. ad prax. for. c. 6. §. 7.* sed aliter sentiunt Ludovici *in proceff. civili c. 11. §. 12.* Mevius *p. 6. dec. 64. n. 1.* cum possit esse culposa vel casu fortuito causata, & in dubio id quod minimum, præsumendum. Hoc tamen certum manet, quod se excusare & impedimenta allegare & probare debeat, hinc A. 1692. den 14. Jun. excusationis probatio contumaci injuncta in *Nro. 572.* apud Dn. Hæberlin. Talia impedimenta sunt 1) morbus sonticus Jus Provinc. Würtemb. *p. 1. t. 14. §.* Kranckheit. *L. 2. §. 3. si quis caut.* non levis febricula *L. 60. de re jud.*

L. 4. § ſ. de ædil. Edict. tam proprius, quàm uxoris & Liberorum, Berlich. *p. 1. C. 17. n. 48. cum ſeqq.* Nicolai *in proceſſ. judic. p. 1. cap. 34. num 23.* Mevius *p. 2. dec. 211.* D. Stryk. *d. Diſp. cap. 2. n. 1. & cap. 3. n. 47. cum ſeqq.* 2) furor *L. 2. ſ. 5. ſi quis caut.* 3) publica incarceratio vel ab hoſte vel à Latronibus vel propter delictum vel perſonale arreſtum, J. P. W. *p. 1. tit. 14. ſ.* Gefängniß. *L. 2. § fin. L. 4. §. 1.* Berlich. *d. C. 17. n. 50.* Nicol. *cap. 34. n. 34.* B. D. Lauterbach *Exerc. 6. Concl. For. 21.* D. Stryk *laud. Diſp. cap. 2. n. 19. & cap. 3. num. 77. cum ſeq.* vel ſi quis vi vel aſtu ab altero contra ſuam voluntatem detineatur, J. P. W. *p. 1. tit. 14. ſ.* oder. 4) abſentia reipubl. cauſa vel neceſſaria peregrinatio J. P. W. *p. 1. t. 14. §.* Abweſenheit. *L. 6. ſi quis caut. L. 15. §. 2 L. 34. & ſeqq ex quibus cauſ. maj.* Berlich. *n. 15.* Nicol. *n 23.* D. D. Majer *de contum. th. 35.* D. Stryk. *d. Diſp. c. 2. n. 22. cum ſeqq.* 5) munus publicum *L. 2. ſ. 1. ſi quis caut.* 6) bellum J. P. W. *p. 1. tit. 14. ſ.* Unſicherheit. B. D. Harpprecht *C. 81. n. 10. cum ſeqq.* D. Stryk. *cap. 2. n. 42. cum ſeqq. & cap. 3. n. 85. & 86.* 7) Peſtis J. P. W. *p. 1. tit. 14 ſ.* Unſicherheit. Berlich. *p. 1. C. 17. n. 56.* D. Stryk. *cap. 2. n. 43. & cap. 3. n. 87.* 8) tempeſtas ventorum, & pluviarum, nives aut vis fluminis, quæ impedimento eſt itineri, J. P. W. *p. 1. tit 14. ſ.* unſer. *L. 2 §. 3. 6. & 7. L. 4. L. 5. ſi quis caut.* Berlich. *n. 55.* D. D. Majer *th. 35.* ubi terræ motum quoque huc refert D. Stryk. *n. 44. & cap. 3. n. 89. & 90.* 9) locus non tutus, J. P. W. *p. 1. tit. 14. ſ.* Unſicherheit. Berlich. *n. 58.* Mevius *p. 3. dec. 282.* D. Stryk. *c. 2. n. 46.*

n. 46 & cap. 3 n. 91 & 92. 10) nuptiæ *L. 2. de in jus vocando l. uc. 14.* D. Stryk. *c. 2. n. 83.* 11) mulieris citatæ graviditas, si partui vicina vel non ita dudum è puerperio levata, *L. 2. §. 4. si quis caut.* D. Schöpffer *n. 11. d. tit.* Carpzov. *lib. 3. Resp. 26. n 7.* Berlich. *p. 1. C. 17. n. 55.* Nicol. *p. 1. c. 34. n. 23.* Wibel *de contract. mulier. cap 3. §. 8. n. 156. & 157.* 12) funus domesticum *L. 4. §. 2. si quis caut. L. 2. de in jus vocando* D. D. Majer *d. Disp. th. 35.* 13) jussus judicis Brunnem. *in proces. Civil. c. 4. n. 2.* vid. Mevius *p. 5. dec. 160. p. 6. dec. 298. & p. 7. dec. 1.* 14) carentia, absentia & morbus advocati, si non facile alium habere & informare potuisset, Carpzov. *lib. 3. Resp. 26. n. 13.* Berlich. *n. 54.* Nicolai *n. 23.* D. Stryk. *cap. 2. n. 10. cum seqq.* 15) vocatio ad majus tribunal *L. 54. §. 1. de re judic.* D. D. Majer *th. 35.* 16) judicium capitale *L. 4. si quis caut.* 17) rusticitas *L. 2. §. 1. si quis caut.* quod hodie secus B D. Lauterbach *Exerc. 6. conc. For. 13.* testante Praxi, quicquid contradicat Schilterus *Ex. 7. th. 12.* 18) Litis pendentia Stryk. *cap. 2. n 48.* confer. D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 20. & seqq. ad tit. de excep.* 19) feriæ B. D. Lauterbach *in Disp. de feriis th. 29. & in Colleg theor. pract. §. 24.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 9. ad tit. π. de Feriis & dict. Disp. n. 59. & cap. 3. n. 100.* 20) Si ob operas à præfectis imperatas se sistere impediatur, J. P. W. *p. 1. tit. 14. §.* unser. Quod si igitur quis unam vel alteram causam allegare & probare possit, tunc poterit se excusare hoc modo: Nachdem Appellatus so viel vernehmen müssen, wie daß in

nächster Juridica, er contumacirt und dahin interloquirt worden, daß er um seines Aussenbleibens gehört werden solle, wie dann Appellant solcher Contumacie-Klag dato noch inhæriret, als will Appellat, zu seiner Entschuldigung, mit Grund der Warheit, anzeigen, daß er würcklich auf dem Weg gewesen, sich der ergangenen Citation gemäß, gebührend zu stellen; es habe ihn aber ohnversehens ein Fieber überfallen, daß er sich zu Bett legen müssen, und weiter, wegen Schwachheit, nicht fortkommen können, nun seye aber, in denen Rechten, es eine ausgemachte Sache, daß dieses eine legale Verhindernuß, da er ohne sein Verschulden nicht erscheinen können, so dann seye nicht nur durch das hiemit gehorsamst einreichende Attestatum des Herrn Medici, sondern auch zweyer anderer bey ihm gewesener Zeugen, diese Kranckheit ziemlich erwiesen worden, und wann noch weiter was abgehen sollte, so seye er bereit und vermögend, durch eine Eydliche Zeugen-Verhör oder allenfalls Juratò dieselbe pleniſſimè darzuthun. D. Stryk. *in diſp. de impedim. legal. cap. 3. n. 54. usque n. 57.* weilen aber nun solchenfalls keine Contumacie vorhanden seye, als worzu dolus & contemtus judicis erfordert werde, D. Stryk. *de Diſp. cap. 4. n. 13.* D. D. Majer *in Diſp. de contumacia th. 6. & 34.* so ergehe hiemit an Euer Gnaden ꝛc. das unterthänige Bitten, ihn Appellaten von der Contumacie-Klag zu absolviren, und die Partheyen zu Rechtlicher Handlung, wie sich gebühret, anzuhalten, sub Imploratione. Quod ſi autem primum adpellans non com-

compareat, & deinde, post citationem peremtoriam, appellatus emaneat, tunc nova & ulterior decernenda est citatio juxta Besoldum *ad J. P. W. p. 1. th. 116.* ubi A. 1618. ita judicatum dicit in Dicasterio Supremo. Ut verò in contumaciam procedi possit, ante omnia de insinuatione citationis constare debet, Ord. Dicast. *p. 1. t. 5. §. 3. & seqq.* Gail. *lib. 1. obs. 54.* D. Stryk. *in disp. de impedim. legal. cap. 3. n. 13. cum seqq.* Mevius *p. 3. dec. 266* confer. Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 115* ubi notat, quod, in casu peremtoriæ citationis, ipsi contumaci, in præsentia Præfecti, insinuatio facienda & recepisse offerendum sit; Et, si insinuatio dubia, vel, ob aliam causam, processus in contumaciam nondum pedem figere possit, tunc alternatim processus in contumaciam vel ad minimum nova peremtoria citatio peti potest & debet, Besold. *d. th. 115.* uti A. 1682. den 16. Septembr. triplex petitum, pro desertione appellationis vel processus in contumaciam vel peremptoriæ citationis factum. Hinc interdum duplex citatio peremtoria decernitur, uti factum in Nro. 1018. & Nro. 1046. Et cum omnis citatio Dicasterialis regulariter sit dilatoria *cap. 3 §. 3.* processus autem in contumaciam in causa principali haud admittatur, nisi præcesserit citatio peremtoria, conf. J. P. W. *p. 1. t. 11. §* so dann. D Majer *in disp. de contumacia th. 13. & 23.* Nostra Disp. *de processu in contumaciam §. 12. & dec. 45. num. 9.* vel trina ad minimum dilatoria, ideo prius citatio peremtoria petenda & decernenda. Porro certi juris est, quod contumax

semper

semper in expensas condemnetur ob contumaciam & inobedientiam, licèt in causa principali vincat, D. Gras *in Collat. Jur. Civil. Rom. cum Recess. Imper. p 2. sect. 4. §. 2. & 3.* Nostra Disp. *de processu in contumaciam §. 22.* Ita A. 1697. causa ex officio pro concluſa in contumaciam acceptata, & in pœnam 20 flor. & refusionem expensarum parti adversæ faciendam condemnatus est, in causa autem principali, pro reo contumace, præstito prius juramento purgatorio, fuit judicatum, illeque ab actione absolutus, compensatis expensis ultimæ juridicæ, Nro. 702.

§. V.

Committitur etiam contumacia in agendo & porrigendis scriptis, si processus in scriptis tractatur, & termini præstituti haud observantur; Ubi 1) ex §. 2. Rescripti Ducalis de Anno 1739. den 21. Oct. quod exhibet Dn. Hochstetter *in Contin. des Extracts der Hochfürstl. General-Rescripten fol. 10. & 11.* notandum, quod advocati & patroni causarum, si terminos præfixos negligunt, neque ante dilationis lapsum, secundam vel tertiam dilationem petunt, pœna decem florenorum puniendi sint. Et 2) si appellantes & appellati ante lapsum primæ, non secundam, vel hac concessa ante ejus finem non tertiam dilationem cum oblatione ad solennia & juramentum malitiæ, petierint, sicque hi termini ad agendum absque productione scriptorum, ohne gebührende Handlung, lapsi fuerint, contumaces fiant, & ab ulterioribus suo modo præ-

præcludantur, sive deinde secunda dilatio impetrata, sive non, sive principales, sive patroni causarum in culpa sint, quamvis hoc casu regressus contra advocatos locum habeat, & ad meliorem justitiam administrandam jurisdictio eatenus prorogata sit, prout dispositum in §. 3. citati Rescripti. Et quidem diversa hic obtinet pœna contumaciæ, & quidem juxta § 4. si appellans 3) libellum gravaminis, Appellationis oder Gravatorial-Klag, intra has præscriptas dilationes v. g. quatuor hebdomat. haud exhibuit, vel ante tertiam dilationem ad juramentum malitiæ & reliqua solennia se non obtulit, appellatio pro deserta habenda, & prior sententia, ceu ces judicata, executioni danda. Quod si vero appellatus 4) intra has tres dilationes, litis contestationem, duplicam, scriptum probatorium, & conclusionis, vel quomodocunque nominantur, non exhibuit, tunc pars contumax præclusa est, & jactura competentis deductionis punitur, er hat die binnen derselben Dilationen competirte Handlung gäntzlich verlohren, ita ut, si litis contestatio debito tempore non facta, lis statim, non convocato quoque Dicasterio, ex officio pro negative contestata accipitur, & appellans pro re nata, adulteriora v. g. replicam vel probationem admittitur, vel si sibi expedire credit, ad acta submittere valet, ita ut causa deinde in Dicasterio proximo, absque ulteriori deductione scripta vel orali, ex officio pro concluſa accipienda, & ex actis primæ instantiæ, & partis, quæ comparuit, deductis

ctis definitivè decidenda veniat. Qui modus procedendi in contumaciam itidem quoad alia producta observandus, ita ut si replica vel duplica, & sic porrò intra terminum Dicasterio haud præsentata, tunc contumax præcluditur, à jure suo ulterius deducendo, & perdit replicam vel duplicam, causa autem ex officio pro concluſa accipitur, & definitive, prout dictum, ac juris & moris est, deciditur. Cum autem utplurimum contumacia accusari soleat. Formula sequens adhiberi potest: Nachdeme den 26. Aug. 1745. die Appellations-Sache von T. sich haltend zwischen Cajum Nt. eines- und Sempronium Tten andern Theils, von 4. zu 4. Wochen in Schrifften zu verhandlen verabschiedet worden; nunmehro aber allbereit 6. Wochen Fruchtloß vorbey gelauffen; ohne daß Appellant seine Graratorial-Klag seiner Schuldigkeit nach behörig eingereicht, noch weniger aber, nach der eingezogenen sichern Nachricht, die andere Dilation, vor Ablauff der ersten, gebührend nachgesucht hätte; so findet sich dann Appellatischer Theil gemüßiget und berechtiget, des Appellanten Ungehorsam, wie hiemit in bester Formb Rechtens geschiehet, zu accusiren und Euer Hochfürstl. Durchl. unterthänigst gehorsamst zu erbetten, diese Appellation, nach Maßgab des Hochfürstl. Rescripts de A. 1739. §. 4. nunmehro für desert Fürstmildist und gerechtigst zu erkennen, und Gnädigsten Befehl an das Stadt-Gericht zu T. ergehen zu lassen, daß die daselbsten den 5. Decemb. A. 1744. ausgesprochene Urthel, als welche dadurch

durch in rem judicatam erwachsen, ohne weitere Nachsicht, exequiret werden möge ꝛc. Hæc formula, mutatis mutandis, facile ad reliqua producta applicari potest, hoc modo: Es seynd nunmehro über 7. Wochen vorbey gestrichen, daß T. mit seiner Litis Contestation innerhalb des 4. wöchigen Termins in der Appellations-Sache ꝛc. hätte zum Vorschein kommen sollen, allermassen die Gravatorial Klag schon vor 7. Wochen, nemlich den 10. Jun. ad litem contestandam dem Appellaten communiciret worden, wie die Anlag Lit. A. die geschehene Insinuirung genugsam bezeuget, (wie die von der Fürstl. Hof-Gerichts-Expedition erhaltene Nachricht sattsam darthut, und man sich dahin sicher berufft,) alldieweilen aber solches nicht nur unterblieben, und die Litis Contestation nicht eingereichet, noch auch vor Ablauff der ersten Dilation von 4. Wochen, die andere gebührend anverlangt worden; Als will Euer Hochfürstl. Durchl. Appellant unterthänigst hiervurch ersucht haben, litem ex officio, pro negative contestata, anzunehmen, und ihne ad replicandum (zum Beweiß ꝛc.) Gnädigst zu admittiren ꝛc. oder litem ex officio pro negative contestata & causam in contumaciam pro concluſa Gnädigst annehmen, diese Appellations-Sache auf das nächste Hof-Gericht wieder vertagen und aus denen Acten, wie sie da liegen, definitive decidiren zu lassen, desuper &c.

§. VI.

§. VI.

Idem modus procedendi in dicto Rescripto Ducali de A. 1739. §. 5. extenditur non solum ad causas remissionis, quæ ceu causæ primæ instantiæ ibidem tractantur, ita ut, si libellum actionis intra terminum absque petita dilatione secunda vel tertia cum solennitate, haud exhibuerat, eo ipso remissio pro non facta habenda & ante refusionem expensarum in causa audiendus non sit; sed etiam in §. 10. in aliis Judiciis Appellationum hujus Ducatus, quæ in civitatibus Stuttgard. Tubing. & Ludoviciburgi existunt, obtinere debet; quantum fieri hucque applicari potest: cum monito, se reo, quod in judiciis quoque primæ instantiæ termini ultra juris communis & Würtembergici dispositionem nullo modo extendi neque protractio litis aliqua tolerare debeat, sub pœnæ severioris comminatione. In quem finem in §. 7. & 8. ulterius dispositum, quod exhibita in Cancellaria, Hof-Gerichts-Expedition, non solum accurate præsentanda, sed etiam à Præfectis parti adversæ communicanda & præsentatum ab iis inscribendum, insuper Præfecti subditos monere debent, ut terminos accurate observent, & damna ex constitutione hac nova, quæ ipsis clare explicanda, in casu contraventionis imminentia à se avertant; confer. *cap. VI.* ubi plura de dilationibus adducuntur.

CAP. VI.

CAP. VI.

De Terminis, dilationibus ad probandum & agendum, illarumque prorogationibus.

SUMMARIA.

§. 1. Dilationum materia ab usu & arbitrio judicis multum dependet & absque causa ægre concedenda, uni tamen concessa communis est.

§. 2. Illustrissima est probatoria, eaque peremtoria; quot de Jure Civili & Canonico concedantur, refertur; de Jure Würtemb. antiquo, quatuor nempe, novo autem saltem tres dilationes conceduntur, & ultima cum solennitate & præstito jurej. malitiæ, prohibitis omnibus prorogationibus; insuper sex notabilia ratione hujus termini adducuntur.

§. 3. Formula petendi secundam & tertiam dilationem affertur.

§. 4. Dilatio ad agendum petitur sæpè in prima; rarissimè autem in secunda instantia, obprocessum oralem, singulis diebus finiendum. Si causa in scriptis peragitur, dicta de dilationibus ad probandum, locum quoque habent in terminis & dilationibus ad agendum, & non nisi tres dantur dilationes & tertia cum solennitate legali, subjungitur itidem formula.

§. I.

Dilationum materia magis ex stylo curiæ & ordinationibus judicialibus quàm ex Jure communi hodie dijudicanda venit, Gail *Lib. 1. obs. 91.* imò affirmare haud dubitant, quod sit

arbitraria & ab arbitrio judicis potissimum dependeat, eatenus tamen plus reo, ob favorem defensionis, concedendum, quam actori fit, Lauterb. §. 34. *de fer. & dilat.* hinc dilationem, ceu favorabilem, in dubio concedendam esse putant, *c. 24. x. de offic. & potest jud. deleg.* Böhmer *in jure Eccles. protestant. lib. 2. t. 8. §. 2.* Mevius *p. 5. dec. 233.* vix tamen absque justa causa indulgenda, uti in nonnullis judiciis malo exemplo fieri solet, Lauterbach *§. 30. de dilat.* hinc amputationem dilationum plures optant DDres Stryk §. *16. & 27.* Böhmer *n. 10. de fer. & dilat.* & misericordiam intempestivam in dandis frustratoriis dilationibus merito taxant Brunnem. *in Proceff. civil. c. 1. n. 63. & 64. & c. 6. n. 3.* Dn. à Ludolf *in jur. Cam. pag. 354.* major causa probanda erit ad secundam & tertiam, quam ad primam dilationem concedendam, ex communi opinione Ludovici *§. 9. de fer. & dilat. & in proceff. civili cap. 2. §. 16.* Sufficit tamen, si debito tempore petita, neque illa expresse denegata, tunc concessa præsumitur, Mevius *p. 5. dec. 162.* D. Harpprecht *Consil. nov. 56. n. 7. seqq.* & si uni parti concessa, ceu communis, alteri quoque prodest *L. 6. §. 1. C. de tempor. in integr. restitut.* nisi impetrans re integra dilationi iterum renunciaverit, Lauterb. *§. 31. de fer. & dilat.* quod si enim res haud integra & v. g. adversario jam denuntiatio facta, jus semel quæsitum ipsi invito haud ampliùs auferri potest, Brunnem. *in Proceff. Civil. c. 6. n. 19.* Beyer *pos. 32. ad tit. de fer. & dilat.* Idque eò facilius in litis consortibus obtinet, ita ut

ut dilatio & prorogatio ab uno consortium facta reliquis proficiat, Mevius *p. 1. dec. 88. & p. 6. dec. 200.* Besold. *de appellat. cap. 5. §. 4.*

§. II.

Illustrissima dilatio est probatoria, utpotè quæ in causis civilibus sua natura peremtoria *L. 7. L. fin. de fer. & dilat.* hinc omnis terminus probatorius est peremptorius Besold. *ad J. P. W. Disp. 1. th. 56.* Lauterb. *§. 29.* Stryk. *§. 19. de fer. & dilat.* conf. *c. 13. §. 1. & seqq.* de jure civili non nisi unica conceditur dilatio per *L. fin. de fer. & dilat.* neque absque omni causæ cognitione *L. 4. C. de dilat.* nisi quod nonnunquam causa cognita secunda quoque detur, *L. 7. ff. eodem.* Brunnem. *in processu civili c. 6. n. 9. & 11.* Jure Novellarum & Canonico trinam permittunt testium productionem, *Nov. 90. c. 4. C. pen. x. de Testibus & attestat.* & quartam non concedunt, nisi cum solennitate, & præstito priùs Juramento malitiæ, quod attestata nondum didicerit, nec novos testes subornaverit, Stryk §. *18.* Böhmer *n. 3. de fer. & dilat.* quamvis autem hi textus non nisi de testium productionibus agant, practici tamen illos communiter de dilationibus probatoriis itidem exaudiunt, & tertiam non nisi ex justissimis causis & quartam nonnisi cum solennitate legali & juramenti præstatione, prævia diligentissima causæ cognitione, & interveniente gravi causa, indulgendam esse dicunt Böhmer *in Jure Eccles. Protestant. lib. 2. tit. 8. §. fin. de dilat.* Lauterb. *§. 39. de probat.* Mev. *p. 5. dec. 315*

Quæ ſententia in Jure Provinciali Würtemb. *p. 1. tit. 42. §.* **und wann.** *& ſeqq.* Ord. Dicaſt. *p. 1. tit. 8. p. 23. & tit. 9. pag. 37.* expreſsè approbata legitur; ita ut nondum elapſo termino probatorio ſecunda & tertia, & tandem quarta dilatio ex juſta cauſa cum ſolennitate legali & juramento peti & concedi queat, Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 64.* ubi differentiam inter Receſſum Imperii noviſſimum de Anno 1654. §. 50. & Jus Civile notat, quod nempe juxta dictum Receſſum, abrogata quarta dilatione, tres duntaxat dilationes concedantur, & prima dilatione, ſeu termino probatorio nondum elapſo, ſecunda dilatio, cauſa tamen prius cognita, tertia verò non niſi cum ea ſolennitate, quæ antea in conceſſione quartæ dilationis obſervabatur, concedenda ſit, Blum *in proceſſu Cam. t. 73. n. 59.* Roding. *in Pandect. Camer. lib. 3. tit. 27. n. 6.* quem Receſſum Imperii Sereniſſimus noſter LLator, correcto Jure adducto provinciali, per Reſcriptum de A. 1727. den 28. Maji & denuo confirmatum A. 1739. den 21. Octobr. Dn. Hochſtetter *in Extract.* **der Hochfürſtl.** *General-Reſcripten pag. 34. & continuat. pag. 10. p. 2.* adprobavit & abrogata quarta dilatione probatoria, præter terminum probatorium, ſaltem ſecundam dilationem conceſſit, ſi cauſæ adſunt juſtæ probatæ & cognitæ, & tertiam cum ſolennitate & præſtito jurejurando malitiæ, quæ in quarta dilatione ante præſcripta & uſitata erant, idque non absque ratione, ſed ad abbreviandas lites,

lites, & præcavendas malitiosas procrastinationes & moras inductum est, confer. *dodecas Thes. & Differ. inter Jus commune & Würtemberg. th. 3. à me edit.* Ratione harum dilationum probatoriarum porrò monendum, quod 1) terminus probatorius hodiernus 6. hebdomadas in se contineat, cum anteà fuerit arbitrarius, *c. 13. §. 4.* 2) quod nondum elapso termino probatorio secunda & currente adhuc secunda, tertia dilatio petenda, cum semel elapsis dilationibus jus parti adversæ quæsitum, quod ipsi invito auferri nequit, J. P. W. *p. 1. tit. 42. §.* und wann, ibi: vor Ausgang derselben ꝛc. die erste oder andere *Dilation* zu End lauffen will. Rescripta Ducalia de A. 1727. & 1739. Roding *in π. Camer. lib. 3. tit. 25. §. 41.* Blum *tit. 73. §. 86.* 3) nulla erronea computatio hic facienda, terminus enim probatorius constituit primam dilationem, & conceditur in interlocutoria s. Rescripto absque causa, J. P. W. *p. 1. t. 42. pr. ibi* die erste *Dilation. §.* und wann die bewilligte erste *Dilation* verflossen ꝛc. alsdann mögen unsere Gericht ꝛc. auch die andere und dritte *Dilation* erkennen und zulassen ꝛc. Dieweil die vierte *Dilation* zu begehren noch bevorstehet, Rescriptum Ducale de Ao. 1739. §. 1. hingegen die vorgeschriebene *Solennitas legalis* sogleich bey suchend: dritter *Dilation*, den ersten in dem *Sentenz* selbst bestimmten *Termin* mit

eingerechnet, beobachtet. J. R. de A. 1654. §. 50 *ibi:* ausserhalb daß hinführo nach Verfliessung des ersten *termini probatorii*; oder ersten *Dilation*, die zweyte *Dilatio* nicht anders als *cum causæ cognitione*, wie obgemeldt, ertheilt, bey der dritten aber diejenige *Requisita* und *Solennitæten* der Rechten, die bey der vierten bißhero bräuchlich gewesen, in acht genommen werden. Blum *in Proceſſ. Cam. tit. 73. num. 74.* Roding *lib. 3. tit. 26. n. 18.* Denique 4) notandum, quod omnes prorogationes dilationum prohibitæ sint, J. P. W. *p. 1. t. 42. §.* und wann. Rescripta Ducalia *de A. 1729. & 1739. R. J. de A. 1654. §. 50.* Roding. *d. L. n. 33.* Blum *num. 87.* cum adhuc secunda vel tertia dilatio peti queat. Non tamen 5) omne prudentis Judicis arbitrium excluſum nonnulli Doctores reputant, sed ex justissima causa cumprimis si ad restitutionem in integrum concedendam habilis est, ulteriorem dilationem vel prorogationem concedi posse affirmant, cum enim, lapso planè termino, ob minorennitatem aliamque justam causam restitutio in integrum in Jure fundata sit, *cap. 25. §. 1.* cur nondum elapso termino, ex tali justa causa, ulterior dilatio ad probandum concedi nequeat, nulla videtur subesse ratio diversitatis, Mev. *p. 5. dec 315.* Schöpffer *n. 25. de feriis & dilat.* ex Mynsingero *cent. 1. ob. 73.* Blum *tit. 73. n. 58.* & porò 6) interdum juramentum malitiæ, pro prudentis

dentis Domini Judicis arbitrio, negligi aut remitti posse, itidem affirmare haud dubitant, quando nempe de impedimento & de diligentia partium adhibita satis constat, illudque notorium & justum ac nullum periculum in mora, & partes articulos, & interrogatoria intra legitimum tempus cum denominatione testium & directorii porrexerunt, ita ut commissario tantum temporis relictum maneat, ut testium examen suscipere, & rotulum conficere queat, sicque partes vel oraliter vel in scriptis absque mora & procrastinatione causam agere valeant, cum superfluo juramento nemo onerandus sit, Gail. *lib. 1. obs. 91. n. 6.* Mevius *p. 5. dec. 200. & 201.* Brunnem. *ad L. 7. n. 7.* Schöpffer *n. 24.* Böhmer *n. 9. ad tit. de feriis & dilat.* idemque *in jur. Eccles. Protest. lib. 2. tit. 8. §. 3. de dilat.*

§. III.

Formula petendi secundam dilationem sequens esse potest, Es ist den 15. Sept. A. 1745. in der Appellations-Sache von L. sich haltend, zwischen Titium, Appellanten eines; und Cajum, Appellaten anderen Theils, Beweiß erkennet, und ein Terminus probatorius von 6. Wochen hierzu anberaumet worden. Ob nun wohlen N. sich biß dahero alle Mühe gegeben, mit seinen Beweiß-Articulis, cum directorio & denominatione testium, innerhalb solchen Termin, aufzukommen, so habe sich doch eine Hinderung nach der andern ergeben, da N. eine Reiß von etlichen Wochen sogleich unternehmen müssen, so

daß er dahero wider Willen verhindert worden, und die nöthige Uberleg- und Unterredung mit seinem Patrono causæ nicht vornehmen können; damit aber in dieser Sache nichts verabsaumet werden möge. so habe er, noch vor Ablauff der ersten Dilation oder Termini probatorii, Seine Hochfürstl. Durchleucht unterthänigst gehorsamst ersuchen wollen, aus angeführter legalen Ursach, ihme die dilationem secundam von 6. Wochen gnädigst zu erlauben und zu geben, unter der angefügten unterthänigsten Versicherung, daß er diesen Beweiß best-möglichst zu beförderen, und den Ausgang der Sache zu beschleunigen von selbsten den Bedacht nehmen werde, als woran ihme am mehisten gelegen, desuper &c. Sin opus est, ut tertiam dilationem petat, potest id fieri hoc modo: Es haben Euer Hochfürstl. Durchleucht jüngsthin in der Appellations-Sache von ꝛc. die andere Dilation zu meiner gehorsamsten Danck-sagung zu erlauben gnädigst geruhet; und hat N. gehoffet, inner dieser Zeit mit aller Bereitwilligkeit zu erscheinen, und die Articulos probatoriales einzureichen: ohngeachtet aber dessen, so haben sich abermahls erhebliche Hinderniſſen geäusseret, da N. indessen kranck darnieder gelegen, besag beyliegenden Attestati Med. und auch der in dieser Sache gebrauchende Advocatus, von dem N. etlich Meile entfernet wohne, und in anderen Geschäfften zimliche Zeit verreiset gewesen; so daß die mündliche Unterredung, welche doch ohnentbehrlich nöthig, und ohne mercklichen Nachtheil der Haupt-Sache nicht wohl unterlassen werden

werden möge, der Zeit nicht zum Stand gebracht, noch die Verfertigung der Articul und Benennung der Zeugen cum Directorio in dieser weitläufftigen Sache bewerckstelliget werden mögen, dahero Seine Hochfürstl. Durchleucht noch vor Ablauffung der anderen Dilation, N. unterthänigst gehorsamst ersuchen wollen, Sie geruhen gnädigst, die zu des N. Defension gereichende dritte Dilation ad probandum von 6. Wochen, aus obangeführten kräfftigen Ursachen, angedeyhen und decretiren zu lassen, und zwar um so eher, als kein periculum in mora und der Beweiß dannoch gar wohl noch vollführet werden kan, ehe die Hofgerichtliche Sessiones wieder ihren Anfang nehmen werden, auch N. die unterthänigste Versicherung mit anfüget, daß er diese Dilation nicht, zu Umtrieb der Sachen mißbrauchen sondern, so bald immer möglich, einkommen werde. Und wie er nun bey diesen Umbständen gnädigster Bitt-Erhörung sich getröstet, und dabey zu allen in der Fürstl. Hofgerichts-Ordnung und Rescripten enthaltenen Solennitæten und Juramento sich allenfalls erbietet und anheischig macht; also wird er die hierunter ihme erweisende Hochfürstliche Gnade in tieffestem Respect jederzeit verehren, und in all unterthänigster Devotion verharren, Hierüber ꝛc.

§. IV.

Progrediendum est ad terminos ad agendum, litem contestandam, replicandum & duplicandum, concludendum, & scripta probato-

ria conficienda, & sic porro: Sæpius autem jam dictum est, quod in Würtembergia, per regulam, omnis processus oralis sit, hoc tamen non impedit, quo minus in prima instantia dilationes concedantur: & quidem reus, si nondum præparatus, antequam litem contestatur, petere valet, Abschrifft, Bedacht und Dilation ad proximam juridicam, idemque observatur in replicis & duplicis J. P. W. *p. 1. tit. 21.* ibique Plebst. *th. 76.* Besold *th. 55.* & Lauterb. *th. 47.* Aliud obtinet in Dicasterio supremo, ubi singulis diebus alia causa ventilatur, & deciditur, nisi alia legalia impedimenta interveniant, & v. g. probatio, editio actorum vel aliud punctum incidens dilationem exposcat, & remoram injiciat, hinc in processu orali Dicasteriali omnis exulat dilationis petitio, nisi quod An. 1690. den 13. Sept. ob prolixe à parte adversa allegata nova & personalia, contra priorem Advocarum, petita dilatio intra terminum dicasterialiter præfixum concessa, & causa ad futuras sessiones dicasteriales remissa in *Nro. 551.* apud Hæberlin *in Sententt. Dicaster.* potissimum igitur hæ dilationes in processu in scriptis tractando, in verabschiedeten Sachen, locum habent, & sicuti supra *c. 2. §. 8.* jura antiqua adduximus; ita hoc loco de noviori jure agendum, & Rescriptum Ducale de A. 1739. den 21. Octobr. exhibitum in Domini Hochstetteri Contin. der Hochfürstl. *General-Rescripten p. 10. & 11.* percurrendum, cùm in illo tota materia dilationum fere immutata, & ad præscindendas ambages & accelerationem processus

cessus saluberrime adcommodata. Quando igitur causa in scriptis tractanda, generalis regula præstitura legitur in Rescripto de Ao. 1739. den 21. Octobr. §. 1. Quod nempe, quæ obtinent in dilationibus probatorialibus, ea quoque in dilationibus ad agendum observari debeant, ita ut rescriptum de A. 1727. den 28. Maji ad omnes alias dilationes in genere extensum esse debeat, per consequens ante lapsum primæ dilationis, s. termini menstrui, secunda dilatio, & antequam hæc elapsa, tertia dilatio, cum oblatione juramenti & solennitatum legalium, peti ac impetrari debeat, ita ut prorogationes dilationum prohibitæ censendæ sint, uti in terminis probatoriis. Cum igitur hic eatenus æquiparatio dilationum facta, & prorogationes abolitæ, supra adductæ formulæ dilationes petendi, huic casui facilè mutatis mutandis, applicari possunt, & addi debet, quod ante lapsum primæ dilationis s. termini, utpote quæ vocabula pro synonymis usurpantur, secunda, & deinde sub oblatione juramenti tertia dilatio ex justis causis petatur; hoc modo: Als ergehet an Euer Hochfürstl. Durchleucht mein unterthänigst-gehorsamstes rechtliches Bitten, in Ansehung der oben angeführten trifftigen Ursachen, mir die andere Dilation ad litis contestationem, replicandum vel duplicandum &c. gnädigst zu concediren; vel mir die dritte Dilation zu Verfertigung der Probations-Schrifft ꝛc. gnädigst angedeyhen zu lassen, dessentwegen mich hiermit zu allen Rechtl. Solennien und Aydes-Leistung in aller submission offerire. sub Implorat.

Cap VII.

CAP. VII.

De Facti narratione & reproductione.

SUMMARIA.

§. 1. Docet, quomodo factum narrandum. | §. 2. Et reproducendum.

§. I.

SIn legitimatio rite facta vel per interlocutoriam, sub cautione rati & grati, vel ad proximam, partes admissæ, tunc Appellans, sub præfatione tituli, pergit in causa, & præmissa rubrica nervosa & succincta, factum breve & perspicuum sine allegatione jurium, juxta commune Decretum Dicasteriale de A. 1664. den 24. Sept. Dn. Hæberlin *in Append. Nro. XIII.* narrat, in fine adjiciens, se rite & legitime appellasse, omniaque solennia observasse, & formalia, se hoc ipso justificata velle, petitque prælectionem Actorum, Ord. Dicast. *p. 3. tit. 3. §. 2. & t. 5. §. 2.* hac formula: P. P. Nach beederseits richtig gestellter Legitimation nunmehro zur Handlung in der Haupt-Sache zu gelangen, so betrifft gegenwärtige Appellations-Sache, eine Losung des Mevii Bauren-Guths; und verhält sich davon das Factum nachfolgender massen: Es hat ꝛc. in fine. Weilen aber wider Verhoffen eine widrige Urthel ausgefallen, so habe er davon, stante pede, an

an dieses Hochpreißl. Tribunal appelliret, und die Acten inner rechten Zeit begehrt und eingelegt, mithin alle Solennien observirt, wie er dann hiemit die Formalia Appell. wolle justificirt haben, und seye er bereit die Iniquitates & nullitates sententiæ à qua, nach Verlesung der Acten, als warumb er hiemit in Unterthänigkeit gebetten haben wolle, des breitern zu deducireu. Appellatus deinde, præmisso titulo & accurata rubrica causæ, itidem Factum succinctè proponit & in fine annectit, in casu, si appellatio ritè & legitimè facta, se nihil habere, quod contra formalia excipiat, & pariter petit prælectionem Actorum Ord. Dicast. *p. 3. t. 3. §. 2. & 3.* hoc modo: P. P. nebst vorläuffiger Annehmung, aus dem gegnerischen Facto alles vorständigen und kräfftigster Widersprechung alles widrigen, die Special-Contradiction sich *suo loco & tempore* reservirend: so concernire diese Appellations-Sach eine servitutem itineris, durch des Titii Garthen, und ist das Factum davon nachfolgender massen beschaffen. Es hat Appellant &c. & in fine: und weilen nun Kläger diesen Stritt ohne Grund erreget, so ist er billich in der Urthel durchgefallen, und Appellat von der Klag entbunden worden, jedoch hat davon Appellant zwar (wie es scheinet) formiter appelliret, aber dabey summè frivole & temere, wie solches, nach Verlesung der Acten, darumben Appellat gleichfalls gehorsamst bittet, durch Ausführung der Æquitæten der Urthel à qua, klärlich solle dargethan werden. Et hic notandum venit Advocatis, ne, ex Factis recensitis,

censitis, omnibus circumstantiis, nec ultra quàm summa necessitas exigit, specialiter contradicant vel utiliter accipiant, vel rationes plane contradictionis addant, & ita inutiliter tempus consumant, cùm, in tractatione materialium, omnes principales circumstantiæ repetantur & ibidem commode, si principale punctum contradicendum est, id fieri breviter queat. Uti hoc prohibitum in Decretis Dicasterialibus de Anno 1716. den 2. Maji & A. 1718. den 4. Maji, quæ legi possunt apud Dn. Hæberlin *in Append. sub XIX. & XX.* Si causæ sint graves & intricatæ factum interdum in scriptis singulis membris Dicasterii aliquot dies ante decisionem causæ distribui, & in sessione deinde temporis lucrandi ergo prælegi solet, uti in Rescripto Ducali de A. 1740. den 30. Jan. ordinatum, cum autem processus obineat oralis, in causis cumprimis levioribus, ob sumtus aliaque impedimenta hodie omittitur & partium arbitrio magis relinquitur, quid hac in parte sibi expedire credant, add. Dn. Hochstetteri Continuat. des Extracts Hochfürstl. General-Rescripten *pag. 20. & 21.*

§. II.

Et deinde prælectio Actorum fit à Secretario vel ejus Adjuncto. Interdum factum saltem reproducitur, si nimirum, puncto formalium vel etiam in causa principali, ante prælectionem Actorum, juxta Ord. Dicast. *p. 3. t. 9. §. 2.* probatio in priori juridica decreta, quo casu in secunda vel tertia juridica factum brevibus repetitur

tur & in memoriam revocatur, maximè, si novi Assessores adsint, qui in priori Juridica facti narrationi non interfuerunt, Ord. Dicast. *p. 3. t. 5. §* 2. vel etiam peti potest, ut à Secretario vel ejus Adjuncto, cum Actis, etiam Factum ad calamum dictatum prælegatur, vel ab Advocatis, temporis lucrandi ergo legi potest, uti sæpius factum. Formula facti reproductionis hæc esse potest, ex parte Appellati, P. P. Ehe in dieser Sache weiter geschritten werden kan, so findet Appellat gleichfalls vor nöthig, damit insonderheit auch denen nach der vorigen Juridica zu diesen Hochpreißl. Dicasterio erst gekommenen Membris diese gegenwärtige Appellations-Sache gründlich bekannt gemacht werde, das Factum kürtzlichen dahin zu reproduciren, daß ꝛc. Nachdeme nun, bey diesen Umständen keine andere, als favorable Urthel, vor den Appellaten ausfallen können, davon aber Appellant formiter appellirt, und demnächst in voriger Juridica Dicast. die Acten statt der Gravatorial-Klag und Lit. Contestation vor verlesen angenommen, und Beweiß erkennet, auch vollführet worden, so ist nunmehro, und weilen der Rotulus Testium, auf unterthänigstes Suppliciren, extrajudicialiter, für publicirt, angenommen worden, nichts mehr übrig, als der Hochfürstl. Hofgerichts-Ordnung nach zugeleben, und Euer Gnaden Excell. Herrlichkeiten und Großg. gehorsamst zu erbitten, wie hiemit geschiehet, die Acta Appell. und das Examen Testium, in Gnaden und Großg. verlesen zu lassen, da dann hernach die æquitates sententiæ

à qua

à qua offenbarlich sollen dargestellet werden. Ex parte verò Appellantis, si nempe in prima Juridica nihil actum, sed probatio decreta, ita concipi potest, P. P. Es wird einem Hochpreißl. Dicasterio annoch ohnentfallen seyn, wie daß in der den 6. Septembr. Anno 1716. abgehaltenen Juridica, Beweiß erkennet, und die Acten, statt der Gravatorial-Klag und Lit. Contestation vor verlesen, angenommen worden, so daß nunmehro, der Ordnung gemäß, vor weiterer Verhandlung, die Acten würcklich zu verlesen sind. Alldieweilen aber entzwischen zerschiedene neue Membra in dieses Hochlöbl. Tribunal gekommen; so hält Appellant, zu besserer der Sachen Einsehung, vor nöthig, das vor zweyen Jahren erzehlte Factum in seinen Haupt-Umbständen, dahin kürtzlich zu erhohlen: Wie daß ꝛc. Ob nun wohlen also freylich die Urthel zu seinem Vortheil hätte ausgesprochen werden sollen, so seye doch wider alles Vermuthen, das widrige erfolgt, dahero er dann formiter hiehero appellirt habe, wie er dann die Formalia allbereit in ersterer Juridica justificirt. Und weilen der Rotulus Examinis Testium, pro extrajudicialiter publicato, angenommen, und denen Partheyen zu ihrer Nothdurfft, communicirt worden; so wolle er dann nunmehro, umb Verlesung der Appellations-Acten und Rotuli gehorsamst ansuchen, und alsdann die nullitates & iniquitates sententiæ à qua gründlich vortragen. sub Implorat.

CAP.

CAP. VIII.

Tractat Formalia Appellationis.

SUMMARIA.

§. 1. & 2. docet: quomodo Jure Würtemb. caute appellandum.

§. 3. I. Tempus decendii explicat.

§. 4. II. Actorum petitionem, quæ intra XXX. dies fieri debet &

§. 5. Conscriptionem & formam Actorum.

§. 6. Sistit III. formale, quod Acta confecta & denuntiata intra XX. dies Dicasterio præsentanda.

§. 7. Agit IV. de judicis ad quem nominatione intra XXX. dies, &

§. 8. De Summa appellabili 50. florenorum in sorte, hinc usuræ & fructus excluduntur,

§. 9. Quærit an diversæ summæ conjungi queant? & quid juris in con- & reconventione.

§. 10. Excipit jura & Servitutes & actionem injuriarum recantator, & disquirit, quid dicendum de æstimatoria?

§. 11. Et de re immobili?

§. 12. Continet, quod semper appellandum sit ad judicem superiorem. Et quid juris, si error interveniat?

§. 13. Gradatim quoque appellandum est.

§. 14. Causa debet quoque appellabilis esse de Jure Communi & Würtemb. non criminalis,

§. 15. Neque fiscalis, immissionis ex L. f. de Edict. Div. Hadrian. toll. arbitri compromissarii, nisi adsit læsio enormissima.

§. 16. Neque interlocutoria simplex, neque executio, neque tres conformes sententiæ, neque à juramento judic.

§. 17. Verè contumax, & confessus, vel aliàs legitime convictus, itidem non appellat.

§. 18. Neque falsus Procurator, quatenus præsumti s. quasi procuratores, consortes litis & substituti?

§. 19. Et tertii? Curator mulieris?

§. 20. Neque renuntiatum esse debet appellationi expresse vel tacitè.
§. 21. Appellatio intra annum prosequenda.
§. 22. & 23. Sistit processum formalium & formulas petitionum.
§. 24. Advocati materialia ne immisceant, & ex officio quoq; rejiciatur appellatio, si in forma peccatum.

§. I.

QUod si formalia se non recte habeant, tunc Appellatus omittit petitionem prælectionis Actorum & excipit in fine post factum, sed tamen, ante prælectionem Actorum, contra formalia Appell. Ord. Dicast. *p. 3. t. 3. §. 4. & t. 21. §. 1.* & omnes exceptiones simul proponit Ord. Dicast. *p. 3. t. 21. §. 2.* ante omnia enim formalia Appell. juxta ordinem processus, justificanda sunt B. D. D. Harpprecht *in Resp. 95. n. 157.* quia Jurisdictionem Dicasterialem demum fundant, Ord. Dicast. *p. 3. t. 3. §. 1.* J. P. W. *p. 1. t. 65. pr.* Winter *de assess. p. 2. cap. 6. n. 13.* Et quidem Advocatus PRIMO debet attendere, an rite & legitime appellatum sit: quibuscunque verbis fiat, nihil refert, J. P. W. *p. 1. tit. 58. §.* es ist auch genug. Hofgerichts-Ordn. *p. 3. tit. 3. §. 2.* uti A. 1708. den 10. Martii, & A. 1723. den 23. April, hæc verba: ich will es weiter bringen, ich will drauf appelliren, haud rejecta, modo constet de animo & voluntate actualem appellationem interponendi. Nam de Jure Würtembergico appellatio fieri potest. 1.) coram toto Judicio, à quo sententia lata 2) vel extra judicium, coram Præfecto & Actuario vel Scabino,

Besold

Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 46.* Bocer *Cl. 6. tit. 34. th. 60.* prout appellatio coram præfecto & Scabino interposita A. 1619. den 4. Martii in causa appell. von Bahlingen, zwischen Balthas Fesern Appellanten, und Balthas Meyern Appellaten, admissa fuit, & Bocerus quoque præjudicium adducit, licèt præfectus, cùm sententia lata, non adfuerit, J. P. W. *p. 1. t. 58. §.* wann aber einer ꝛc. Bocer *Cl. 6. D. 34. th. 60.* ubi refert, quod ita Sereniſſimus Dux A. 1594. voluerit, niſi, ut ſuſpectus, cauſæ diſcuſſioni non interfuerit, Et ita judicatum A. 1594. den 11. Jun. in Dicaſterio Beſold *ad J. P. W. p. 1. th. 95.* B. D. Lauterbach *in Differ. Jur. Commun. Würtemb. p. 1. th. 74.* 3) coram Actuario & Scabino, hinc probatio interpoſitionis appellationis coram actuario & Scabino in Nro. 878. apud Hæberlin injuncta 4) coram duobus Scabinis, qui ſententiæ publicationi, licèt cauſæ cognitioni, non interfuerint, Bocer *Cl. 6. Diſp 34. th. 60.* Beſold *de appellat. cap. 8. §. 5. p. 358. & ad J. P. W. p. 1. th. 95. & 96.* ubi ampliat, licèt unus appellantis poſtulata propoſuerit, uti fieri ſolet in illis locis, ubi nulli ordinarii ſunt advocati, quod ſi enim Scabini ſententiæ publicationi non interfuere, informis eſt appellatio No. 716. Hæberlin. 5) coram Notario & duobus teſtibus 6) coram duobus honeſtis viris Ord. Dicaſt. *p. 2. t. 3. §. 1.* & J. P. W. *p. 1. t. 58. §.* wann aber. licèt unus teſtimonium dixerit Beſold. *ad J. P. W. p. 1. th. 95.* quod jure communi indiſtincte non conceſſum Lauterb. *§. 4. quando appell. ſit, & intra quæ tempora*

Manzel *in Disp. de duobus vel 3. viris honestis in hypoth. insinuat. & appellat. subsid. adhibend. sect. 3.* Ex quo sequitur, quod appellatio non rectè fiat coram unica persona No. 640. & 888. licet Præfectus Besold. *ad Jus Prov. Würtemb. p. 1. th. 95.* vel Scriba & actuarius sit, Bocer *Cl. 6. Disp. 3. th. 62.* ubi aliquoties ita judicatum in Dicasterio testatur, & præjudicium de A. 1710. legitur in No. 1044. apud Hæberlin. Neque tamen opus est, ut petant bedacht, Bocer *Cl. 6. D. 34. th. 61.* Neque insinuatio apud judicium appellationis factæ, coram Notario & Testibus & aliis duobus honestis viris, ad validitatem appellationis necessaria, bene tamen utilis est, ad sistendam executionem, quod si enim intra decendium toti judicio vel Præfecto vel ad minimum duobus Scabinis non facta fuit insinuatio, tunc judex recte ad executionem procedit, neque facta, ut attentata, revocantur Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 1. & 10.* J. P. W. *part. 1. tit. 58. §.* wann aber. Besold *ad Jus Prov. Würtemb. p. 1. th. 97.* & D. Lauterbach *in Differ. Jur. Commun. & Wurt. th. 73. p. 1. & §. 4. quomodo appelland.*

§. II.

Neque interest, sive appellatio viva voce vel in scriptis in papyro Mevius *p. 1. dec. 8.* ex post facto quoque fiat s. à sententia interlocutoria s. definitiva Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 1.* J. P. W. *p. 1. t. 58. pr. & seq. & tit. 69. pr.* nisi appellatum coram Notario & duobus testibus vel duobus honestis viris, tunc enim in scriptis, non vero viva voce,

voce, fieri debet Bocer *cl. 6. Disp. 34. th. 61.* Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 137.* Besold *p. 1. th. 95. cum seqq. & de appell. c. 8. §. 3. pag. 354.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 73. & 74. & in Colleg. Theoret. practico §. 2. ad tit. π. de appell. recip.* Neque etiam opus est, ut in appellatione ab interlocutoria causæ exprimantur J. P. W. *p. 1. t. 69. pr.* Bocer *cl. 6. Disp. 34. th. 63.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 82.* uti de Jure Canonico exigitur in *c. 1. de appell. in 6to c. 51. x. ibidem* D. Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß cap. 33. §. 5.* Cùm autem, juxta deducta, variis modis quis appellare possit, ideò ad animum appellantis & quem modum appellandi eligere voluit, semper respiciendum erit. Quod si enim coram toto Judicio appellare voluerit, & Scheda appellationis ad totum Judicium directa sit; & tamen non nisi duobus Scabinis vel viris præsentata vel coram duobus Scabinis, qui Judicio interfuerunt, so bey der Urthel gesessen, appellare voluerit, hocque expresserit & deinde saltem, coram duobus honestis viris, appellationem interposuerit, & sic porrò; tunc sanè non valet appellatio, uti sæpius judicatum in Dicasterio & in simili, Anno 1704. den 3. Martii, ubi quidem duo testes præsentes fuerunt, sed quia Actuario judicii Schedam appellationis saltem porrexit, neque testes Schedam appellationis subscripserunt, neque coram viris honestis appellare voluit, pro non devoluta, appellatio fuit habita, nam actus, ultra agentium intentionem, minimè extenditur, arg. *L. 19. de R. C. L. 16. de acquir. rer. domin.* Dalner *de renunc. c. 19. n. 13.*

Anton. Gomez. *tom. 1. cap. 1. n. 14.* maximè in his, quæ à noſtra voluntate dependent Barboſa locuplet. *lib. 19. c. 41. ax. 14.* ſed tunc intrat altera regula, quod volui, non potui, & quod potui, nolui. *L. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi L. 3. C. de contrab. & committ. ſtipul. c. 23. x. de offic. ac poteſtat. jud. deleg.* ſive quis igitur, illud, quod facere potuit, facere noluit, ſive illud, quod voluit, facere non valuit, utrobique nihil actum intelligi debet, B. D. Harpprecht *in reſp. 89. n. 42. & ſeqq.* Sin autem Scheda Appellationis ad totum judicium directa, intra decendium, per quemcunque vel literas ad judicem directas, toti judicio infinuata, & ibi reproducta, licèt præfecto ſoli ab initio præſentata, tunc nihilominus valida eſt appellatio, juxta præjudicia de A. 1613. den 13. Julii & A. 1704. den 3. Martii, *Nro. 887.* apud Dn. Hæberlin. Ego *in Vol. VIII. Conſ. Tub. 18. n. 21.* quod ſi autem Scheda appellationis ad judicem directa, ſoli actuario infinuata, & extrajudicialiter porrecta, neque intra decendum in judicio reproducta, non tenet appellatio, ſed non devolutoria lata in ſententiis *Nro. 869. & 1044.* apud Dn. Hæberlin. Uti quoque, pro receptione appellationis, concluſum eſt in Dicaſterio in cauſa Appellat. von Göppingen, zwiſchen Bernhard Geigern, Klägern Appellanten, contra Jacob Walthern, Beklagten Appellaten, beeden von Frauendan, A. 1714. den 1. Jun. ubi coram duobus Scabinis appellatum ſed ex actis de eo non conſtabat, an judicio interfuerint nec ne? Ordin. Dicaſt. *p. 2. t. 3. §. 1.* J. P. W *p. 1. t. 58.*

§. wann

§. wann aber. quia autem in Scheda appellationis non expressum erat, quod coram Scabinis præcisè appellare voluerit; ideò, ob favorem appellationis, Mevius *p. 7. dec. 313.* creditum, quod optimo modo, quo fieri id potuit, appellare voluerit; ideò hæc appellatio, ut interposita coram duobus honestis viris, admissa fuit. Hinc actuarii accurate annotare debent, quod coram duobus honestis viris appellatum sit, nec saltem illorum Scabinorum vel virorum, ceu testium mentionem facere, juxta Rescriptum Ducale de A. 1714. den 6. Jun. *§. 6. Extract* Fürstl. *General-Rescript. continuat. pag. 16. & 17.* & porrò cautela commendanda est, ut appellatio fiat, omni meliori modo, & sequenti formula: P. P. Nachdeme wider alles Verhoffen bey Wohl-Löbl. Stadt-Gericht zu T. in der Schaafwayd-Strittigkeit zwischen Appellaten, und N. N. Beklagten, eine widrige Urthel ausgefallen, Kläger aber dadurch sich höchstens beschwehret befindet, so wolle er, salvo tamen respectu Domini Judicis à quo, an das Hochfürstl. Würtemb. Hochpreißl. Hofgericht (ad Judicem Superiorem quemcunque competentem) in der besten Form und Art Rechtens, als es, nach Maßgab der Hochfürstl. Würtemb. Land- und gemeinen Rechten, geschehen kan oder mag, hiemit appelliret, und, umb Ausfertigung der Acten und Ertheilung Apostolorum reverentialium, fleißig, fleißiger, und zum allerfleißigsten, oder instanter, instantius & instantissime, angesuchet, und zugleich zu allen Solennien sich gebührend anerbotten, auch, umb glaubwür-

dige Abschrifft der Urthel und documentum ritè factæ appellationis, angesuchet, dabey aber sich alle competentia & jura quæcunque vorbehalten, und noch weiter gebetten haben, der Appellation nicht nur zu deferiren, und solche geneigt anzunehmen, sondern auch mit fernerer Cognition in Ruhe zu stehen, und alles ad Protocollum zu nehmen. S.S. Rubrica sequens potest esse: Scheda Appellationis oder Appellations-Zettel, Titii Klägers eines- contra Mevium, Beklagten, andern Theils; an Ein Wohl-Löbl. Stadt-Gericht T. pcto retractus. vel pro re nata.

§. III.

SECUNDO Appellatus respicere debet, an primum fatale observatum & intra decendium appellatum Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 1.* J. P. W. *p. 1. t. 58.* §. wann aber. Ordin. Cam. *p. 2. tit. 29.* §. 1. Recess. Imper. Noviss. *de A. 1654. §. 115.* D. Lauterbach *§. 7. ad tit. π. quando appellandum sit.* alias post lapsum 10. dierum interposita appellatio haud attenditur sed rejicitur juxta sententias latas in *Nro. 256. 431. 1016. & 1102.* licet supplica in curia, loco appellationis interim exhibita sit, cum fatalia per æquipollens adimpleri nequeant *Nro. 1016.* apud Hæberlin, vel ad prosequendum per Rescriptum Cancellariæ restitutus sit *Nro. 402.* Hocque tempus statim à tempore latæ sententiæ currit, licet sententia sit conditionalis *L. 1. §. 5. quando appell.* Lauterb. *§. 7. dict. tit.* Mev. *p. 5. dec. 224.* v. g. ut juramentum præstet & eventualis condemnatio subjuncta D. Harppr. *in Disp. de Appellat.*

Appellat. à jurejur. §. 22. Noſtr. *Conſ. 68. num. 40. Vol. 8. Conſil. Tub.* add Mev. *p. 3. dec. 250.* ſed tamen, non niſi ſcienti, ſententiam eſſe latam, ſeque ex ea gravatum, minimè verò ignoranti tenorem ejus *L. 1. §. 5. & §. fin. quando appelland. Nov. 23. cap. 1. & 8. L. 4. C. de liberal. cauſa c. 8. de appellat. in 6to.* Bocer *cl. 6. Diſp. 34. th. 70.* Winter. *de Aſſeſſ. p. 2. cap. 6. n. 14.* Mevius *p. 3. Dec. 269. & p. 7. dec. 269.* Gail. *lib. 1. obſ. 139.* Mynſinger *c. 2. obſ. 2. ibique* Fabricius. Goswinus ab Esbach ad Carpz. *p. 1. C. 20. def. 5. num. 9.* Ego *in Dec. 30. n. 3. ſeqq.* quæ ſcientia vel ignorantia interdum juramento probatur, ſi dubia eſt, Mevius *p. 7. dec. 269. & p. 5. dec. 167.* D. Stryk. *in uſu moderno §. 1. quando appellandum.* Et nocet quoque procuratoris notitia Domino, ſi intra decendium non appellat, vel appellationem non proſequitur, *L. 1. §. 5. & §. fin. quando appellandum, L. 10. L. 17. Cod. de procurat.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 8. & 9. quando appellandum,* Blum *in proceſſ. Cam. tit. 49. n. 11.* Roding. *in Pandect. Cam. lib. 1. tit. 27. n. 11. & 12.* D. Harpprecht *Vol. 7. Conſil. Tub. 43. n. 9. ſeqq.* licèt Dominus ſententiam latam eſſe ignoraverit, Carpz. *p. 1. c. 1. def. For. 22. n. 4.* Hartmann Piſtor. *p. 1. Q. 36. n. 3.* D. D. Schweder *in Diſp. renunt. appellat. th. 10.* ſecus, quoad reſtitutionem in integrum, ſecundum Mevium *in p. 5. dec. 270.* ſed in hoc deprehendimus differentiam Juris Würtembergici *p. 1. t. 58. §. fin.* ubi domino pariter licentia datur, ſi procurator non appellaverit, intra decendium à tempore ſcientiæ ſuæ, vel in pro-

pria persona vel per alium procuratorem appellandi, ita ut scientia procuratoris principali, quoad interpositionem appellationis, non obsit & noceat, *Dec. Thes. & Differ. Jur. C. & Wurtemb. sub Præsidio nostro habit. §. 1.* id quod in Dicast. Wismarienſi quoque obtinet Mevius *p. 5. dec. 206.* quamvis hodie etiam in praxi, si procurator non solvendo, restitutio in integrum concedatur, vel si dolus, vel collusio intervenerit, domino procuratoris negligentia nocere nequeat, D. Lauterbach & D. Schweder *dict. loc.* Mevius *p. 5. dec. 206.* Gail. *lib. 1. obs. 139. n. 9. & 10.* D. D. Harpprecht *Vol. 7. Conf. 43. n. 12. & 36.* Leyser *spec. 64. med. 3.* Confer. Nostr. Disp. *de servit. præscript. extinctiva cap. 3. §. 8. & 9.* Hoc tempus decendii est itidem continuum, ita ut à momento ad momentum, ab hora ad horam nominatam currat, Carpzov. *in proceſſ. tit. 18. art. 3. n. 38. seqq.* Befold *de appellat. cap. 8. n. 2.* cùm appellans sibi imputare debeat, quod tam diu expectaverit, ut introductio justo tempore fieri non potuerit. Ita A. 1747. den 25. Sept. in causa Appell. von Bahlingen Hetzel, contra Thüringerin judicatum, ubi defectus quatuor horarum nocuit; ac dies quoque feriati computentur Gail. *L. 1. obs. 139. n. 5.* Brunnem. *in proceſſ. Civil. c. 28. n. 42.* Stryk *in usu moderno §. 1. quando appell.* & ultima diei hora fieri potest, hinc hora sententiæ latæ & interpositæ appellationis, nec non requisitionis Actorum & denuntiationis factæ ab Actuario, sub pœna & refusione interesse in Actis Appell. notari debet Ord. Dicast. *p. 2. t. 4. §. 3. & tit. 5.*

§. 10.

§. 10. & seqq. J. P. W. *p. 1. tit. 62. §.* neben solchen ꝛc. & *seq.* In dubio tamen appellatio recipienda & intra decendium interposita credenda est, si hora non expressa Brunnem. *in proceſſ. civili c. 28. n. 45.* Mevius *p. 1. dec. 257. & p. 2. dec. 372. p. 3. dec. 2. n. 2. p. 7. dec. 313.* cum totus dies in dubio cedat appellanti Berger *in Oeconom. jur. lib. 4. t. 28. §. 5. not. 1. pag. 1169.* & interdum excusatio, ob justam causam, admittitur, ita ut fatalia planè non currant vel prorogatio vel restitutio in integrum concedatur v. g. si successivum gravamen adsit, Mevius *p. 8. dec. 472.* vel si mors interveniat appellantis, Mevius *p. 3. dec. 182.* D. Lauterbach *ad tit. si pendente appell. mors intervenit* vel si advocatum commode & sine detrimento habere non potuerit, Mevius *p. 2. dec. 108.* D. Stryk *in Disp. de impediment. legal. cap. 4. §. 38. & 39.* vel bellum adsit Mevius *p. 8. dec. 279.* pel pestis Faber *in Cod. Sabaud. lib. 7. tit. 27. def. 7.* vel minor ætas concurrat *L. 7. §. 11. de min. L. 1. Cod si sæpius restitut. in integr. pet.* vel universitas adsit *Clem. 1. de restitut. in integr.* Besold *ad appell. c. 10. n. 4.* Wibel *de contract. mulier. cap. 4. §. 8. n. 217.* ubi testatur in Supremo judicio Appellationum in causis Appellationum von Wiersheim den 15. Jun. A. 1629. & von Dattenhofen A. 1627. ita judicatum & restitutionem in integrum contra lapsum fatalium concessam fuisse. conf. *c. 24. §. 1.* de casu, si acta deperdita, agit Lyncker *dec. 705.* vel si miles sit Mevius *p. 1. dec. 150.* an sola paupertas excuset? negant, potius decendium pauperi currere affirmant, nisi appellatio summ tus requi-

requirat, & tunc intra 10. dies paupertatem ad minimum allegandam & diligentiam testandam esse, prætendunt Brunnem. *in proceſſ. civili c. 28. n. 44.* Besold. *de appellat. c. 10. §. 4.* Lyncker *in Analect. lib. 49. tit. 4.* in fatali introducendæ & prosequendæ appellationis mitius cum paupere agendum esse concedunt, Besold. *d. l.* Brunnem. *cent. 5. dec. 47.* Gail. *lib. 1. obs. 142. n. 5.* Mynsinger *cent. 4. obs. 97.* cum ut plurimum hic sumtus necessarii & advocati ex officio constituendi sint.

§. IV.

TERTIO videndum, an acta intra 30. dies à tempore latæ sententiæ, requisita sint Ord. Dicast. *p. 2. t. 4.* J. P. W. *p. 1. tit. 67.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 34. th. 79. & 80.* Winter. *de assess. p. 2. c. 6. n. 17. & seqq.* B. D. Lauterbach *in differ. Jur. Civ. & Wurtemb. p. 1. th. 77.* quod si enim acta vel plane non *Nro. 932.* vel non intra 30. dies petita *Nro. 467. & 634.* apud Dn. Hæberlin, cadit appellatio. Ita quoque A. 1744. den 15. Septembr. in causa Appell. von Stuttgardt, Grempenfortin, N. contra Nagel, T. ob non petita acta non devolutoria sententia lata, licèt judex sponte sua scribæ terminum ad confectionem actorum præstituerit, juxta J. P. W. *p. 1. t. 62.* Hofgerichts-Ordn. *p. 2. tit. 5. §. 1.* ibi: so bald der N. die Gerichts-Acten begehrt. Quia acta pro forma petenda, & terminus ad describendum tunc demum præfigendus, si acta debite requisita, in quo differt Jus Würtembergicum à Recess. Imper. qui triginta dies actorum petendorum, à tempore

inter-

interpositæ appellationis, numerandos volunt. Ord. Camer. *p. 2. t. 31.* Recess. Imp *de A. 1570. §. 74. & de A. 1654. §. 55.* B. D. Lauterbach *in Colleg. practico §. 3. & 4. ad tit. de libell. dimiss.* Et si acta statim in appellatione simul petita, tunc sufficit hoc, sive appellatio coram toto judicio, sive præfecto & Actuario, sive præfecto & Scabino aliquo, sive coram actuario & Scabino, sive coram duobus Scabinis, qui sententiæ publicationi interfuerunt, facta, hocque modo simul acta petita. Ord. Dicast. *p. 2. t. 4. §. 2.* J.P.W. *p. 1. t. 61.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 95. cum seqq.* Quod si verò petitio Actorum in appellatione omissa & post interpositam appellationem, demum, illa rogantur, tunc, coram toto judicio primæ instantiæ, vel præfecto & Scabino, qui sententiæ publicationi interfuit, id fieri debet, Ordin. Dicast. *p. 2. t. 4. §. 2.* J. P. W. *p. 1. t. 61. §.* welcher. vel præfecto & Actuario, uti judicatum in Dicasterio A. 1612. testante Besoldo *ad J. P. W. p. 1. th. 110.* Uti Anno 1747. den 16. Septembr. acta post appellationem coram actuario, qui simul præfectus, & duobus scabinis petita. Hocque etiam obtinet, si appellatio coram Notario & testibus vel coram duobus testibus intra decendium interposita, & actorum petitio omissa, tunc enim petitio actorum postmodum coram toto judicio vel Præfecto & Scabino, qui sententiæ publicationi interfuit, itidem alio tempore separatim facienda, cum in allegatis textibus Juris nostri Provincialis generaliter & absque limitatione, exceptione

aut

aut restrictione, hæc forma petitioni actorum præscripta & per particulas, als oben vermeldt, immassen erst gehört, omnes casus in J. P. W. *p. 1. t. 58.* §. wann aber. & Ordin. Dicast. *p. 1. t. 3. §. 1. & 2.* recensiti includantur. Quod si autem coram Notario & testibus vel coram duobus privatis honestis tamen viris appellatio facta & acta simul petita, tunc Besoldus *ad J. P. W. p. 1. tb 98.* hanc privatam actorum petitionem sufficientem reputat, modo in libello appellatorio actorum mentio facta & illa simul petita; sed errat talisque appellatio ob non petita acta à judice pro deserta habenda est, quia 1) in J. P. W. nullibi privata actorum petitio in appellatione coram Notario vel honestis viris uno licet tempore facta, pro sufficienti declarata est; manet igitur hic casus omissus sub jure communi & regula illa, quod acta à judice prioris instantiæ petenda sint R. J. *de A. 1654. §. 61.* Ordinat. Cam. *p. 2. tit. 31. pr.* Roding *in Pandect. Cam. lib. 1. tit. 25. n. 2.* Blum *in Process. Cam. tit. 51. §. 1. & 5.* ubi cautelæ loco instrumentum Notarii desuper conficiendum commendat, eoque magis quod 2) Ordinatio Dicast. *p. 2. t. 4. §. 2.* sine distinctione, an acta simul vel postea petita, in casu si appellatio coram Notario vel honestis viris facta, generaliter exigat, ut acta à judice vel Præfecto & Scabino, qui sententiæ publicationi interfuit, petantur, ita ut hæc dispositio generalis, generaliter quoque exaudienda veniat, arg. *L. 8. de public. in rem act.* adde 3) quod in allegata *§. 2.* hic casus privatæ appellationis, cum altero, si

acta

acta non simul & statim cum appellatione interposita, æquiparetur, ubi judicialis requisitio actorum fieri debet & privata itidem excluditur, æquiparatorum autem semder eadem dispositio esse debet, maxime cum 4) inter hos duos casus, an in appellatione privata acta statim cum appellatione vel ex post facto demum petita, nulla subsit differentia arg. *L. 32. ad L. Aquil.* Et denique 5) quod in J. P. W. *p. 1. t. 61.* & Ordin. Dicast. *p. 2. t. 4. §. 2.* tali casu actorum petitio Protocollo judiciali inserenda & in actis consignanda sit; id quod apte & authentice fieri nequit, si appellatio coram honestis viris, inscio judice, actuario & Scabinis facta, conf. Nostra Disp. cui titulus: *Dodecas thes. & diff. J. C. & W.* §. 5. ubi latius hæc sententia defenditur. Ita A. 1745. den 27. Septembr. in causa Appell. von Ludwigsburg in der Hölderischen Creditor-Sache, non devolutoria lata, quia dubium erat, an scheda appellationis ab N. cum curatore subscripta & in qua acta simul petita, ad judicium vel duos viros directa, & alio tempore subsecutum, & à duobus viris cum Substituto jurato subscriptum, ac in der Stadtschreiberey extrajudicialiter confectum testimonium expresse in se continebat, quod N. coram duobus viris honestis appellare voluerit, id quod substitutus, qui scrisit hoc testimonium, ceu testis communis, jurato confirmavit, non attenta exceptione, quod hi viri simul erant Scabini & sententiæ publicationi interfuere, & quod substitutus intra 30. dies absque mandato Nt. & in ejus absentia solum-

lummodo ad notitiam schedas in judicio sponte sua produxerit, maxime cum causa principalis fundamento destituebatur. Similiter eodem A. den 29. Septembr. in causa Appellat. von Brackenheim, Wagner, contra Gebhardt appellatio rejecta fuit, quia post appellationem judicialiter interpositam acta postea extrajudicialiter & separatim in der Stadtschreiberey & quidem eorum traditio in originali, petita sed hæc scheda post lapsum 30 dierum demum in judicio reproducta fuit. Apostoli tamen non amplius ex necessitate petendi, quia in Jure Provinc. Würtemb. *p. 1. t. 61. t. 65.* §. nemlich der *Appellant. & tit. 78.* §. wann aber *& seqq.* & Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 1. & seqq.* ubi forma Appellationis præscribitur & quando Appellatio pro deserta habenda, nulla fit mentio Apostolorum, ita ut in Ord. Dicast. *p. 2. tit. 4. §. 1. & 2.* saltem incidenter fiat illorum narratio; particula quoque alternativa, oder, ibi occurrat. Besold *in thesaur. pract. voc.* oder & quia in Camera Imperiali, quod Jus in dubio sequitur Dicasterium, itidem non necessarii sunt. Ord. Cameral. *p. 2. t. 30.* §. 2. Besold. *de appell. c. 8.* §. *7. p. 367.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico* §. *4. ad tit. π. de libell. dimiss.* Mevius *p. 1. dec. 36.* Et in hunc modum sæpius in Dicasterio judicatum in Causa Appell. von Maulbronn, zwischen Bartheln Hellmann, Beklagten Appellanten, contra Johann Wißmann, Klägern Appellaten, A. 1682. den 4. Septembr. nec non den 1. Jun. A. 1714. in Causa Appell. von Göppingen, Bernhard Geigers, Klägers Appellanten, contra Jacob Walthern,

thern, Beklagten Appellaten, & den 13. Maji A. 1716. in Causa Appell. von Backnang, Hanns Georg Dautels von Steinbach, Klägers Appellanten, contra dessen Geschwistrigt, Beklagten Appellaten, confer. *Nro. 333. 1112. & 1166.* apud Hæberlin. & consentiunt Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 79.* B. D. Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 77.* ut plurimum tamen petuntur &, ad evitandas controversias, melius est, si petantur, instanter instantius & instantissime, vor das erste, andere und dritte mahl, fleißig, fleißiger und zum allerfleißigsten. Bocer *Cl. 6. D. 34. th. 80.* Uti quoque in fine Actorum reverentiales ut plurimum hisce verbis annectuntur: Daß der interponirten Appellation, zu unterthänigsten Ehren Ihro Hochfürstl. Durchleucht, unsers Gnädigsten Fürsten und Herrns, und dessen Hochlöbl. Hof-Gerichts seye deferiret, und dieses, statt Apostolorum Reverentialium, ertheilet worden. Minus caute enim refutatorii Apostoli dantur, si de injustitia appellationis non plene constet, cum nihilominus pro justitia causæ judicari queat. Uti factum, A. 1722. den 8. Maji, ubi appellans, non obstantibus Apostolis refutatoriis, sententiam victricem obtinuit. Quod si tamen soli Apostoli testimoniales petiti, non vero acta, non sufficit, ut decisum in causa Appell. von Bayhingen den 14. Decembr. A. 1625. & A. 1704. den 3. Martii *Nro. 887.* apud Hæberlin. vel si petiit copiam Sententiæ, Abschrifft von der Urthel, utpote quæ saltem pars postrema actorum, uti judicatum A. 1696. den 7. Septemb. & A. 1701.

den 25. Febr. Secus tamen videtur esse, si petiit Abschrifft von der Handlung, oder vom Protocoll juxta sententiam *Nro. 795.* apud Dn. Hæberlin & vi Ord Dicast. *p. 2. t. 4. §. 2.* ibi: Wo er auch dasselbig mit Worten: daraus seine Meynung gnugsam zu vernehmen, begehren wird. Si acta semel petita, & ex justa causa imploretur pro sistenda expeditione actorum, ad certum temporis spatium, eo ipso appellationi nullum præjudicium fit, neque tacita renunciatio exinde colligi potest, omnis tamen fraus & malitia abesse debet. vid. §. 20.

§. V.

Hac occasione judicibus & maxime Actuariis notandum venit, quod Acta primæ instantiæ sint ex necessitate edenda, intra arbitrarium spatium, quod à judice est præfigendum Actuario Ordin. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 1.* J. P. W. *p. 1. tit. 62.* Rescriptum Generale Ducale de A. 1699. Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 81.* B. D. Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 78.* Non enim expectandæ sunt literæ compulsoriales, cum in Dicasterio Würtembergico processus appellationis non decernantur, uti in Supremis Imperii Judiciis, aliisque Blum. *in processu Camer. tit. 44. usque ad t. 55.* Roding *in Π. Cameral. lib. 1. tit. 19. usque ad tit. 32.* Brevicul. prax. Imper. Aulic. *tit. 44. usque ad tit. 46. & 53.* Sed Judices primæ instantiæ appellationi interpositæ in honorem summi Dicasterii statim deferre actaque edere debeant, neque subditos minis aut mulcta, ab usu appellationis, deterrere possint,

possint, prout graviter & juri communi conformiter *L. 21. Cod. de appellat* Ziegler *in Dicastice concl. 51. §. 2.* in Rescripto Generali de A. 1699. sancitum. Dn. Hochstetter *in Extract der General-Rescript. pag. 36.* Quo facto, citatio suo tempore emanat & deinde causa appellationis in Dicasterio tractatur, prout latius in toto opere explicatum. Acta autem integra, non manca, conficienda, aliàs propriis sumtibus Actuarius illa supplere & parti omne damnum propterea vel, ob moram, resarcire debet, salva pœna fiscali, & conceduntur compulsoriales, uti factum A. 1690. den 2. Septembr. apud Hæberlin. *Nro. 540.* J. P. W. *p. 1. t. 62. §.* da auch ꝛc. *& t. 71.* Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 1. & 12.* Blum. *in proceff. Camer. tit. 51. n. 17.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 111.* Bocer. *Class. 6. Disp. 34. th. 84.* uti in Dicasterio A. 1680. den 17. Martii in causa Appell. von Fehlbach, des Herrn von Bubenhoven, Klägern Appellanten, contra Johann Jacob Vogts Wittib, Beklagten Appellaten, judicatum & Scriba judicii in pœnam 10. florenorum condemnatus &, ut Acta suis sumtibus suppleat, & *Nro. 70.* apud Hæberlin A. 1672. porrò conscripta esse debent accurate, ita ut facile à quopiam legi possint Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 8.* J. P. W. *p. 1. tit. 62.* Rescriptum Generale de A. 1699. den 1. Novemb. paginas quoque numeratas Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 9.* & acta compacta esse oportet, ut eò melius allegari queant. Rescript. Gener. de Anno 1699. Hochstetter *in Extract der General-Rescript. pag. 39.* singulæ quoque paginæ contineant 23. lineas &

quælibet linea, 12. Syllabas, hincque taxa Actorum in fine adscribenda J. P. W. *p. 1. t. 6. fol. 43. & seqq.* Ord. Dicast. *p. 2. t. 5. §. 7. & 8. t. 6.* Rescriptum Generale de A. 1699. Interdum tamen, si Appellans pauper, Judici primæ instantiæ, per Rescriptum Ducale injungitur, ut Acta in originali, ad sumtus evitandos, ad Dicasterium mittat, uti sæpius observatum scimus. Et tunc acta compacta, & una serie numerata esse debent, in einer Serie durch numerirt und auf allen Seiten paginirt, juncto directorio vi Rescripti Ducalis de A. 1741. §. 3. vom 6. Jun, *Extract General-Rescript fol. 39. & Contin.* oder 2ten Theil *fol. 18. & 19.* neque exceptio tunc attendenda, quod acta à judice non petita sint intra 30. dies, cum ob paupertatem acta judicialia in originali petita & obtenta sint, juxta sententiam *Nro. 917.* allegatam apud Hæberlin. Hinc A. 1721. den 8. Septemb. in causa Appell. von Backnang, Maria Catharina Schallerin A. N. contra Joh. Georg Bürnern R. T. acta expresse à judice non erant petita, sed dictum, sie wolle noch zur Zeit die Ausfertigung der Acten reservirt haben, sed tamen intra 30. dies acta in originali in Cancellaria petita & ob paupertatem obtenta; hinc, cum insuper concurrebat infans: appellatio admissa; Dann wer von seinem Gnädigsten Fürsten und Herrn selbsten die Acten in Originali bittet, von dem kan nicht wohl gesagt werden, daß er die Acten nicht begehret; vielmehr, daß er eo ipso solche verlanget. Tutius tamen est, si acta à judice petantur, cum suspensione expeditionis, &

deinde

deinde in Cancellaria actorum originalium ex traditio submissime imploretur. Sic porrò omnes consortes nominibus propriis exprimendi & enumerandi, & locus domicilii & præfecturæ addendus, item an pupilli & minorennes, vel fœminæ vel aliæ sub curatela existentes personæ adsint nec ne? ut ità à Secretario citatio rite adornari queat, neque feriæ, ob non rectè factam legitimationem, fiant J. P. W. *p. 1. t. 62.* §. und wolle ꝛc. Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 2. & 3.* ubi additur, quod interdum Schema genealogicum addendum. Recess. Imp. *de A. 1654.* §. wann es ꝛc. 51. Appellans semper præponendus & deinde demum appellatus nominandus Dn. Hochstetter *Extract* Fürstl. *General-Rescript. pag. 38* Similiter annus, mensis, dies juridicarum, sententiæ & appellationis, & quinam judices sententiæ publicationi interfuerunt, imò hora quoque adjicienda, ut de fatalibus appellationis nullum dubium oriri queat, an intra decendium appellatum, intra 30. dies Acta petita, & intra 20. dies insinuata J. P. W. *p. 1. t. 62.* §. neben solchen Ord. Dicast. *p. 2. t. 5. §. 6. & 11.* Blum. *in Proceff. Camer. tit. 51. n. 19.* Neque omittendum, à quo, coram quo, & quomodo appellatio interposita, & an gratias egerit & sententiam acceptaverit nec ne? J. P. W. *p. 1. t. 62.* §. neben solchen ꝛc. Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 11.* Insuper actis inserendum, quo tempore denuntiatio facta. J. P. W. *p. 1. t. 62.* §. da auch. Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 10. 11. & 13.* & commination addenda; Acta, sub pœna desertionis, intra 20. dies Dicasterio præsentanda & ibidem in-

sinuanda sunt. J. P. W. *p. 1. t. 62.* §. da auch & *p. 1. t. 63. in fine.* Ord. Dicast. *p. 2. t. 5. §. 13.* Hinc quæritur, si talis avisatio omissa, num pars culpam in judicem vel scribam conferre possit, & restitutionem obtinere? id quod magis negat, Besoldus *ad J. P. W. p. 1. th. 113.* sed tamen actionem concedit contra illum, qui suo officio non satisfecit, quæ sententia ex eo probabilis reddi videtur, quia sub pœna Judici in J. P. W. *p. 1. t. 67. in fine.* hoc injunctum legitur vid. Vinn. *lib. 1. quæst. select. 1.* & idem, ratione triginta dierum, intra quas acta requirenda, ibidem statutum reperitur, quod rarò in praxi fit, sed passim strenue negligitur. In causa tamen Appellationis, von Buelach, Michel Rentschlers von Simmersfeld, Beklagten Appellanten, contra die Gemeind Oberweiler Calwer Amts, Kläger Appellaten, non obstantibus exceptionibus, contra formalia, causa A. 1706. den 20. Jan. acceptata fuit, ubi à Sententia den 5. Septembr. A. 1704. publicata, den 13. Septembr. ad Serenissimi Domini Ducis Judicium superius Tubingense an des Durchl. Fürsten und Herrns, Hertzogs in Würtemberg Hochlöbl. Ober-Gericht nacher Tübingen, fuit appellatum, & statim den 16. Septembris acta vel verius copia Protocolli, plane informiter confecta, nempe absque Sigillo, denuntiatione, comminatione & ad nullum judicem insuper directa appellanti data, qui tamen den 16. Octobr. denuò petiit, ut Acta in forma consueta ad Dicasterium expediantur, & deinde den 18. Octobr. 1704. ipsi denuntiatio facta &

Acta

Acta den 27. Octobr. Dicasterio præsentata, cui inscripta erant. confer. *Nro. 934.* apud Hæberlin. Sin in judicio concursus universali ab uno vel altero creditore saltem appellatum; tunc acta non integre sed quoad passus saltem concernentes sunt describenda & expedienda Dn. Hochstetter *in Contin.* des *Extracts* der Fürstl. *General-Rescript. pag. 19.*

§. VI.

QUARTO attendendum, an intra 20. dies à die denuntiationis, acta aperta, non clausa. v. Mevius *p. 1. dec. 255.* (secus ac in summis Dicasteriis juris Recess. Imp. *de A. 1654. §. 62.* Blum *in Processu Camer. tit. 51. §. 28.* Roding. *in π. Cam. lib. 1. tit. 25. §. 29.* ubi clausa, prævia inrotulatione in præsentia partium facta, edenda sunt, sub pœna arbitraria) sint producta & Dicasterio insinuata vel si illud non convocatum, in Cancellaria Secretario Dicasterii vel Substituto ejus, vel in ejus absentia, alii Secretario vel Registratori tradita, Ord. Dicaster. *p. 2. tit. 5. §. 13. & tit. 6.* J. P. W. *p. 1. tit. 63.* Winter. *de Assess. p. 2. c. 6. n. 19.* neque sufficit, si Assessori oblata & insinuata, uti judicatum den 24. Martii Anno 1660. B. D. Lauterbach *in differ. J. C. & W. p. 1. th. 79.* conf. Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 113.* ubi præjudicium adducit de A. 1618. ubi appellatio admissa, licet Acta in absentia Secretarii Dicast. Consiliario Regiminis in sua domo insinuata & ab eo recepisse datum, ubi fortassis aliæ circumstantiæ intervenerunt. Aliàs appellatio, ob omissam insinuationem actorum intra 20. dies, pro deserta

pronuntiatur, teſtante ſententia de Anno 1677. *Nro. 184.* apud Dn. Hæberlin. ſed A. 1725. den 18. Septembr. in cauſa Appell. von Ludwigsburg, pcto concurſus creditorum, plures creditores & conſortes appellarunt, ſed acta non niſi ab uno cum ſportulis porrecta, cum tamen omnibus denuntiatio facta; hac exceptione non obſtante, appellatio, auch ſo viel die mit Ntin betrifft, admiſſa fuit, quia unus litis conſors pro alio appellat, ergo quoque acta porrigere valet. conf. *§. 18.* & quia de judicio concurſus univerſali quæſtio hic ſubeſt, quod omnibus creditoribus commune Bardili *Diſp. de judicio concurſ. univerſali. th. 65. ſqq.* Hocque tempus currit à die & hora inſinuatæ denuntiationis Bocer *Cl. 6. Diſp. 34. th. 87.* & B. D. Lauterb. *p. 1. th. 79.* neque à judice neque à partibus extendi poteſt, Bocer *Cl. 6. Diſp. 34. th. 82.* Beſold *ad J. P. W. p. 1. th. 113.* & quidem Sportulæ, Einleg-Geld, juxta taxam modernam à 3. fl. 29 kr. loco antiquorum duorum florenorum, J. P. W. *p. 1. tit. 63. pr.* ſimul ſunt ſolvendæ, quamvis omiſſio ſolutionis ſportularum non faciat deſertam appellationem, ſi modo, ante prælectionem Actorum, offerantur, Ord. Dicaſt. *p. 2. t. 6. §. 2. & p. 3. t. 4. §. 2.* J. P. W. *p. 1. t. 66. §.* wann eine Parthie. Et ita judicatum ſæpius in Dicaſterio & noviter A. 1714. den 1. Jun. Imò ſi partes pauperes ſunt, immunes manent à ſolutione Sportularum Ord. Dicaſt. *p. 1. t. fin. p. 42. & p. 2. t. 5. §. 14.* J. P. W. *p. 1. t. 62. §.* und wo. uti judicatum in Dicaſterio den 20. Septembr. A. 1712, & den 7. Jul. A. 1714. in cauſa Appellat.

von

von Kirchheim des Weißgerber-Handwercks zu Stuttgardt, Beklagten Appellanten, contra Hans Kernern von Heydesheim, Churfürstl. Pfältzischer Herrschafft. D. Stryk. *in Disp. de juram. paupertatis c. 4. n. 3.* Mevius *p. 8. dec. 83.* Et si paupertas, per Attestatum Magistratus, docetur, vel alias notoria est, tunc per Secretarium monentur & manu stipulata, loco juramenti, illam confirmant, uti judicatum in causa Appell. von Backnang, zwischen der Freysingischen Wittib und ihren Kindern, contra die Großische Wittib und Kinder, A. 1713. den 20. Septembr. Imò interdum asseveratio quoque. loco juramenti, ob paupertatem plane indubiam remittttur, uti factum den 7. Julii, A. 1714. Pro arbitrio igitur Dicasterii & pro re nata & concurrentibus circumstantiis, interdum ad juramentum paupertatis admittuntur, uti observatum in sententiis Dicast. *No. 664. 799.* & *825.* interdum promissioni, loco juramenti, relinquuntur *Nro. 1108.* apud Dn. Hæberlin. Et A. 1721. den 3. Septembr. in causa Appell. von Backnang, Michel Eisenmann N. contra gesammte Creditores in Actis benannt, T. T. exceptio non factæ solutionis sportularum, ob notoriam paupertatem, haud attenta, cum in genere solutio sportularum & taxa vix ad formam appellationis spectet, neque sub vitio nullitatis appellationis requiratur, J. P. W. *p. 1. t. 63.* Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. §. 13.*

§. VII.

QUINTO Judex ad quem itidem intra 30. dies, & quidem Archigrammateo nominandus est, Ordin. Dicast. *p. 2. tit. 3. §. 3.* J. P. W. *p. 1. t. 58. §.* es ist auch gnug ꝛc. contra quos claros textus frustra dissentiunt, Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 69.* & Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 98.* & ita judicatum in Dicasterio den 16. Decembr. 1618. in Causa Appell. von Hoheneck ꝛc. sed A. 1723. den 26. April judex competens saltem erat nominatus, & petitum, die Acten an die Fürstl. Hofgerichts-Expedition zu fertigen, id quod sufficiens reputatum & dehinc appellatio admissa, & in hoc iterum differentia se prodit à jure communi, ubi judex ad quem sub pœna desertionis, non est nominandus D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 3. appell.* Quia tamen in Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 3.* expressio judicis ad quem, tunc demum necessaria dicitur, si plures judices competentes Appellationis sunt, hisce verbis: zum Fall er mehr, als einen Ober-Richter haben sollte; ideò concludi potest, quòd, si Dicasterium unicus est judex competens, hæc nominatio Judicis benè omitti queat; cum particula: zum Fall: conditionem importet, eaque deficiente ipsa quoque juris dispositio deficiat B. D. Harpprecht *in Resp. 98. n. 64. cum seqq.* Facit huc, quòd in J. P. W. sufficiat, si quis simpliciter dicat, appello, Ordin. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 2.* & J. P. W. *p. 1. t. 58. §.* es ist auch gnug. Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 69.* neque inter causas desertionis, omissa nominatio judicis

cis ad quem referatur in J. P. W. *p. 1. tit. 56.* §. nemlich der *Appellat.* Quia igitur etiam de Jure communi nominatio judicis ad quem non necessaria est, ideò eò minus differentia hæc extendenda, sed potius Jus Würtemb. ad Juris civilis dispositionem, quoad fieri potest, reducendum, & quò minus differat, explicandum videtur, B. D. Lauterbach *Exerc. 1. Concl. For. 2.* In quem fere modum in Dicasterio in Causa Appell. von Bietigheim, Simon Judä Schuhmachers, Klägers Appellanten, contra Christian Eßlingern Kieffer, Beklagten Appellaten, Anno 1686. den 6. Septembr. judicatum *Nro. 442.* apud Hæberlin. ubi, sine expressione Judicis ad quem, appellatum, & ab Archi-Grammateò requisito, ut Schedam Appellationis in forma consueta conficiat, judicis nominatio omissa, J. P. W. *p. 1. t. 63. Rubric.* Warnung ꝛc. postea autem ad Consilium Regiminis res delata; sed ibi ad Dicasterii decisionem remissa erat. Quia autem Judex intermedius, in causa hac, aream & sterquilinium concernente, deficiebat, ideo admissa fuit appellatio. Vix tamen nominatio fieri potest à tertio, sine mandato, uti decisum in Dicasterio den 6. Decembr. 1618. in Causa Appell. von Hohenecf. Tutior & receptior quoque sententia omnibus appellantibus commendanda est, ut Judicem ad quem exprimant. add. Besold *de appellat. c. 4. §. 17. pag. 209.* ubi casum proponit, si partes diversa nominaverint judicia & appellaverint, & defendit, quod acta ad Dicasterium dirigenda sint, hisce verbis: ist dem Unter-Gericht, die

Acten

Acten an das Hof-Gericht zu fertigen, obgelegen.

§. VIII.

SEXTO computandum, an summa sit appellabilis, nimirum 50. florenos efficiat, Ord. Dicast. *p. 2. t. 2. §. 5.* J. P. W. *p. 1. t. 59. §.* aber von Sachen ꝛc. Winter *de assess. p. 2. c. 6. n. 25.* quæ olim juxta Ord. Dicast. de A. 1587. den 16. Jun. *p. 2. t. 2. §.* die Sachen non nisi 25. flor. erat. Alias ob summam deficientem 50. floren. appellationes rejiciuntur, prout plures sententiæ Dicasteriales sub *Nro. 431. 461. 777. 982. 1053. 1062. 1115. 1131.* aliæque testantur & A. 1723. den 26. April denuo ita judicatum. In quo iterum differentiam deprehendimus à jure communi, utpote quod à Summa quacunque majori s. minori appellationem admittit *L. 20. Cod. & C. 11. x. de appell.* Bocer *Cl. 6. d. 34. th. 24.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 75.* D. Grass *in Praxi antiqua moderna c. 14. §. 17. de act. petit. & possessor.* & quidem respiciendum est ad peritionem actoris, in prima instantia factam, non verò quatenus in sententia gravatus Ord. Dicast. *p. 2. t. 2. §. 5.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 2. th. 50.* Besold. *in Disp. de nullit. th. 78.* uti judicatum *in Nro. 487.* conformiter Juri Civili *L. 19. §. 1. de Jurisdict.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 25.* Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 106.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 75. & in Colleg. theor. practico §. 7. de appell. recip.* Mevius *p. 3. dec. 359.* sed in Camera Imper. uxta Commune Decretum, attenditur saltem

summa

ſumma, in qua appellans per ſententiam à qua gravatus Receſſ. Imper. noviſſ. *de A. 1654. §. 108.* Blum. *in Proceſſ. Cameral. t. 49. n. 10.* Roding. *in π. Cameral. Lib. 1. tit. 20. n. 59.* D. D Schweder *in Jur. Publ. Part. ſpec. ſect. 1. c. 13. n. 12.* D. Ludovici *in Diſp. de ſumma appell. §. 40. & ſeqq.* uti judicatum A. 1685. den 17. Septembr. in Dicaſterio in cauſa Appell. von Wildberg, Chriſtoph Caſpar Herbſten, Vorbeklagten Nachklägern Appellanten, contra Georg Zieglern, Vorklägern Nachbeklagten Appellaten *Nro. 431.* apud Hæberlin. & appellans, ob notoriam ſummam inappellabilem, in pœnam 10. flor. & refuſionem expenſarum, condemnatus & carceri inſuper mancipatus per diem. Excluduntur tamen intereſſe & uſuræ, utpote quæ, ad ſummam 50. florenorum efficiendam, minimè computantur. Ita judicatum in cauſa appellationis von Stuttgardt, zwiſchen Hanns Jacob Roſen, contra Gall, Zollern von Mundelsheim, A. 1712. den 19. Septembr. *Nro. 1107.* quia ſortis, Haupt-Sache, ſit mentio in Ord. Dicaſt. *p. 2. t. 2. §. 6.* J. P. W. *p. 1. tit. 70. §. Item ſo & p. 1. t. 59. in rubrica* Plebſt *ad J. P. W. p. 1. th. 139.* Beſold. *de appellat. c. 7. §. 2.* B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 75.* uti in judicio Imp. Aulico juxta Uffenbach *de jud. Imp. Aulico c. 10. ſubſ. 2. p. 107.* de Jure Camerali legi poſſunt Blum. *in Proceſſ. Cameral. tit. 46. num. 13.* Roding. *in π. Cameral. lib. 1. tit. 20. n. 43. cum ſqq.* Dn. à Ludolph *in jur. Camer. ſect. 1. §. 13. fol. 171.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. pract. §. 8. ad tit. π. de appell. recip.* D. Schweder *in jur. publico ſect. 1.*

c. 13.

c. 13. part. spec. n. 12. D. Stryk in usu moderno §. 13. ad tit. π. à quibus appell. non licet. Neque expensæ possunt conjungi, ad summam appellabilem efficiendam Besold ad J. P. W. p. 1. th. 107. & de appellat. c. 7. §. 2. c. 1. §. 29. nec non in Disp. de nullitat. th. 81. ubi in Causa Appellat. von Marpach den 19. Novembr. A. 1628. ita judicatum esse testatur, Blum. in Proceſſ. Cameral. tit. 46. n. 13. neque interesse Textor ad Recess. noviss. Disp. 11. th. 31. neque fructus Mevius p. 7. dec. 303. Quod si tamen expensæ & fructus summam 50. florenorum per se efficiant, & ita causa expensarum & fructuum per se appellabilis sit, tunc utique admitti debet, Besold ad J. P. W. p. 1. th. 107. Bocer Cl. 6. Disp. 30. th. 62. cum sqq. Mevius p. 7. dec. 303. D. Ludovici in Disp. de summa appell. th. 45. Textor d. l. D. Stryk in usu moderno §. 13. ad tit. π. à quibus appell. non licet. videatur Mevius p. 3. dec. 83. & 188. & Brunnem. ad L. fin. num. 11. de appell. recip. ubi notant, quod interdum in causa per se inappellabili, ob incidens punctum, appellatio concedi possit.

§. IX.

Et an diversæ summæ, ad fundandam jurisdictionem Dicasterii, conjungi queant, quæritur? & affirmatur, modo ex eadem causa & actione descendant & eadem sententia quis sit condemnatus, secus, si alia atque alia actione diversæ summæ, ex diversis causis obligationis, debeantur, ac quis in illas diversis & separatis sententiis condemnatus sit, L. 10. §. 1. de appellat.

L. 11.

L. 11. de jurisdict. L. 9. §. fin. de pact. Besold *de appellat. c. 7. §. 2. p. 278. & ad J.P.W. p. 1. th. 102. & in Disp. de nullit. th. 82.* ubi dicit, quod ita aliquoties & cumprimis A. 1618. den 9. Novembr. in Dicasterio judicatum sit, in Causa Appellationis von Rosenfeldt, ubi plures litis consortes & quivis, certam sibi rogavit adjudicari summam, nulla tamen ad fundandam jurisdictionem ad summam 50. florenorum adstrictam, sufficiebat, sed Titius v. g. viginti & Cajus triginta petebat, hinc appellatio & conjunctio summarum non admissa fuit, D. Schweder *in jur. publ. part. spec. sect. 1. c. 13. n. 12.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 8. de appell. recipiend.* & D. Stryk *in usu moderno §. 1. ad tit. ff. à quibus appell. licet.* Blum. *in Proces. Cam. tit. 46. §. 11.* Et ita Causa Appell. Stuttg. Balthas Pfitzers, Appellanten, contra Johann Jacob Bayhen, Appellaten, A. 1680. den 9. Martii, *Nro. 259.* apud Hæberlin. ubi appellans à quinque sententiis, diversis temporibus latis, appellavit, & trium sententiarum summa non fuit appellabilis, ex eo fuit, admissa, quia judicium familiæ herciscundæ universale erat institutum & causa concernebat judicium divisorium, Theilungs-Strittigkeit. *L. 25. §. 7. & seqq. L. 45. famil. herciscund.* Joh. Voëtius *in tract. de famil. herciscund. c. 1. n. 12.* Cùm igitur omnes hæ lites ad unicum illud judicium spectaverint & in unum Inventarium referendæ fuerint, sicque finaliter in calculatione unam summam constituerint, ideò, pro conjunctione summarum, judicatum, & causa in scriptis à duobus mensibus ad duos menses tractata

ctata est, confer. Gail. *lib. 1. obs. 123.* Mynsinger *cent. 5. obs. 83.* Mevius *p. 8. dec. 106.* Neque tamen Summa con- & reconventionis conjungi possunt, sed quælibet Summa 50. florenorum constituere debet, ut à Sententia in con- & reconventione lata appellatio locum habere possit; aliàs sive con- s. reconventionis summa non appellabilis, appellatio eatenus non admittitur, Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 104.* ubi A. 1616. ita judicatum esse testatur, confer. *Nro. 1036.* ubi reconventio rejecta, & conventio retenta. Alia quæstio est, an, ob rejectam reconventionem, quis appellare queat, licèt de cætero summa reconventionis non sit appellabilis? id quod Mev. *p. 3. dec. 131.* & D. Ludovici *in Disp. de Summa appellabili* §. 51. ex eo affirmant, quia talis à communi juris beneficio & commodo reconventionis excluditur, in cujus privationis iniquitate majus damnum, & incommodum esse potest, quam in ipsa lite, ita ut non tam ad quantitatem petitam, quàm ad detrimentum respici debeat. Sin autem dubitetur, an summa sit adpellabilis nec ne? tunc appellans, loco juramenti, debet Summam appellabilem affirmare & se malle carere dicta summa 50. florenorum, quàm ab appellatione interposita desistere Ord. Dicast. *p. 1. t. fin. p. 36. & p. 2. t. 2. §. 6.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 28.* B. D. Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 75.* Et ita judicatum in causa Appellat. Stuttg. A. 1709. den 20. Febr. Hanns Georg und Jacob die Degischer, Beklagten Appellanten, contra Jacob Ferbern, Kläger Appellaten, Saltzburgern und

Beyst-

Beysitzern *Nr. 991. & 992.* apud Hæberlin & A. 1722. den 8. Maji, & per procuratorem den 3. Junii asseveratio facta. In Camera tamen Imperiali requiritur juramentum corporale Concept. Cammer-Gerichts-Ordnung, *t. 31. §. 8.* Blum *in Process. Cameral. tit. 46. n. 14.*

§. X.

Hæc tamen, quæ hactenus diximus de summa appellabili, restringuntur ad res, quæ communem æstimationem hominum recipiunt, sed in rebus, quæ, pro affectione, æstimantur, hæc summa minimè attenditur; sed indistinctè appellatio recipitur, quales sunt causæ honorum, servitutum, Lauterb. *Vol. 2. Conf. 156. n. 6.* jurisdictionum, retractus, cènsus, & annuorum redituum irredimibilium & perpetuorum, decimarum, aliorumque jurium Ord. Dicast. *p. 2. tit. 2. §. 7.* J. P. W *p. 1. t. 59. §.* aber von Sachen. Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 139.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 27.* Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 106. & de appellat. cap. 7 §. 2. p. 280.* B. D. Lauterbach *in Differ. Jur. Commun & Würtemb. p. 1. th. 75.* prout etiam in Camera Imperiali juris est Ord. Cameral. *p. 2. t. 28* §. und sonderlich setzen. *Concept.* Cammer-Gerichts-Ordn. *p. 2. tit. 31. §. 6. & 7.* Recess. Imp. *de A. 1570. §. 67.* Deput. *de A. 1600. §. 14.* Recess. Imp. *de A. 1654. §. 11.* Commun. Decret. *de A. 1603.* Blum. *in Process. Camer. tit. 46. n. 45. & seqq.* Roding. *in Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 20. §. 35. cum seqq.* Lauterbach *§. 9. de appell. recip.* in redimibilibus & reluitivis annuis reditibus exi-

gitur summa 50. floren. Ego *in Dodecad. thes. & differ. J. C. & W. th. 4.* cum nihil contrarii in Jure Würtemb. hic dispositum, hincque dispositio juris communis potius attendenda, neque de Jure Camerali aliud statutum, sed summa appellabilis hic requiratur Blum *in Proceſſ. Cam. tit. 46. n. 48.* Roding *in π. Camer. lib. 1. tit. 20. n. 39.* D. Graſs *in Collat. Jur. Civil. Rom. cum Receſſ. & Ordinat. Imp. Germ. p. 2. ſect. 7. §. 2.* Sed exinde oritur difficultas, an verba, in Jure Würtembergico occurrentia; welche Ehr und Geführ antreffen: ita generaliter exaudienda sint, ut non saltem in actione recantatoria, sed etiam in actione æstimatoria, summa appellabilis non debeat adesse, id quod affirmat expresse Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 106. & de appell. c. 7. §. 2. p. 280.* uti quoque Plebst *J. P. W. p. 1. th. 131.* & Bocer *Cl. 6. Disp 34. th. 27.* in genere causas injuriarum, vel quæ honorem concernunt, inter exceptas, referunt, hæcque sententia etiam ex dictis Mevii *p. 3. dec. 235. & p. 4. dec. 46.* confirmatur, ubi ob damnum famæ, quod accedit, causam appellabilem fieri tradit, licet summa appellabilis deficiat. B. D. Lauterbachius verò *in differ. J. C. & W. p. 1. th. 75.* verba hæc germanica ad actionem recantatoriam sive ad palinodiam magis restringere, & de illa solum interpretari videtur, conf. *Nro. 822.* apud Dn. Hæberlin & *Nro 431.* dum illam solam ibidem recenseat, cùm & alia Jura statutaria ex jure communi declaranda & restringenda sint, ita ut, quoad ejus fieri possit, juri communi & camerali sint conformia *c. 8. x. de consuet.* Gail. *lib. 1. obs. 50.*

obs. 50. *n.* 8. Carpz. *p.* 3. *Const.* 2. *Def. For.* 10. *n.* 5. & 6. Berlich *p.* 3. *concl* 24. *n.* 9. Neque ignotum sit, quod in Camera Imperiali diversum obtineat & in actione æstimatoria summa appellabilis requiratur, & in actione recantatoria saltem aliud receptum sit in Communi Decreto *de Anno* 1603. Blum. *in Proceſſ. Cam. t.* 46. *n.* 42. Roding. *in π. Camer. lib.* 1. *t.* 20. *§.* 32. & 33. D. D. Schweder *in Jur. Publ. Part. ſpec. ſect.* 1. *c.* 13. *n.* 12. Dn. Stryk. *in uſu moderno §.* 15. *à quibus appell. non licet.* Lauterbach *§.* 9. *de appell. recip.* ubi præjudicium de A. 1698. refert Dn. à Ludolph *in Jure cam. pag.* 203. D. Ludovici *in Diſp. de Summa appell.* §. 30. conf. Uffenbach *de Judic. Imper. aulico c.* 10. *ſect.* 2. *ſubſ.* 2. *p.* 107.

§. XI.

Porrò quæstio movetur, an in casu, si de re immobili agatur; hæc summa 50. florenorum itidem necessaria sit? & res decidenda est ex verbis occurrentibus in J. P. W. *p.* 1. *t.* 70. §. aber von Sachen. ibi: Wie auch von allen Sachen, welche Ehr und Geführ, Dienstbarkeiten, Grund-Boden-Urbar-Lehen- oder sonsten ohnablösige Zinß: Item Losungen und dergleichen Gerechtigkeiten berühren, & in Ord. Dicast. *p.* 2. *t.* 2. *§.* 6. ibi: ausgenommen Sachen, so Ehr und Geführ, Grund, Boden, Urbar und Lehen, oder sonst ohnablösige Zinß, Ehehafftinen, oder Dienstbarkeiten, Item Losungen und dergleichen Gerechtsame belangen. Si quis forsan verba: Grund, Boden: separatim & divisim accipere velit, nullo habito

respectu ad sequens vocabulum, census, Zinß: maximè, cùm in Ord. Dicast. per comma, hæc vocabula inter se disjuncta sint, tunc sane dicendum videtur, quod propter quamcunque rem immobilem, minimi licèt pretii, appellatio locum habeat; sed sane hæc sententia, prout nobis videtur, de jure omni destituta est fundamento, nam 1) in Jure Provinciali Würtemb. hæc vocabula, Grund, Boden, Urbar, Lehen oder sonst unablößige Zinß; cum duabus lineolis, connectuntur, ità ut exinde clare appareat, quòd unum vocabulum, cum vocabulo census, Zins, constituant, & nihil aliud importent, quàm Grund-Zinß, Boden-Zinß, Urbar-Zinß, Lehen-Zinß, idque eò magis, quia 2) sequens locutio: oder sonst unablößige Zinß: eandem significationem exposcit, quod nempe præcedentia quoque vocabula de censu intelligi debeant, cùm aliàs dici non potuisset, quod idem obtinere debeat, in aliis censibus irredimilibus, & particula, vel, aut, inter æqualia frequenter ponitur & expositive pro, i. e. capitur, Barbosa *de dict. usu frequent. dict. aut, vel.* Besold *voc.* oder. Strauch. *in Lexic. particularum juris iisdem vocibus.* Et cùm 3) eadem hæc verba, Grund-Boden-oder Urbar-Zinß in J. P. W. *p. 2. t. 9. p. 268. & tit. 16. §.* ob wir gleichwohlen. *pag. 288. & p. 1. tit. 8. §.* was aber. & Ord. Provinciali *tit. 16. pag. 34.* in hoc sensu nostro occurrant, & in Ordinat. Provinciali itidem per comma, in Jure verò Provinciali, per colon distincta sint: in sensu verò diviso & disjuncto, ex adverso tamen adducto, nullibi in Juribus Wür-

tembergicis sumatur; ideò eò facilius nostra interpretatio præferenda erit, quia aliàs 4) exinde, si verbum: Lehen, separatim accipiendum foret, sequeretur, quod in nullo feudo summa appellabilis requiratur, cùm tamen feùdum improprium etiam in re mobili & hodie moribus nostris in pecunia consistere queat D. Strykii *Exam. Jur. Feud. c. 4. q. 21. & 23.* D. D. Majer *in Commentar. jur. Feud. c. 11. §. 1. & 2.* Et 5) verbum, Urbar; distinctum per comma, à verbo: Lehen; itidem nullum sensum haberet, nisi adderetur vox census; Urbar-Zinß: J. P. W. *p. 2. t. 9 & tit. 16. pag. 268. & 288.* neque enim pro Urbario hic loci sumi posset, uti alias in J. P. W. *p. 1. t. 34. pag. 130.* Besold *ad J. P. W. part. 1. th 69.* accipitur. Sic 6) servitutes, retractus, aliaque jura frustra & superflue ibidem exciperentur, quia retractus de Jure Würtembergico regulariter non nisi in rebus immobilibus locum habet. Struv. *Ex. 23. th. 61.* Bocer *Cl. 3. Disp. 22. th. 18.* Besold *ad J. P. W. p. 2. th. 73.* B. D. Frommann *in Delineat. Jur. Retractus Würtemb. c. 8. th. 55.* Paul Voëtius *de natura mob. & immobil. c. 20. §. 5.* & servitutes reales saltem rebus immobilibus inhærent *§. 3. J. L. 1. §. 1. commun. præd. ibique* DDres, & sic jam, pro rebus immobilibus, juris fictione, habentur Gail *lib. 2. Obs. 11. n. 11.* Berlich *p. 3. Concl. 30. n. 25.* uti annui reditus maximè irredimibiles & perpetui latè B. D. D. Harpprecht *in Consil. nov. 16. n. 662. cum seqq. n. 634.* addendum 7) quod Jus Camerale itidem in rebus immobilibus summam appellabilem exigat, *Observ. Cam.*

Marilian. 47 quia generaliter & sine distinctione inter res mobiles & immobiles, summam appellabilem exigit, *arg. L. 8. de public. in rem act. L. 1. §. 1. de legat. præstand.* & inter exceptas causas in Ordin. Cameral. *de A. 1521. art. 24. §. 1.* Recess. Imp. *de A. 1570. §. 66. & 67. & de A. 1555. t. 28. §. 4.* D. Ludovici *in Disp. de Summa appell. §. 30. & 49.* nullibi referatur, ità ut exceptio firmet regulam in contrarium *L. 12. §. 43. de instructo vel instrum. leg.* B. D. Harpprecht *Consil nov. 16. n. 875. & seqq.* quia verò in dubio Dicasterium sequitur Jus Camerale, ergò nec hic differentia statuenda. Recess. Imper. *de A. 1654. §.* Es sollen auch. *137.* B. D. Harpprecht *C. nov. 57. n. 43. & seqq.* maximè cum 8) insuper omnes commentatores Würtembergici cum nostra sententia conspirent, utpote qui omnes, nempe Plebst, Besoldus, Bocerus & B. D. Lauterbachius, in locis jam allegatis, hæc verba de annuis reditibus & censibus perpetuis & irredimibilibus accipiunt, neque verbum de rebus immobilibus addunt. Uti quoque 9) Jus antiquum Würtembergicum de A. 1555. & 1591. res immobiles nullibi inter exceptas referat, sed saltem hæc verba ibi extent: die Sachen betreffen dann Ehr und Geführ, Ehehafftinen, Dienstbarkeiten und andere dergleichen Sachen. Denique 10) cujuslibet dijudicationi relinquimus, an honorificum & proficuum sit, si, ob rem immobilem minimi pretii v. g. aliquot florenorum, appellatio ad Summum Dicasterium majoribus sumtibus concederetur? cum hoc seculo litigioso lites potius restringendæ quàm ex-

ten-

tendendæ. Non tamen sustinemus, omne prudentis Judicis arbitrium excludere. Quid si enim Appellans juratò asseveret, se malle carere summa quinquaginta florenorum, quàm ab appellatione interposita, propter multas rationes commoditatis, securitatis aliasque desistere? Juxta §. 9. Hoc sanè in casu fortassis æstimationi vulgari non ita stricte inhærendum, sed affectioni rationabili aliquid dandum erit. Quid denique, sub vocabulo Ehehafftinen, intelligatur, dubitari potest, Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 130.* jura universitatis vel jurisdictionalia, omnesque Doctores Würtembergici supra citati, de juribus & jurisdictionalibus eo ipso explicare videntur, cùm nullam aliam significationem adjiciant, & cum in Jure Provinciali hæc vocula explicata non extet, & in Ordinatione Dicasteriali & J. P. W. *p. 1. tit. 1. pr.* cum voce, Dienstbarkeiten, per particulam, vel, conjungatur, Ehehafftinen oder Dienstbarkeiten, ideò non aberrare is videtur, qui, pro servitutibus aliisque juribus & jurisdictionalibus, aliisque huc pertinentibus explicet, cum Besoldo *in C. 4. n. 37. & C. 118. n. 30. nec non in thesaur. practico voc.* Ehehafften. D. Stryk. *in Disp. de impedim. legal. c. 1. n. 39. usque ad n. 44.* Knipschild *de civit. Imp. lib. 2. c. 5. n. 164.* Hic addendum, quod novum Rescriptum Ducale vom 12. Martii A. 1740. textus J. P. W. *p. 1. tit. 59.* §. aber von Sachen, & Ord. Dicaster. *p. 2. tit. 11.* §. 7. authentice ita interpretetur, quod in rebus immobilibus summa 50. florenorum similiter necessaria sit, nisi peculiare pretium affectionis

concurrat, & ratione pretii dubium adsit, ubi juramentum in litem affectionis, prævia causæ cognitione, coram judice à quo præstandum, & deinde causa in Dicasterio prosequenda, Hochstetter *in Continuat. Extracts Rescript. General. pag. 17. & 18.*

§. XII.

SEPTIMO appellatio semper facienda est ad superiorem judicem *L. 1. §. 3. L. 21. §. 1. de appell. c. 3. de appell. in 6to Nov. 23. c. 4.* hinc à majore ad minorem, vel à pari ad parem vel abuno ad eundem, nulliter appellatur *L. 4. de recept. qui arbitr. L. 13. §. 4. ad St. Trebell.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 1.* & Dn. Stryk *in usu moderno §. 8. ad tit. π. quis & à quo appell.* Ayrer *in Proceſſ. jurid. Historico p. 1. c. 4. Obs. 4. n. 14. usque ad n. 19.* Taddel *Disp. Rostoch. de appell. ad parem.* & si quis v. g. in Ducatu Würtembergico ad judicem Appellationis minorem Stuttgard. vel Tubingensem ex errore appellavit, cum tamen causa ad Dicasterium pertineret, sane hic error, ob lapsum fatalium, nocet Brunnem. *ad L. 1. n. 8. quis & à quo appell.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 68.* Besold *de appell. c. 4. §. 1. & 3.* Et ita in Dicasterio in causa Appell. von Göppingen, zwischen Hanns Caspar Brodhagen, Appellanten, contra Johann Philipp Lutzen & N. N. Lauppen, Appellaten, A. 1680. den 6. Martii appellatio, pro non devoluta, pronuntiata, quia ad judicium superius Stuttgardt, Stadt-Ober-Gericht, ex errore appellatum, &, post lapsum fatalium,

nova

nova appellatio ad Dicasterium interposita, *Nro. 256.* apud Hæberlin. Et similiter in causa Appell. von Vayhingen in der Reichenbacher und Wildischen Güther-Verkauffs-Strittigkeit A. 1712. den 13. Septembr. ità judicatum & appellatio rejecta. *Nro. 1102.* Et in causa Appellat. von Weilheim, Kirchheimer-Amts, Leonhard Weßingern, Beklagten Appellanten, contra Hanns Georg Kurtzen, Klägern Appellaten, ad Dicasterium primum appellatum, deinde renuntiatum huic appellationi, & ad judicium superius Tubingense, post quinque dies denuò appellatum, & acta quoque ipsi ad insinuationem jam data erant, soluto, pro conscriptione, condigno pretio; cum post mensem Acta ad Dicasterium noviter conficienda desideraret; ideò A. 1687 den 6. Jun. in sententia *Nro. 474.* apud Hæberlin. hæc appellatio, pro non devoluta, declarata est, quia errorem in electione judicis inferioris Tubingensis commissum, elapso decendio, corrigere, sicque variare non potuit Besold *de Appell. c. 8. §. 2. p. 341.* D. Stryk *in Disp. de impugnat. facti propr. c. 5. n. 102.* Idem A. 1627 den 21. Novembr. in Causa Appell. von Böblingen, fuit decisum, quod, si quis ad minorem Judicem appellaverit, cùm debuisset ad superiorem appellare, post decendium autem hunc errorem correxerit, appellatio non recipienda sit. E contra, si ad majorem vel parem Judicem appellatio interposita, tunc error non nocet, sed causa ad competentem judicem est mittenda *L. 1. §. 3. L. 21. de appell.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 69.* ubi A. 1591. ita decisum dicit,

in Dicasterio, & A. 1610. den 19. Jun. causa von Rosenfeldt zwischen Anna Hellerin, contra den Flecken Feuchtingen, da von einem Untergang an das Hof-Gericht appellirt worden, ad judicem intermedium remissa fuit. Sed quæritur, si à judicio infimo, ad medium aliquod civitatense informiter appellatum, & judex id non observans definitivè judicavit in causa principali, reformando sententiam priorem, à qua ad Dicasterium appellatum, & ibidem defectus formalium, per advocatorum solertiam, indagatus, an sententia illa reformata sustineri possit & debeat? id quod negandum, quia intermedius judex, qui nullam jurisdictionem, ex defectu formalium, habuit, non potuit sententiam corrigere & parti victrici jus ex prima sententia quæsitum, per suam oscitantiam, auferre *L. fin. de pact. L. 11. de reg. jur.* Et licèt eo ipso, quo contra formalia nihil oppositum, huic juri renuntiatum censeatur, tamen ex illa ratione, quòd nemo juri suo in dubio renuntiasse, neque jurisdictionem prorogasse præsumatur; vid. *c. 1. §. 9.* potius ex errore & ignorantia omissio exceptionum contra formalia, facta censetur, maximè cùm, parte quoque non opponente, appellatio ex officio deserta pronuntianda sit, si defectus ex actis appareat Ord. Dicast *p. 3. t. 3. §. fin.* & *tit. 21. §. fin.* latè Winterus *de assess p. 2. c. 6. n. 9. cum seqq.* ubi addit, sæpius ita in Dicasterio judicatum esse, hoc modo: Daß vom Richter nächst-vorhergehender Instanz nichtiglich (ob defectum scilicet jurisdictionis) geurthelt, und

daß

daß es bey der ersten Urthel des Richters zu N. verbleiben solle.

§. XIII.

Octavo appellatio fieri debet, gradatim ad judicem proximè superiorem, non verò per saltum & omisso intermedio Judice *L. 21. § 1. de judic. L. 25. ff. L. 32. Cod. c. 66 de appell.* Wildvogel, Strauss & Böhmer *in Disp. de appellat per saltum.* add. D. Schweder *in Consil. 32. n. 37. seqq. Vol. I.* ubi de Jure Würtemb. agit. Nisi quod hæc regula plures patiatur limitationes recensitas à D. Lauterbachio *in Colleg. theor. practico §. 3. ad tit. π. quis & à quo appell.* B. D. Bardili *Exerc. 39. Concl. For. 2.* Brunnemanno *in Proceſſ Civil. c. 28. n. 41.* & de Jure Würtembergico, si sententia à judicio pagi lata, in arbitrio partium est positum, an statim ad Dicasterium, an verò prius ad judicium civitatis præfecturalis, ordentlich Stadt-Gericht, appellare velint Ord. Dicaster. *p. 2. t. 3. §. 4. & J. P. W. p. 1. t. 59. §.* aber von Sachen, qui emendandus, & post verba: Item Losungen und dergleichen Gerechtsame berühren soll: hæc omissa supplenda: denen Parthien, von denen am Dorff-Gericht ergangenen Urtheln entweder an das ordentliche Stadt-Gericht, oder gleich an unser Hof-Gericht zu appelliren frey stehen: von Urtheilen aber, so in solchen Sachen an unsern Stadt-Gerichten ergangen, soll gleich an unser Hof-Gericht appellirt werden; also daß ꝛc. ꝛc. notante B. D. Frommanno *in delin. retract. Wurtemb. §. 94.* Et ita accipiendus Besold.

de

de appellat. c. 4. §. 14. fol. 200. & §. 17. fol. 209. Et ita sæpius observatum est in Dicasterio Anno 1680. von Degerloch *Nro. 257. & 258.* A. 1682. von Gomaringen *Nro. 355.* A. 1683. von Plieningen *Nro. 357.* apud Hæberlin. & den 8. Septembr. A. 1711. causæ appellat. von Nufringen, Herrenberger Amts, nec non A. 1706. den 27. Jan. von Mundelsheim, in Dicasterio ventilatæ, *Nro. 939. & 1058.* vid. *c. 1. §. 28.*

§. XIV.

NONO causa debet quoque ita comparata esse, ut de Jure Würtembergico & communi, utpote ad quod se Jus Würtemb. refert, per se appellabilis, neque in iis appellatio prohibita sit Ord. Dicast. *p. 2. t. 2. §. 2.* Sic jurisdictio Dicasterialis 1) saltem fundata est in causis civilibus, non criminalibus, utpote in quibus de Jure Würtemb. omnis exulat appellatio Ord. Dicast. *p. 2. t. 2. §. 1.* J. P. W. *p. 1. t. 56.* §. daß von erkannter & *t. 70.* §. von *Malefiz.* Winter *de assess. p. 2. c. 6. n. 16.* adeò ut nec ab interlocutoria in casu incidenti, appellatio in causis criminalibus valide fieri queat, Besold *de appell. c. 7. §. 4. p. 290. & 291.* hincque in Dicasterio provocatio ab interlocutoria juramentum calumniæ imponente facta A. 1660. in causa criminali recte rejecta fuit, ne scilicet hæ lites nimis diu protraherentur & sæpe morte, fuga vel aliis intervenientibus, delicta manerent impunita, testante B. D. Lauterbachio *in differ. J. C. & W. p. 1. th. 83. & in differ. quoad causas crim. §. 18.* prout quoque

que cessat appellatio in mulctis & pœnis sive à judice s. à lege impositis, Frevel, Bussen und Straffen, Ord. Dicaster. *p. 2. t. 2. §. 4.* J. P. W. *p. 1. t. 65. & 70.* id quod Besoldus *ad J. P. W. p. 1. th. 117.* ad omnes mulctas & ad illos quoque centum solidos extendit, qui, vigore privilegiorum Academ. infliguntur illis, qui Studiosum dolose lædunt, Besold *in Disp. ad J. P. W. & aliquot. Ord. Wurtemb. in fine adject. n. 48. pag. 187.* D. Schweder *Vol. 1. Cons. 8. n. 23. seqq.* limitatur tamen hæc sententia, si mulctæ & pœnæ pecuniariæ causæ principali appellabili sunt immixtæ, ab eaque dependent, tunc enim sistitur executio pœnæ & causa in Dicasterio deciditur, quæ sententia deinde executioni traditur Plebst *ad J. P W. p. 1. th. 134.* Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 10. & 11.* & B. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. p. 1. th. 83.* Et ita A. 1704. pœna legalis à 20. floren. wegen Friedbruchs Ord. Provinc. Würtemb. *tit. 92. §. 4.* simul est dictata in *Nro. 842.* apud Dn. Hæberlin. Et in hoc recedit Ord. Dicast. à jure civili, utpote quod in criminalibus *L. 1. L. 6. §. 3. L. 12. L. 14. L. 29. L. 30. C. de appell. L. 6. C. de Episcop. audient.* & mulctis *L. 244. de V. S. L. 25. C. de appell.* non denegat appellationem, late D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 3. 4. & 5. ad tit. π. de appell. recip.* D. Stryk *in usu moderno §. 6. 7. & 8.* & Joh. Voëtius *n. 9. & seqq. de appell.* B. D. Frommann *in differ. de act. civ. & crim. in actu exercito §. 75.* D. Ludovici *in Disp. de Summa appellab. §. 31.*

§. XV.

§. XV.

2) Causæ fiscales Cameram reditum, Cammer-Guth, concernentes, itidem sine expresso mandato recipi nequeunt, Ord. Dicast. *p. 2. t. 2. §. 3.* conf. *L. 3. L. 4. L. fin. C. de appell. recip.* Mevius *p. 1. dec. 107. & p. 3. dec. 149.* D. Lauterbach *§ 13. de appell. recip.* & Dn. Stryk *in usu moderno §. 17. à quibus appell. non licet & §. 2. de appell. recip.* 3) Si quis ex *L. fin. C. de Edict. Divi Hadr. toll.* vi testamenti, vitio visibili carentis, in possessionem immissus, tunc itidem cessat appellatio J. P. W. *p. 1. t. 70.* §. ebenmäßig. Mev. *p. 2. dec. 282. & p. 9. dec. 134.* Brunnem. *ad L. 1. n. 6. & 7. quorum bonorum. & L. 1. C. ibidem* Dn. à Lyncker *Resol. 442.* uti in genere in possessorio summariissimo, quoad effectum suspensivum, appellationem denegant D. Grass *in Praxi antiquo moderna de act. petitor & possessor c. 14. sect. 2. §. 16. pag. 50.* Nostra *Dec. 154. num. 3. seqq.* 4) de Jure Civili à sententia arbitri compromissarii appellatio interdicta *L. 1. C. de recept. arbitr. ibique* Brunnem. arg. *L. 3. C. de jurisdict. omn. judic.* D. Lauterbach *in Tract. Synopt. n. 39. de arbitr. compromiss.* neque reductio ad boni viri arbitrium peti potest *L. 27. §. 2. de recept. qui arbitr.* J. P. W. *p. 1. t. 70.* §. vom Ausspruch. ubi tamen limitatur, in casu enormissimæ læsionis Plebst *ad I. P. W. p. 1. th. 136.* Besold *p. 1. th. 126.* & D. Lauterbach *in differ. I. C. & W. th. 84.* quod in Camera quoque Imperiali obtinet Recess. Imp *de Anno 1594. §. 65. & 66.* D. Ludovici *in Disp. de effect.*

&

& oblig. land. §. 43. sed tamen non nisi intra decendium peti potest Blum in Process. Camerali tit. 58. n. 4. Roding in π. Camer. lib. 1. tit. 35. §. 8. n. 15. & 16. Author brevicul. prax. Imper. Aulici t. 50. §. 1. & hoc de Jure Würtembergico etiam statutum & approbatum censetur, quia inter causas inappellabiles refertur, ubi appellatio locum non habet, vi rubricæ J. P. W. p. 1. tit. 70. & ita A. 1701. den 15. Septembr. judicatum & appellatio denegata in Nro. 807. apud Hæberlin. ergò à contrario sensu sequi videtur, quod in casu enormissimæ læsionis, locum habeat appellatio, sicque A. 1718. den 31. Maji in Causa Appellat. von Waiblingen, Dieterich Becken, contra Anna Catharina Häußlin adm ssa appellatio, ob querelam enormissimæ læsionis: imò si planè in judicem ordinarium hodie compromissum vid. c. 7. & 10. x. de arbitr. J. P. W. p. 1. t. 8. §. im Fall aber. utique appellandum est, & eo magis obtinet Mevius p. 1. dec. 98. D. Ludovici Disp. de effectu & oblig. land. §. 19. Schilter Exerc. 12. th. 2. B. D. Lauterbach in Tract. Synoptica de arbitris compromiss. §. 21. de cætero in arbitramentis intra 30. annos reductio peti potest Blum t. 58. n. 4. & 11. Roding. lib. 1. t. 35. §. 2. 13. & 17. Fabricius ad Gail. enucleat. lib. 1. obs. 148. & 150. D. Ludovici in dict. Disp. th. 47. 5) omnes reliquæ causæ, in quibus de Jure Civili exulat appellatio, huc spectant, de quibus D. Lauterb. aliique ad tit. de appell. recip. late agunt, conf. disp. Altorff. de A. 1702. de Sentent. inappellabilib. per tot. Stryk Disp. 6. de appell. illicita Vol. I. Disp. Hall.

§. XVI.

§. XVI.

DECIMO appellatio à Sententia definitiva & interlocutoria mixta est saltem permissa in Ordin. Dicaster. *p. 2. t. 2. §. 1.* J. P. W. *p. 1. t. 65.* §. daß von einer ꝛc. *tit. 69. §.* die Bey- und Vor-Urtheln ꝛc. *& tit. 70. Item* da ꝛc. quæ nempe damnum irreparabile continet, vel vim sententiæ definitivæ habet. Uti Causa Appellat. von Nürtingen ꝛc. Johann Beurlin, Beklagten Appellanten, contra Appollonia Dietmeyern, Klägerin Appellantin, in Dicasterio A. 1685. den 15. Septembr. fuit admissa ab interlocutoria, quæ juramenti judicial. præstationem vel relationem injunxit, post didicita attestata testium, B. D. Harpprecht *in Disp. de appellat. à juramento th. 18.* & insuper contradicebatur, an delatio rite & legitimè facta. *Nr. 428.* apud Hæberlin, vel si probatio alicui in specie injuncta Mev. *p. 2. dec. 295. p. 8. dec. 114.* Stryk *in introduct. ad Prax. For. c. 17.* §. 5. vel articulos & testes admittendos esse pronuntiatum, vel probatio denegata Schöpff. *dec. 208. n. 1. & 2.* Roding. *in π. Camer. lib. 1. tit. 19. n. 29.* Nicol. *in Proceſſ. p. 2. c. 14. n. 5.* non excluso tamen omni judicis arbitrio, si utrique parti, & salvis exceptionibus contra personas & dicta testium, probatio permissa, conf. *dict.* nostra *Dec. n. 2. seqq. & Nro. 186. & 256.* apud Hæberlin, vel si exceptio peremtoria vel litis finitæ rejecta, modo veritas hujus exceptionis sufficienter probetur D. Harpprecht *Consil. nov. 85. n. 3. seqq.* vel reconventio non admissa Mevius

p. 3.

p. 3. dec. 131. Brunnem. *in Proceſſ. Jur. Civil. cap. 10. in fine.* Plures tales interlocutoriæ appellabiles recenſentur ab Authoribus allegatis à Lauterbach §. 2. *de appell. recip.* Ita A. 1745. den 1. Octobr. in cauſa appellationis von Leonberg, Beltlen, contra Jäger, pcto retractus, interlocutoria appellanti, haud attenta exceptione rei judicatæ oppoſita, litis conteſtationem injungens, juxta J. P. W. *p. 1. t. 23. §. fin.* pro ſimplici magis & non appellabili interlocutoria habita, quia prior ſententia retractum ſaltem menſtruum rejecit, ob non rite factam depoſitionem intra menſem; poſtea autem nova oblatio & depoſitio pecuniæ facta, ſicque intra annum vitium prius purgatum, ita ut ratione retractus annalis, ob novam oblationem & depoſitionem, & diverſitatem retractus, exceptio rei judicatæ non potuerit opponi, Beſold *ad J. P. W. p. 2. th. 122.* D. Harppr. *Reſp. 5. n. 147. ſeqq.* ſicque deficiente gravamine & vitio antiquo intra annum purgato, appellatio rejecta. Hinc excluditur 1) executio J. P. W. *part. 1. tit. 70.* §. ſo einer. uti A. 1684. den 10. Aug. appellatio à ſententia nonniſi executionem ſententiæ & rei judicatæ antecedaneæ injungente, rejecta in *No. 382.* apud Hæberlin, niſi ſit irretractabilis & perſonalis Guid. Papæ *dec. 579.* vel judex modum executionis excedat, & v. g. pro modico debito, multo majora pignora diſtrahat, vel in injuriam tertii, citra neceſſitatem, extendat, vel tempus debitum non obſervet, D. Lauterbach *in Calleg. theor. practico §. 1.* & D. Stryk *in uſu moderno §. 1. de appell. recip. & in introduct. ad prax.*

For. c. fin. §. fin. ibique Hertelius *in not.* Mev. *p. 6. dec. 154. p. 8. dec. 426.* vel male interpretatus sententiam *L. 4. §. 1. de appellat.* B. D. Bardili *Exerc. 39. C. F. 4.* vel exceptiones non admiserit in executione admissibiles Mevius *p. 1. dec. 145.* D. D. Majer *in Disp. de execut. sent. in causa civili th. 34.* vel sententia sit nulla D. Lauterbach *dict. loc.* 2) à tribus conformibus sententiis definitivis à diversis judicibus latis non fieri potest ulterior appellatio J. P. W. *p. 1. t. 70. §. Item* so drey gleiche End-Urtheln *L. un. C. ne lic. in un. ead. caus.* ibique Brunnemann Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 1* D. Lauterbach *§. 14. ad tit. π. de appell. recip &* Vol. 3. C. 287. n. 31. *seqq.* D. Schweder *Vol. 1. C. 18. n. 3. seqq.* Mevius *p. 1. dec. 18. p. 7. dec. 308. & 309.* vid. *p. 6. dec. 114.* ubi limitat in notorie injusta & nulla sententia. Et ita judicatum in Dicasterio A. 1665. den 9. Martii & Appellant Hanns Schweitzinger, carceri mancipatus, secus tamen est, si unum laudum Mev. *p. 8. dec. 12* vel transactio accedat *arg. L. 20. Cod. de transact. ibique scribentes*, vel tres sententiæ sint nullæ, quia sententia nulla non est sententia, neque lis dici potest finita, sed tunc nullitas notoria & apparens recte conquassat numerum trium sententiarum *Clem. I. de sentent. & re jud.* Mascard. *de probat. concl. 687. n. 2. cum seqq.* Scaccia *de judic. q. 17. L. 1. n. 55.* Besold *in Disp. de nullitat. th. 15.* Mev. *p. 6. dec. 114.* D. Grass *in Collat. Jur. Rom. cum R. J. p. 2. sect. 7. §. 2. pag. 23.* Wildvogel & Ludovici *in binis Disp. de tribus conform. sentent.* Uti quoque restitutio in integrum contra tres conformes sententia

tentias non denegatur. Brunnem. *ad L. 4. n. 5. Cod. si adversus rem jud. restitut. in integr. postul.* Nostra *Disp. de restitut. restitut. in integr. §. 19.* In Judiciis inprimis Imperii exceptio 3. sententiarum haud attenditur Dn. à Lüdolph *in Jur. Cam. pag. 331.* 3) excluditur simplex & mera interlocutoria, quæ damnum per definitivam vel appellationem reparabile in se continet, vel definitivæ æquiparari nequeat, J. P. W. *part. 1. tit. 70. §. Item* Da. ac vi reliquorum supra allegatorum textuum Plebst. *ad J. P. W. p. 1. th. 123.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 34. th. 19. & seqq.* Besold *de appellat. cap. 7. th. 6. pag. 299.* B. D. Lauterbach *in Diff. I. C. & W. p. 1. th. 81.* Sicuti de jure Würt. & Civili D. Lauterb. *in Colleg. theor. Pract. §. 2. de appell. recip.* ita quoque Jure Camerali Ord. Camer. *p. 2. tit. 28. §. Item* als täglich & *tit. 29.* §. und so von Beyurtheln Blum *in Proc. Camer. tit. 46. n. 4. cum seqq.* Roding *in π. Camer. lib. 1. t. 19. n. 12. cum seqq.* aliisque multis locis D. Stryk *in usu moderno §. 10. ad tit. π. de appellat.* Jacob Friderich Ludovici Einleitung zum *Civil-Proceß c. 33. §. 4.* Et ita in causa Appellat. von Heydenheim, zwischen Sophia Elisabetha Brodhagin, & Conss. Appellantin, contra Anna Margaretha Wochenauerin, Appellatin, A. 1688. den 12. Septembr. *Nro. 524.* appellatio rejecta à sententia, quæ injunxit, ut Appellans bona hæreditaria mobilia ad locum, ubi divisio facienda, deferre debeat, ut separatio bonorum maternorum & paternorum melius fieri queat, maximè cùm absque periculo, tempore pacis, & sine sumptibus, hæc transporta-

tio commode fieri potuerit, quia iter necessarium, ob divisionem bonorum, illuc suscipere debebant, add. Lauterbach *Vol. 3. Cons. 191. n. 67.* Similiter appellatio ab insinuatione contractus petita, sique nullum damnum irreparabile continens A. 1690. rejecta in *Nro. 546.* & in casu, ubi probatio injuncta, ut damnum doceat, ratione juris irrigandi, appellatio tum temporis non admissa, sed hoc punctum ad judicem prioris instantiæ remissum in *Nro. 1038.* apud Dn. Hæberlin. nec à juramento calumniæ impositio appellationem admittit Lyncker *Vol 2. Resp. 150. n. 72.* E contra in Appellat. causa de A. 1725. den 4. Septembr. von Nürtingen Daubenschmidt, contra Lamparter, ab interlocutoria, injungens depositionem judicialem pecuniæ 239. fl. 30. kr. appellatio admissa fuit in Dicasterio, quia 1) ratione usurarum & periculi ac spatii temporis magnum subest præjudicium, & insuper 2) ad dandum condemnatus, ubi locum dant appellationi Bocer *cl. 6. Disp. 31. th. 26. sq.* Titius verò 3) pauper erat, ita ut ob regressum difficilem, gravamen aderat difficulter reparabile, hinc 4) ob depositum judiciale vel sequestrum fine justa causa ex officio injunctum appellationem admittit Mevius *p. 3. dec. 88.* hæcque interlocutoria 5) causam principalem, retractum nempe, simul concernebat & liquidationem injungebat. Et A. 1723. den 17. April interlocutoria permittens ædificationem, sub cautione de demoliendo, pro mixta judicata & appellatio recepta, quia 1) omnis cautio fragilis *L. 5. de susp. tut. L. fin. C. in quibus caus.*

cauſ. reſtit. in integr. neceſſ. non eſt, neque 2) Illa præſtita erat, neque 3) exemplum ullum fere proſtat, ubi ædes iterum deſtructæ, hinc 4) ob magnum & difficulter admodum reparabile præjudicium appellationem concedunt, Beſold *p. 1. th. 123.* Bocer *dict. loc. th. 26.* Nicol. *in Proceſſu p. 2. c. 14. n. 5. exempl. 13.* Roding *in π. Camer. lib. 1. tit. 19. n. 37.* conformiter 5) J. P. W. *p. 1. t. 69.* Hofgerichts-Ordn. *p. 2. t. 2. §. 1.* adde quod 6) cautio non indiſtincte ſed pro arbitrio judicis ſuperioris, qui de eo cognoſcit, demum admittenda, v. g. poſt 3. menſes demum Bardili *in Diſp. de novi oper. nuntiat. §. 40. & 41.* nec in caſu, ubi conſtat de non jure ædificantis, vel periculum ignis ſubeſt Mevius *p. 3. dec. 401. & p. 4. dec. 236.* vel ubi nimia obſcuratio ædium metuenda *L. 10. de S. P. U. L. 30. de uſufr.* Struv. *in Diſp. de ædif. privat. th. 35.* Müller. *ad Struv. Exerc. 39. th. 8, lit o.* Lauterbach *§. 20. de N. O. N.* 4) Nulla appellatione opus eſt, ſi Præfectus, cum duobus Scabinis, cauſam ex æquo & bono extrajudicialiter determinet, cum talis deciſio, Amtlicher Beſcheid, nunquam tranſeat in rem judicatam, ſed ab illa libere etiam poſt decendium, ad totum judicium provocari poſſit, juxta *Reſcriptum Generale de 1699. Nro. 5. in append.* apud Hæberlin. *pag. 25.* Beſold *voc.* Amtlicher Beſcheid, Myler *Hyparchol. c. 8. n. 81.* B. D. D. Harpprecht *in Conſil. 72. n. 10.* & deciſiones der Theil- und Wayſen-Richter, huc quoque potius referat Beſoldus *in Conſil. 252. n. 1. usque ad num. 7.* vid. B. D. Lauterbach *Exerc. 20. Concl. For. 9.* vid. *c. 4. §. 3.* neque deciſa à Commiſſa-

missariis Principis, Land-Vogt-Gericht, vim rei judicatæ & sententiæ habent, secundum *Nr. 985.* sin autem Commissarius à Sereniſſimo cum potestate judiciaria datus esset, secus dicendum, Lauterbach *§. 1. à quibus appellare licet.* Et ita respondit Facultas Juridica Tub. A. 1735. den 4. Jul. nach Stuttgardt, in Rechnung-Sachen Dni B. contra G. 5) In J. P. W. *p. 1. t. 70.* §. desgleichen ꝛc. videtur prohibita esse appellatio, si juramentum, per interlocutoriam injunctum, præstitum, neque quis, ante præstationem juramenti, statim ab interlocutoria appellationem interposuit, sed hic paragraphus à Sereniſſimo, A. 1703. den 21. Jul. in Rescripto *Nro. VI.* apud Dn. Hæberlin *in append.* Dn. Hochstetter *in Extract* Fürstl. *General-Rescript. fol. 42.* ità explicarus fuit, quod nempe à juramento judiciali & voluntario appellatio regulariter prohibita sit; juxta *L. 12. §. 3. C. de R. C. arg. L. 56. de re judic.* Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 67. & 71. de jurejur.* Mev. *p. 1. dec. 147. & p. 3. dec. 47.* adeo ut neque deferens, absque justa causa revocationis, contra proprium factum venire & juramentum per interlocutoriam injunctum revocare, vel ab hac delatione appellare queat, cum judex deferentis voluntatem secutus sit, & ille sibi imputare debeat, cur adversarium judicem & testem in causa propria constituerit; neque ei, cui hoc juramentum judiciale delatum, & à judice impositum, ab hac ipsa sententia appellare integrum est, cum electio ei competat, utrum illud præstare, an verò referre velit *L. 34. §. 6. & 7. L. 38.*

de

de jurejur. & cùm in libera voluntate deferentis positum sit, hoc modo probandi subsidiario, jure suffragante, utendi, minimè injuria eatenus illata dici potest, neque gravamen exinde ad illum redundat, sed de hoc ipso potius gratulari sibi debeat, quod in propria causa judex & testis constitutus sit; quod si autem justa causa revocationis adsit & v. g. ille ordinariam probationem in se suscipere velit, lis coram judice à quo prosequenda & ventilanda, & si judex à quo absque ratione causam rejecerit, appellatio eum in finem permittitur, ut judex secundæ instantiæ cognoscat & judicet, an justa adfuerit recusationis causa an verò non, & an causa recusationis recte rejecta fuerit nec ne? prout late deduxit D. D. Harpprecht *in Disp. de appellat. à jurejur. §. 5. & 6.* add. Grolmann *in Disp. de recusat. judis jur.* Quæ sententia in supra allegato Rescripto Ducali de A. 1703. non solùm approbata legitur, sed etiam in causa appellationis von Bulach, A. 1737. den 16. Septembr. considerata fuit, ubi ille cui juramentum judiciale per interlocutoriam injunctum, appellavit, quæ causæ tamen transactione sopita. In Juramentis verò, purgatorio & suppletorio, aliisque, quæ à judice deferuntur, non saltem à delatis, sed etiam à præstitis sive ab interlocutoria sive à definitiva, appellatio permissa esse debeat, testante praxi Dicasteriali Bocer *Cl. 6. Disp. 18. th. 87.* Besold. *de appell. c. 7. §. 7. & c. 8. §. 2.* B. D. D. Harpprecht *in Disp. de appell. à juramento §. 39. & 40.* Et ita judicatum in Dicasterio, & post præstitum juramentum

purgatorium appellatio admissa, in causa Appellat. von Backnang; Hanns Jacob Hausermanns, Beklagten Appellanten, contra Hanns Michel Wildermuth, & Conss. Klägern Appellaten, den 22. Septembr. A. 1712. & decisa den 21. Maji A. 1718. *Nro. 1201.* & in causa Appell. Vaihingens. Dn. Joh. Dyhlin. Consil. Red. Publ. Bado Badens. & Conss. Klägern Appellanten, contra Hanns Jacob Wilden, Beklagten Appellaten, den 23. Jan. 1704. & decisa den 16. Martii 1708. nisi pars adversa expresse consenserit in delationem juramenti suppletorii vel purgatorii, & ut ei deferatur, ultro & serio flagitaverit, tunc enim degenerat in judiciale juramentum, neque appellatio permittitur, uti in judiciali jurament. cessat Schilter *Exerc. 23. §. 45.* Böhmer *n. 30. de jurejur.* D. Harpprecht *in Disp. de appellat. à juram. §. 24. & 28. & Consil. nov. 27. n. 55. seqq.* Et sic in causa appellationis von Backnang, Michel Pfeuderers R. N. contra Anna Maria Schifferin, A. T. A. 1721. den 9. Septembr. non devolutoria lata, cum condemnat. in expensas à 16. fl. 18. kr. ac ultra consuetam summam 10. flor. pœna 14. fl. insuper addita, quia post juramentum judic. delatum & acceptatum, ac deinde sine justa causa recusatum, appellatio interposita, ita ut ordinaria probatio oblata nullum locum habuerit Carpzov. *p. 1. C. 14. def. 14. & 15.* ac insuper causa principalis nullius erat valoris. Et si quis 6) juramentum calumniæ recusat, habetur reus pro confesso & convicto & actor causa cadit J. P. W. *p. 1. t. 26. §. fin. L. 2. §. 6. & 7. & auth. principales*

les §. 5. C. de jurejur. propter calumn. c. fin. §. 1. x. eodem D. Lauterbach in Tract. Synoptica §. 7. n. 110. de jurament. calumn. neque appellare potest Ayrer. in Processu p. 7. c. 11. obs. 2. pag 343. B. D. Grav. in Disp. de jurejur. propter calumn dando pag. 47. B. D. Harpprecht in Disp. de appellat. à juram. §. 35. ubi limitat. Et ita judicatum A. 1628. den 20. Novembr. in causa von Böblingen, ubi nec ad deductionem nullitatum admissus est testante Besoldo de nullitate th. 285. & An. 1709. den 5. Martii in causa appellat von Marpach, Waldburga Kräfftin, Klägerin Appellantin, contra Leonhard Widen von Poppenweiler, Beklagten Appellaten, idem observatum, Nro. 1005. apud Hæberlin. Notum 7) est, quod sententiæ varii generis sint, Lauterbach §. 3. & seqq. de re jud. sin sententia confirmatoria sive inhæsiva fertur, & à priori sententia non appellatum, sed illa in rem judicatam abiit, L. 1. C. quando provocare non est necesse, nulla datur appellatio, sed prioris confirmatoria sententia est inappellabilis Mevius p. 1. dec. 192. & 193. p 6. dec. 396. Lauterbach §. 14. de appellat. recip. cum confirmatio nihil novi tribuat, sed tenorem prioris sententiæ saltem confirmet, Wildvogel in Disp. de sententia confirmatoria th. 18. seqq. hinc Dn. à Ludolf in Jur. Cam. p. 191. imperitiæ accusat illos, qui à sententia appellare negligunt, & à judice declarationem expectant, & deinde demum à sententia confirmatoria appellare cupiunt, Vol. 8. Consil. Tubing. 13. n. 11. & seqq. & Cons. 68. n. 38. & 39. Quid 8) dicendum sit de declaratoria sententia, disputant

tant inter se Doctores, quod si sententia revera dubia & obscura, ac justa & probabilis causa adsit, petendi declarationem; tunc post lapsum decendium illa peti bene potest, nec fatalia interim currunt, cum per declarationem demum appareat, an gravatus sit nec ne? & ante declarationem subsecutam de eo non constet, neque tamen ignorans se gravatum esse, appellare debet, hincque declarationem legitime petenti exceptio rei judicatæ minimè obstat, *c. 8. de appell. in 6to.* Mevius *p. 1. dec. 109. p. 8. dec. 213.* Lauterbach *§. 8. quando appell.* Luodvici *in Disp. de Jure declarat. c. 3. §. 5. cum seqq.* quod si autem sententia clara, petitio declarationis frivola & inepta, rejicitur, neque hac abutendum ad remorandum processum Mevius *p. 8. dec. 213. in fine* Tutius & securius declaratio sententiæ intra decendium petitur, ne, lapsis fatalibus, lis oriatur Stryk *ad Prax. For. c. 23. §. 2. & in usu moderno §. 14. de appell.* D. Schöpff, *dec. 165. num. 8.* Knorr im 18. Hauptst. des *Processes. §. 2.* add. Mevius *p. 3. dec. 127.*

§. XVII.

UNDECIMO considerandum, an appellatio à tali persona facta, quæ jus habet appellandi, & gravata sit. Hinc 1) qui verè & notoriè, in non veniendo contumax fuit & ad totam causam vel audiendam sententiam definitivam citatus absque omni justa causâ, se subduxit, excluditur à beneficio appellandi, J. P. W. *p. 1. tit. 12.*

§. erst-

§. erstlich. tit. 13. §. ferners. t. 65. §. daß der. & tit. 70. §. Item wann einem ꝛc. D. Lauterbach in Colleg. theor. practico §. 20. de appell. B. D. Bardili Exerc. 39. C. F. 16. D. D. Majer in Disp. de contumacia th. 25. Dn. Stryk in usu moderno §. 78 de interrog. in jur. faciend. & §. 5. de appellat. Dn. Lyncker Resol. 663. Horn in Disp. de contumace non appellante §. 14. Nostra Disp. de Processu in contumac §. 27. Sect. 1. Aliud tamen asserunt de contumacia in non agendo Lauterb. d. §. 20. hinc in L. Diffamari & impositione perpetui silentii appellationem regulariter haud excludunt, Gail. lib. 1. obs. 132. Besold de appellat. c. 6. §. 4. Horn alleg. Disp. §. 22. Grav. Posit. Inaug. de judic. diffamatorio th. 54. hincque in Appellat. von Stuttgardt, pcto diffamationis, ubi perpetuum silentium impositum fuit, causa pcto formalium & materialium ad ulteriorem discussionem in scriptis ablegata A. 1747. den 26. Sept. 2) Qui sponte & constanter, sine errore, confessi sunt, non habent beneficium appellationis J. P. W. p. 1. t. 70. §. als da einer ꝛc. L. 2. C. quorum appell. non recip. c. 3. §. si autem de appell. in 6to. Bocer Cl. 6. Disp. 34. th. 38. B. D. Lauterb. in Disp. de confess. th. 38. & in Colleg. theor. practico §. 18. de confess. & §. 19. de appellat. Idem Jure Würtembergico dicendum, si per testimonia justa & omni exceptione majora vel documenta legitima & fide digna sine contradictione convictus, d. §. als einer ꝛc. Ita appellatio A. 1704. ceu frivola, rejecta, ubi N. per tres testes de injuria convictus fuit & A. 1722. den 20. Maji in Causa

Appell.

Appell. von Grüningen, Hönigs contra Herrn Ostertag,, vitium equi tempore contractus existens per 6. peritos in arte probatum fuit, hinc N. ordinaria pœna affectus, cum refusione expensarum. add. *Nro. 188.* Item A. 1747. den 25. Sept. Causa Appellationis von Bahlingen, Hetzel, contra Thüringerin, pcto injuriarum, rejecta fuit, quia defectus quatuor horarum, ratione decendii, ex actis apparuit, & inculpatio furti ex judiciali & sæpius reiterata confessione probata fuit, sub pœna fiscali & refusione expensarum. Quod si verò confessio dubia vel erronea vel revocata adsit D. Stryk *in usu moderno §. 4. ad tit. π. de appell.* vel legitimæ exceptiones competant, tunc nihilominus appellatio admittitur, vid. Goswinus ab Esbach *ad Carpzov. part. 1. const. 20. def. 13.* Mevius *p. 1. dec. 15. & fin.* Brunnem. *ad L. 4. n. 7. de appell.* B. D. Bardili *Exerc. 39. Concl. For. 4.* vel si extrajudicialis confessio non plene probata J. P. W. *p. 1. tit. 33.* §. Es sollen auch. D. Grass *in Differ. J. C. & W.* §. 2. Nostra *Dec. 33. n. 20.*

§. XVIII.

3) Falsus procurator rectè repellitur, neque appellare potest, Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 100.* ubi ita A. 1617. in Dicasterio judicatum dicit, & An. 1700. *Nro. 769.* nisi ratihabitio intra decendium superveniat Ludovici *in Processu civili c. 28. §. 4.* Mevius *p. 1. dec. 216.* ubi addit, quod Advocatus appellare possit, quod de Jure Wurtemb. minimè

minimè procedit, vid. §. 19. nisi ratihabitio, principalis intra decendium subsequatur, uti judicatum A. 1706. *Nro. 927.* apud Dn. Hæberlin. Lauterbach *§. 12. de appellat. & relat.* Sed verus procurator, cui tota lis commissa, absque domini speciali ratificatione, rectè appellat *L. 17. C. de procurat.* Mevius *p. 1. dec. 216.* B. D. Bardili *Exerc. 39. C. F. 7.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 60. & 67. de procurat. & §. 12. de appell.* Nostra *Dec. 88. n. 5.* licet ei appellatio specialiter non demandata sit, Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. § 8.* J. P. W. *p. 1. tit. 59. §.* so auch ꝛc. vel saltem orale mandatum habeat, sed tamen illud probari possit, Ordin. Dicaster. *p. 2. t. 3. §. 7. & 8.* Uti in Causa Appellat von Stuttgardt, zwischen David Schweitzern, Klägern Appellanten, contra den Pfleger der Armen-Häuser, Beklagten Appellaten, puncto formalium, probatio decreta, & den 9. Jun. 1687. appellatio admissa fuit, quia mandatum orale fuit probatum: & notarius absque testibus, ut mandatarius, itidem appellavit *Nro. 478* apud Dn Hæberlin. & in curia scheda appellationis ritè & legitimè, intra decendium, insinuata fuit. Substitutus procurator quatenus appellare queat, legi potest apud B. D. Lauterbachium *in Disp. de procurat. Substituto c. 3. §. 8. p. 21.* ubi docet, quod procurator, qui litis dominus factus, victus alium substituere possit, ad appellationem interponendam, non verò ad prosequendam, sed eatenus dominum ipsum citandum esse, cùm procurator primæ instantiæ non maneat etiam secundæ dominus, addatur

ejus-

ejusdem *Colleg. theor. practicum* §. 15. *ad tit.* π. *de appell.* Et si procurator duo habeat mandata bonum & mancum & ex manco appellet, non valet appellatio Hondæd. *Consult.* 55. *n.* 82. B. D. Harppr. *in Resp.* 89. *n.* 39. 4) Quasi sive præsumti procuratores itidem appellare possunt, ut consortes litis, nam horum appellatio prodest reliquis, licet neque adhæserint ab uno interpositæ appellationi, neque, eandem, intra decendium, ratihabuerint, cum alter alterius causam ignorantis & inviti benè meliorem facere possit Mevius *p.* 1. *dec.* 88. D. Stryk *in Disp. de commun. appell. c.* 2. & *in usu moderno* §. 2. *ad tit.* π. *de appell.* B. D. Harpprecht *in Continuat. differ. Jur. C.* & *W.* §. 6. ubi præjudicium de A. 1624. adducit. Nostra *dec.* 88. *n.* 4. & *dec.* 154. *n.* 1. & 2. & A. 1696. & 1700. itidem hoc modo pronuntiatum *Nro.* 658. & 778. Et noviter ita judicatum in Dicasterio in causa Appellationis von Sultz, der Guckumusischen Kinder aus erster Ehe, Klägern Appellanten, contra Regina Elisabetha Heerbortin, novercam, ejusque quatuor liberos ex secundo matrimonio A. 1711. den 27. Aug. ubi Joh. Jacob Cucumus, pro se & Affini, Martin Längling, appellavit nec ulla hujus ultimi ratihabitio, intra decendium, interceßit: vel appellationem iterum deseruerint. Mevius *p.* 8. *dec.* 105. *cum seqq.* Dn. Stryk. *in Disp. de commun. appellat. c.* 2. *n.* 64. D. D. Schweder *in Disp. de renunt. appellat.* §. 12. Neque differentia facienda est inter causam dividuam & individuam D. D. Schweder *in Disp. de renunt. appell.* §. 12. & D. Lauterbach *in Colleg. theoret.*

theoret. practic. §. 11. ad tit. II. de appellat. B. D. Bardili *Exerc. 39. C. F 9.* D. Stryk. *in Disp. de jure ex alterius persona permisso citra succeſſ. vel ceſſionem c. 9. n. 113. cum ſeqq. & in Diſp. de commun. appell. c. 2. n. 17. cum ſeqq.* quamvis, ſi cauſa dividua, plura requiſita adeſſe debeant ibi recenſita. Sic conjunctus, pro conjuncto, de jure civili appellat, ita ut, neque mandato neque ratihabitione, indigeat, modò caveat de rato Beſold *de appell. c. 5. §. 10.* Mevius *p. 5. dec. 77.* Brunnem. *ad L. 23. n. 2. de appellat.* Noſtra *dec. 88. n. 1. cum ſeqq.* addatur Mevius *p. 5. dec. 97.* & Manzel *in Diſp. de mandato præſumto c. 4. §. 7.* ubi docent, quod conſortes litis procuratorem dare queant. *c. 4. §. 9.* In Ducatu tamen Würtembergico exigunt ratificationem, intra decendium, ob generalitatem, Ord. Dicaſt. *p. 2. t. 3. §. 5. & 6.* & J. P. W. *p. 1. t. 58.* §. Da aber ein dritter ꝛc. ubi nulla differentia inter conjunctos & alios extraneos fit, ſed indiſtinctè, ſi tertius pro alio appellet, ratificatio neceſſaria dicitur. Et ita ſæpius in Dicaſterio judicatum, teſtantur Beſold. *ad J. P. W. p. 1. th. 99.* & B. D. Bardili *Exerc. 39. C. F. 1.* Et cauſa appellationis von Nagold, zwiſchen Michel Bühlern, & Conſs. Beklagten Appellanten, contra Jacob Brücknern, Klägern Appellaten, A. 1682. den 5. Septembr. *Nro. 335.* apud Hæberlin. in Dicaſterio pro non devoluta, habita, quia maritus ſolus, uxorio nomine, appellavit, neque intra decendium ratihabitio uxoris ſubſecuta, & ita A. 1677. & 1698. judicatum & ratificatio uxoris deſiderata *Nro. 211. & 733.* apud Dn. Hæberlin.

& A. 1726. den 17. Maji. Et licet maritus pro uxore in prima instantia egerit, neque vero cautionem rati præstiterit, tamen appellatio ab eo facta absque uxoris ratihabitione intra decendium subsecuta non valet, uti præjudicia de A. 1675. & 1706. Nro. 162. & 950. docent apud Hæberlin. Quod si tamen maritus cum uxore compareat & simul exhibeat schedam appellationis, licèt uxoris nomen in schedula appellationis non contineatur, neque maritus in lite prioris instantiæ fuerit, tamen hæc appellatio mariti, pro uxore, valida habita fuit in Dicasterio den 25. Novembr. A. 1644. in Causa Appell. Gomer, contra Bachstein: Aliud dicendum insuper dicunt, si conjunctus in priori instantia non saltem egerit, sed etiam cautionem de rato præstiterit, tunc enim, ut instantiæ dominus, appellare & interpositam appellationem prosequi potest, v. B. D. Lauterbach *in Disp. de caut. rati à conjunct. præstari solita th. 37.* Et ita in Dicasterio An. 1624. den 1. Novembr. judicatum testatur B. D. D. Harpprecht *in Continuat. diff. J. C. C. & W. §. 6.* nec non A. 1684. & 1690. Nro. 390. & 544. vel si litis consors est. Nro. 778. apud Hæberlin. Pater quoque, qui filio minorenni in lite assistebat ceu curator legitimus vid. cap. 4. §. 3. pro filio appellare potest, sicuti alii curatores. L. 17. *de procurat.* Lauterb. *§. 60. & 61. de procurat. §. 15. de appell. & ad J. P. W. p. 1. th. 99.* Et ita observatum A. 1721. d. 8. Sept. in causa Appell. von Tuttlingen, Haffa contra Rackin & A. 1727. d. 23. Aug. in causa Appell. von Mercklingen, Friedel contra Strählin.

§. XIX.

§. XIX.

5.) Tertius, pro suo interesse, recte appellat, reluctante quoque principali, neque negotiorum gestor, si ipse alieno nomine condemnatus, pro suo interesse excludendus, *L. 31. §. 2. de N. G. l. 24. de appellat.* Gail. *lib. 1. obs. 70.* Mevius *p. 4. dec. 342. n. 3.* B. D. Bardili *Exerc. 39. concl. For. 13.* & D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico* §. *12. & 13. de appell.* conf. D. Stryk. *in usu moderno §. 3. de appell.* D. D. Schweder *in Disp. de renunt. appell. §. 12.* quod si autem tertius nullum interesse habet, tunc pro alio tunc demum appellat, si intra decendium, ratihabitio domini & quidem coram judice Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 99.* ubi ita judicatum dicit in Dicasterio, subsequatur à die scientiæ, quod sententia contra ratificantem lata sit, Ord. Dicast. *p. 2. t. 3. §. 5. & 6.* J. P. W. *p. 1. t. 58. §.* da aber ꝛc. uti judicatum A. 1672. apud Dn. Hæberlin, *Nro. 34.* & A. 1682. *Nro. 335.* Bardili *Exerc. 39. concl. For. 1.* conformiter juri civili *L. 23. §. 2. de appell. recip. arg. L. 24. rem rat. hab.* Carpzov. *lib. 3. Resp. 109. num. 20.* Mevius *p. 2. dec. 216. n. 13.* sed tamen interpositam appellationem non prosequitur, sine expresso mandato, Mevius *p. 5. dec. 78. n. 1. & 2.* B. D. D. Harppprecht *in contin. Differ. J. C. & W. §. 6.* Eædem tamen solennitates, quæ requiruntur ad appellationem, necessariæ quoque sunt ad ratificationem, cum revera nova sit appellatio ex nunc, hinc intra decendium fieri debet, Herold *de jure ratificat. p. 473. n. 4. seqq. & pag. 481. n. 4.* Neque Curator solus

mulieris recte appellat, cum absque ea nihil peragere possit, per dicta in *c. 4. §. 7.* nisi intra decendium ratihabitio accedat B. D. Bardili *in Disp. de ratihabit. th. 12. & 15. & de curat. ad litem th. 15. & th. 51. & 68.* & ita judicatum in Dicasterio A. 1684. den 20. Aug. in causa Appell. von Urach, Elisabetha Schmidtlerin, Appellantin, contra Maria Reutterin, Appellatin, cum curatore. An verò fœmina sola absque curatore appellet? affirmant Wibel *de contract. mulier c. 3. §. 8. n. 15. & c. 4. n. 96. cum seqq.* Bodinus *in Disp. de his, quæ mulier Saxon. valide agit citra curat. sect. 2. th. 6.* Reinhart *Disp. de fœmin. Saxon. negot. absque curat. validis §. 25* cum suam conditionem ita meliorem reddat, & appellatio actus magis extrajudicialis sit, quamvis tamen diffitendum non sit, quod, ob appellationem frivolam, puniri & in expensas condemnari queat, & per litis contestationem quasi contractus in judicio contrahatur, ubi iterum curator necessarius, ac insuper notoria & certa, non dubia & ab incerto eventu dependens utilitas adesse debeat, ut fœmina atque curatore agere & se obligare valeat, Wibel *d. tr. c. 4. n. 92.* quæ rationes in judiciali appellatione fortius stringunt, cum fœmina in judicio absque curatore plane nihil perficere queat, neque personam standi in judicio habeat Bardili *Disp. de curat. ad litem th. 53. 60. & 64.* Hinc in causa Appellat. von Stuttgardt. Herrn K. contra Herrn B. A. 1726. den 13. Jun. non devolutoria sententia lata, quia mulier absque curatore judicialiter constituto in judicio appellavit; licet

licet antea acceperit curatorem, ceu minorennis, sed tempore latæ sententiæ erat majorennis & 27. annos nata, hinc curatela ob ætatem minorennem constituta per majorennitatem erat finita D. Bardili *in Disp. de curat. ad litem th. 70.* Accedebat, quod causa principalis retractus admodum dubia, nec census probatus, nec incommóda divisio facta, nec solennia retractus probata fuerint. Cautela hinc commendanda, & semper tutius & securius fœmina cum curatore appellat; sicuti minorennis, cui itidem facultatem appellandi absque curatore dant Besold *de appellat. c. 5. §. 1.* Wibel *de contract. mulier. c. 4. n. 99.* ex adductis rationibus, quæ tamen ex L. 44. *de min.* dubiæ fiunt, neque minor sine curatore in judicio quid peragere potest, Bardili *Disp. de auctor. tut. præstanda §. 29.*

§. XX.

DUODECIMO ex actis investigandum est, an non iterum appellationi interpositæ expresse per pactum, transactionem vel appellantis solius renuntiationem, vel tacite, renuntiatum sit, ut si v. g. 1) partes in causa coram judice à quo citra omnem protestationem ulterius procedunt, *c. 10. de Appell. c. 20. x. de offic. deleg.* vel 2) sponte solvunt adjudicatum, vel dilationem petunt ad solutionem, sine reservatione *L. 5. C. de re jud.* vel retractus admissionem declarant, *Nro. 762.* apud Hæberlin. vel gratias agunt pro sententria, sicque illam agnoscunt *Nro. 467. Nro. 634.* conf.

c. 9. §. 2. vel si in causa injuriarum vel Legis Aquil. condemnatus appellavit, & deinde, post appellationem, ultrò solvat pœnam Besold. *de appellat. c. 10. §. 2. p. 389. & 390.* ubi ita den 22. Sept. A. 1585. in Dicasterio judicatum esse dicit, vel si dixerunt, se staturos sententiæ Lauterbach *§. 16. de appellat.* D. Schweder *cit. Disp. §. 22.* vel 3) compromittunt Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. in præfat. num. 18.* vel transigunt super judicatis *L. 40. §. 1. de pact.* Lauterbach *§. 17. de appellat. & relat.* vel 4) juramentum deferunt judiciale *L. 12. §. 3. Cod. de R. C.* J. P. W. *p. 1. t. 17. §.* deßgleichen Rescriptum de A. 1703. *Nro. 6.* apud Hæberlin. Hochstetter *p. 1. pag. 42. Extract. General-Rescript.* vel 5) petant à judice à quo, ut gravamen tollat & corrigat Mevius *p. 2. dec. 178. & p. 7. dec. 93.* D. Stryk. *in introduct. ad prax. For. c. 23. §. 12.* 6) si spolium directo in præjudicium litis & possessionis controversæ tendens admittat *c. 42. x. de appell.* uti judicatum A. 1712. *in Nro. 1098.* Blum *in Processu Cam. tit. 52. n. 23. & tit. 55. §. 13.* Roding *in π. Cam. lib. 1. t. 30. n. 11.* Brunnem. *in Proceff. civili c. 28. n. 82.* Gail. *lib. 1. obs. 146. n. 12. & seqq.* Mynsinger *cent. 2. obs. 50.* ibique Fabricius Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 129.* 7) si non observet solennia supra deducta, late D. D. Schweder *in Disp. de renunt. appellat. per tot. §. 16. & seqq.* Blum. *in Proceff. Cam. tit. 44. n. 19. seqq.* Roding. *in II. camer. lib. 1. tit. 30. §. 8. cum seqq.* sin quis saltem petat, daß er solle innen halten, mit Verfertiung der Acten, eo ipso minime renuntiatum censetur appellationi Besold *ad J. P. W. p. 1.*

W. p. 1. th. 110. vid. §. 4. si antea acta rite & legitimè petita, uti observatum in sententiis Dicasterialibus Nro. 631. & 719. neque si Nt. petiit, Bedenck-Zeit zu Abschwöhrung des Aidts, prout A. 1747. den 16. Septembr. verius reputatum. An verò, per petitam restitutionem in integrum, coram judice à quo, renuntiatum censeatur, decidit Mevius p. 2. dec. 64. ita, ut si contra eandem sententiam in eadem causa petatur, tunc sanè appellationi renuntiatum credatur, quod si autem contra alios actus & adversùs alias personas restitutio in integrum petita, tunc ex diverso remedio & diversa causa, ob deficientem voluntatem, tacita renuntiatio minime inferenda sit. De casu renuntiationis, an expensæ tunc refundendæ, latè agit, D. D. Schwederus d. Disp. §. 11. & 30. quod nempe regulariter refundendæ c. 70. §. ille denique x. de appell. quia ex pœnitentia præsumitur, quod temere appellaverit, & quod credat, se malam habere causam, nisi justam habuisset causam appellandi vel conditionaliter renuntiâsset, si revocetur gravamen, Mevius p. 6. dec. 192. n. 2. Ego in Dec. 349. n. 20. hinc pœna 10. florenorum & refusio expensarum decreta in Nro. 104. & 180. interdum renunciatio absque pœna admittitur, & tamen refusio expensarum injungitur, uti A. 1727. den 16. Septembr. observatum; interdum simpliciter permittitur No. 57. & 274. apud Dn. Hæberlin. Sin dubia est renunciatio, probatio decernitur Nro. 416. add. Nro. 821. ubi participatio victoriæ reservata.

§. XXI.

DECIMO TERTIO appellatio intra annum prosequenda est *L. 2. L. 3. L. fin. §. 4. & auth. ei qui appellat. C. de tempor. & repar. appell. N. 49. pr. c. 5. x. de appell.* nisi, ex justa causa, alius adhuc annus concessus Esbach ad Carpzov. *p. 1. const. 20. def. 10.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 11. ad tit. π. de libell. dimiss.* conf. Blum. *in Processu Camer. tit. 25. n. 78. & seq.* Roding *in π. Cameral. lib. 1. t. 29.* Et ita in causa Appellationis von Stuttgardt zwischen gemeiner Stadt Backnang, Beklagten Appellanten, und dem Flecken Grossen-Aßbach, Klägern, Appellaten, in qua A. 1686. den 11. Septembr. processus in scriptis, per interlocutoriam admissus, in Dicasterio den 31. Aug. A. 1688. judicatum, *Nro. 453. & 506.* illaque, pro deserta, habita fuit, quia biennium erat præterlapsum, nec ab Appellante civitate Libellus gravaminum porrectus, nec ulla prorogatio petita Mevius *p. 6. dec. 40.* quod facere debebat Gail. *lib. 1. obs. 141.* Brunnem. *ad auth. ei qui appellat. C. de tempor. & rep. appell.* Hincque Appellans civitas Serenissimo in expensas duarum juridicarum à 20. floren. & parti appellatæ in refusionem expensarum condemnata & restitutio in integrum insuper ex eo denegata, quia 1) procurator erat solvendo, contra quem civitas actionem mandati habet & regressum sumere potest, Gail. *lib. 1. obs. 45.* Mevius *p. 3. dec. 29.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. Pract. §. 48. ad tit.*

de

de procurat. & Noſtr. Diſp. *de ſervit. præſcript. extinctiva c. 3. §. 8.* & 9. Esbach *ad Carpzov. p. 1. conſt. 1. def. 23.* D. D. Harpprecht *Vol. 7. Conſ. Tubing. 43. n. 35.* & *ſeqq.* vid. *c. 24. §. 1.* & quia 2) nullum juſtum impedimentum probatum, ſed culpa & negligentia tempus præteriit, ideò reſtitutio in integrum, pro excluſa, habenda eſt, Berlich. *dec. 288.* cùm inſuper procuratores coram judicibus non ſemel ſed pluries de ſua diligentia & fatalibus non labendis proteſtati Gail. *lib. 1. obſ. 141. n. 9.* & 10. Mynſinger *cent. 2. obſ. 12. n. fin.* D. Stryk. *de impedim. legali c. 4. n. 51. cum ſeqq.* & partes omnem lapidem movere debeant, de removendo obſtaculo & impedimento tollendo, Mindan. *de mandat. lib. 2. c. 21.* Knipſchild *de Fideicommiſſ. Famil. Nobil. c. 66. n. 99.* B. D. Harpprecht *Conſ. 49. n. 179.* & *Conſ. 52. n. 41.* & *ſeqq.* & *Conſ. 81. n. 112.* quod hic non factum. Et cùm 3) privilegiatus contra æque privilegiatum non utatur ſuo beneficio, *L. 11. §. 6. L. 34. de minor.* D. Stryk. *in Diſp. de jure privilegiati contra privilegiatum c. 4. n. 31. cum ſeqq.* confer. *c. 5.* & *6.* & Reſcriptum de Anno 1739. den 21. Octobr. apud Hochſtetter *in contin. Reſcript. fol. 10.* & *11.*

§. XXII.

Sin igitur Appellatus unam vel alteram in jure fundatam exceptionem, contra formalia, habeat, tunc, poſt factum recenſitum, omittit petitionem prælectionis Actorum & in fine ſubnectit exceptiones, cum petito, hoc modo: da

dann endlich den 10. Septembr. A. 1714. eine gerechte Urthel ausgesprochen worden, davon der Gegentheil zwar zu appelliren sich unterstanden, aber gantz temere & informiter, allermassen 1) ꝛc. (hic recensendæ ordine sunt exceptiones & informitates contra formalia competentes) alldieweilen aber nun, aus bißhero angeführten Exceptionen, die ohnbefugter Dingen und unförmlich geschehene Appellation gantz klar sich ergiebet: Als gelanget an Euer Gnaden Excell. Herrlichkeiten und Großgl. das unterthänige Rechtliche Bitten, puncto formalium, zu erkennen und zu sprechen, daß gegenwärtige Sache, an dieses Hochpreißliche Tribunal nicht erwachsen, dahero nicht anzunehmen, der anmaßliche Appellant auch den Appellaten alle verursachte Appellations-Kösten, salva pœna fiscali, zu erstatten schuldig und gehalten seyn solle, sub Imploratione solita.

§. XXIII.

Ad has exceptiones Appellans replicat cum petito, tali modo. P. P. Nachdeme dem Appellatischen Theil, wiewohl unnöthig und unbefugter massen, gefallen, contra formalia Appellationis zu excipiren, so will Appellant vor allen Dingen, aus dem Facto und Exceptionibus, alles Siegdienliche annehmen, dem widrigen aber per generalia juris & facti, widersprechen; darauf aber ad 1. exceptionem dieses mit Bestand einwenden ꝛc. bey welcher der Sachen wahrhafften Beschaffen-

schaffenheit dann, an Euer Gnaden ꝛc. das Appellatisch gehorsamste Bitten hiemit ergehet, puncto exceptionis contra formalia Appell. zu erkennen und zu sprechen, daß gegenwärtige Sache / des Gegnerischen Einwendens ungeacht, an dieses Hochpreißliche Hofgericht erwachsen, dannenhero anzunehmen, die Partheyen auch in Sachen, wie sich gebühret, zu verfahren, oder der Ordnung gemäß zu handeln, schuldig und gehalten seyn sollen, sub imploratione debita & consueta. Quod si N. recuset, exceptioni contra formalia & desertionis respondere, injungitur ipsi hoc per sententiam actoriam juxta *Nro. 80.* vel per Secretarium responsio ipsi extrajudicialiter imponitur, uti observatum scimus. Deinde Appellatus brevibus duplicat, & Appellans, si opus est, triplicat, sicque, puncto exceptionis contra formalia Appell. concludendum est, neque ulteriora admittuntur, sub pœna rejectionis & mulcta, Ord. Dicast. *p. 3. t. 21.* §. *3.* conf. J. P. W. *p. 1. t. 23.* §. es soll aber ꝛc. D. Lauterbach *in Colleg. theor. Practico §. fin. de except.* Quod si autem circa formalia dubia occurrunt, neque de iis ex actis clare constet, tunc interdum, vel ad petitionem vel ex officio, ratione formalium decernitur probatio, si opus est; interdum processus in scriptis ratione formalium simul obtinet, si causa sit gravis & magni momenti, cumprimis, si extraneos concernat, vel communitates, tunc tam ratione formalium quàm materialium Processus in scriptis petendus ac decernendus, prout pluribus expositum *c. 12. §. 3. & 4. & c. 13. §. 2.*

Sin igitur non nisi ratione formalium probatio petitur & permittitur, fit hoc formula consueta, contenta in sententiis Dicaster. *Nro. 51. 644. 698. 703. 734. 744. 767. 770. 1030. & 1195.* &c. apud Dn. Hæberlin. deinde ex rotulo testium in proximis sessionibus est agendum, & causa, ratione formalium, in genere decidenda, per sententiam, quàm stylo curiæ nominant, devolutoriam, quales legi possunt apud Dn. Hæberlin *Nro. 6. 333. 493. 917.* & passim, rescissa etiam conclusione, si in causa principali forte ab Nte submissum, juxta *Nro. 873.* Interdum si appellantes sperant devolutionem causæ & sententiam victricem, conjungitur, pro re nata, petitio admissionis ad probandum, in causa principali, & ut acta pro prælectis, nempe loco libelli gravatorialis & litis contestationis, accipiantur, secundum formulas sententiarum *Nro. 980. 1105. 1106. 1108. 1119.* vid. *Nro 522. & 980.* vel si processus in scriptis fundatus acta pro prælectis, accipiuntur, & id solum simul imploratur, die Verabschiedung. *Nro. 841. 887.* vel interdum probatio & processus in scriptis in conjunctione petitur *Nro. 1106.* imò si formalia & materialia in scriptis simul tractata, jungitur devolutoriæ sententia plane definitiva in principali, id quod factum in *Nro. 504. 601. & 652.* apud Dn. Hæberlin post latam autem sententiam saltem devolutoriam, ab appellato, prælectio actorum antea omissa est imploranda, qua facta, partes in processu orali procedunt, uti *c. 12. §. 2.* annotatum. E contra si exceptiones contra formalia sunt fundatæ, fertur sententia non

non devolutoria ſ. deſertoria, cum condemnatione in expenſas, & pœna ordinaria à 10. flor, *Nro. 769. 1098. 1160.* interdum imminuitur hæc pœna legalis ad dimidiam partem 5. flor. ſi duæ cauſæ uno die tractatæ *Nro. 155. 523. 524.* vel ex alia juſta cauſa *Nro. 950.* interdum augetur ad 20. flor. ſi duæ juridicæ fruſtra conſumtæ *Nro. 506.* & A. 1723. den 14. Maji, conf. *Nro. 702.* & inſuper adduntur 14. flor. ob notoriam malitiam, *Nro. 1160.* & in cauſa Appell. von Backnang de A. 1721. den 9. Septembr. Pfeuderer, contra Schefferin, interdum autem absque pœna rejicitur cauſa *Nro. 144. 816. 1016.* & A. 1725. den 8. Septembr. denegata ſimul probatione frivole petita *Nro. 474. & 1098.* Haud raro ſententia pro parte devolutoria, pro parte non devolutoria fertur, pro circumſtantiis rerum *Nro. 762. 887. 1036. & 1119.* cum autem, lata deſertoria ſententia, ad remedium nullitatis communiter provocari ſoleat, ſane ex juſta cauſa ſæpe denegatur, ne curſus juſtitiæ impediatur, de quo *c. 21. §. fin.* pluribus agendum, ſin autem cauſæ merita fundata & implorans bonam foveat litem, ac nullitatis vitio proceſſus ſimul laboret, remedium nullitatis ipſi haud invidendum, ne rigore fatalium appellationis jure ſuo quæſito cadat, ſed potius ad deductionem principalem nullitatum præſcripto ordine admittendus eſt, juxta ſententias permiſſivas in *Nro. 84. 474. 883. 927.* ita ut proceſſus in ſcriptis itidem pro qualitate cauſæ, concedi queat, *Nro. 475. 888.* interdum annullato proceſſu jungitur non devolutotiæ deductio prin-

principalis nullitatum & decernitur simul probatio *Nro. 1154.* apud Dn. Hæberlin. uti A. 1747. den 4. Septembr. denuo judicatum, neque desunt exempla, ubi deductio nullitatum ad Judicem à quo remissa fuit *Nro. 816. & 1119.* Sin utraque pars principaliter appellavit & primus appellans contra alterius appellationem postea interpositam excepit; tunc A. 1723. den 3. Maji sequens sententia fuit publicata: ist hiemit, pcto except. contra formalia, der Bescheid, daß gegenwärtige Sache, auch so viel die Nachtin anbetrifft, des gethanen Einwendens ungeacht, an dieses Fürstl. Hof-Gericht erwachsen, daher anzunehmen ꝛc.

§. XXIV.

Et, ratione processus, Advocatis hic, notandum est, ne immisceant materialia, sed brevissimis tractent solummodo formalia, Ord. Dicast. *p. 3. tit. 3. §. 2.* hincque nec temere excipiant, puncto temeritatis Appellationum, uti aliquando hoc factum scimus A. 1725. sed lata devolutoria, & A. 1726. den 14. Jan. reformatoria sententia in principali, compensatis expensis, pronuntiata, sed, cùm prævidere queant, temeritatem appellationis non in aprico positam, neque causam adeo iniquam esse, ut propterea rejicienda sit, potius abstineant, neque tempus inutiliter terant, & ita abutantur paragrapho, als da einer ꝛc. J. P. W. *p. 1. t. 70.* prout per Decreta Dicasterialia de A. 1716. den 2. May, & A. 1718. den 4. May injunctum, *Nro. 19. & 20.* apud

apud Hæberlin *in append.* confunditur enim hoc modo processus adpellat. & nullitatis, sicuti formalia & materialia; Hinc A. 1714. den 29. Aug. causa ex officio recepta, & probatio petita in principali decreta, ut ita processus in forma melius tractari possit, rejectis exceptionibus temeritatis, de cœtero verò certum manet, quod appellationes notoriè frivolæ protinus rejiciendæ sint. Dominus L. B. à Lyncker *Dec. 890.* Ziegler *in Dicastice Concl. 52.* Licèt autem Appellatus contra formalia Appell. vel planè non vel non in forma, neque justo tempore excipiat, si tamen judex defectum notorium ex actis videat, potest & debet appellationem ex officio, pro deserta, pronuntiare, quia hæc exceptio, ob defectum jurisdictionis, retrò reddit judicium nullum, & tunc sententia interlocutoria fertur, hisce verbis: In der Appellations-Sache, von Stuttgardt, zwischen Jacob Lincken, Metzgern, Klägern Appellanten eines, sodann Georg Martin Schweinhofern, Schneidern zu Stuttgardt, uxorio nomine, Beklagten Appellaten andern Theils, ist hiemit, pcto formalium, ex officio der Bescheid, daß ꝛc. *Nro. 1062.* uti sæpius in Dicasterio judicatum, v. g. den 9. Septembr. A. 1711. & den 11. Jun. A. 1714. *Nra. 950. & 1121.* & A. 1745. den 14. Septembr. in causa Appellat. von Ludwigsburg, Frisoni contra Ferrari, ubi appellationis formalia non extra dubitationis aleam posita erant, & imago David mit dem Kopff Goliath, à 7. fl. 30. kr. emta & pro 100 fl. vendita, ab æstimatoribus ab N. agnitis verò ad

Summum

summum pro 30. fl. æstimata fuit, hincque ob agnitam insuper æstimationem & probatam læsionem enormissimam, ex officio non devolutoria lata cum pœna 10. flor. & refusione expensarum à 18. fl. 27. kr. juxta Ord. Dicast. *p. 3. t. 3. §. 5. & t. 21. § fin.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 118. & de appellat. c. 13. §. 1.* Gail. *L. 1. obs. 123. n. 1. & obs. 137. n. 1. & obs. 140. n. 1.* Mynsinger *cent. 2. obs. 59. & cent. 3. obs. 89.* Esbach *ad Carpzov. p. 1. const. 20. def. 30. n. 4.* Consil. Tub. *Vol 8. Cons. 4. n. 26.* D. Ludovici *in Disp. de summa appell. §. 39.* conferatur Ejusdem Einleitung zum Civil-Process *c. 33. §. 2.* & Mevius *p. 3. dec. 430.* ubi ex nonnullorum mente æquius dicitur, quod, si adversarius nihil excipiat vel remittat defectum, neglectus fatalium nihil nocere debeat. Et ita in der Appellations-Sach von Tübingen, Joh. Steben, Beklagten Appellanten, contra Jacob Ramslern, Klägern Appellaten, ex eo, quia Appellans neque in persona, neque per procuratorem, comparuit, neque Acta Appellat. intra 20. dies insinuavit J. P. W. *p. 1. t. 63.* & insuper, ut confessus & convictus, ob injurias reales & verbales, condemnatus erat, J. P. W. *p. 1. t. 70. §.* als da einer ꝛc. Appellatio in Dicasterio den 12. Septembr. 1688. *Nro. 523.* apud Hæberlin. ex officio, pro deserta, pronuntiata fuit, sub pœna 5. flor. & refusione expensarum 3. florenorum parti appellatæ, facienda, cùm bene in Summis Dicasteriis super appellationis desertione pronuntiari queat, sine appellantis citatione, modò ex actis de desertione constet, sicque illa notoria

sit

sit Mevius *p. 4. dec. 376.* secus si non manifesta sit desertio Mevius *p. 8. dec. 129.* semper quoque condemnatio in expensas fit, si appellatio, pro non devoluta vel deserta, pronuntiatur, licèt bonam causam habere deprehendatur Ordinat. Camer. *p. 3. tit. 50. §. 6.* Mevius *p. 5. dec. 289.* Besold. *de appell. c. 10. §. 1.* Scaccia *de appell. c. 10. §. 1.* nisi quod rarissime ex justa causa expensæ tamen compensari queant *Nro. 275. 583. 840. 1119.* apud Hæberlin. & A. 1723. den 14. & 16. April An. 1747. den 9. Septembr. & A. 1731. den 26. Septembr. non devolutoria lata, absque pœna & expensis, sed magistratus, qui sua iniqua sententia causam principalem, imò unicam, appellationi dedit, per Rescriptum separatum condemnatus fuit in expensas utrique parti ex proprio refundendas.

§. XXV.

An verò appellatio recipienda sit? nec ne? de eo judicat Dominus Judex ad quem Lauterbach *Vol. 3. Conf. 196. num. 2. cum seqq. 24. & 31.* Lyncker *Dec. 890.* D. Schweder *in Disp. de renunt. appellat. §. 29.* vid. *c. 10. §. 1.* Judex verò à quo statim post appellationem manus ligatas habet, neque de rejicienda vel admittenda appellatione cognoscere valet, Gail. *L. 1. obs. 137.* Mynsinger *cent. 3. obs. 22.* Ziegler *in Dicast. concl. 51. §. 7.* Mevius *p. 1. dec. 7. p. 3. dec. 74. p. 4. dec. 383. & p. 6. dec. 13.* B. D. Harppr. *Vol. 7. Conf. 25. n. 91. seqq.* Lauterb. *§. 1. & 3. nihil innovari pendente appellat.*

nisi

nisi quod in casu, si notoria desertio adest, & illa extra omnem controversiam posita, Mev. *C. 55. n. 43. seqq.* D. Schweder *cit. Disp. §. 29.* vel appellans ab appellatione nondum introducta notorie recesserit, judex à quo in causa procedere & sententiam executioni dare queat, arg. *c. 3. de dol. & Contumac. in 6to.* Lyncker *de gravam. extrajud. c. 9. p. 2. §. 12. pag. 776.* maximè si appellatus testimonium à judice ad quem petat & judici à quo insinuet, de nondum introducta appellatione in judicio superiori Brunnem *in proceſſ. civil. c. 28. n. 98.* Mevius *p. 1. dec. 190.* quo casu dehinc, si appellatio ante illius introductionem, iterum deserta, neque fatalia observata, neque ulla introductio facta, multi Doctores cognitionem super desertione judici à quo attribuere malunt, *clem. 2. de appellat.* Carpzov. *p. 1. const. 20. def. For. fin. & in proceſſu tit. 18. art. 6. n. 112. seqq. nec non L. 3. Resp. 123.* Berlich *p. 1. concl. 50. n. 185.* Nicolai *in Proceſſ. Frideric. p. 2. c. 11. n. 19. & 20.* quicquid hujus sit: in Ducatu Würtembergico Judiciis inferioribus à quo, post appellationem semel interpositam, potestas cognoscendi de admissione vel denegatione appellationis simpliciter ademta est, & si illa frivola vel deserta reputatur, res ad Dicasterium vel si periculum in mora, cessantibus sessionibus, ad Cancellariam, deferenda & decisio expectanda est; id quod ad minimum semper securius & tutius est. De cœtero si appellatio recipitur, fertur sententia devolutoria, & causa principalis in appellatorio deinde ventilanda, sin autem appellatio rejicitur, pronun-

pronunciatur in Dicasterio communiter sententia non devolutoria, interdum autem sententia quoque desertoria, quod probatur per formulas *Nro. 392. 506. & 523.* apud Dn. Hæberlin, quæ sententiæ in eo à se invicem differunt, quod non devolutio dicat, jurisdictionem supremi Judicii non esse fundatam, sicque est quæstio jurisdictionis primaria, desertio verò formalia appellationis impugnat, ex mente Domini à Ludolph *in Jur. Camer. pag. 264.* vel secundum Blumium *in Proceſſ. Camer. tit. 55. §. 1. & 2.* non devolutio est, si causa ratione vel sui ipsius, vel judicis, vel litigantium, vel summæ inappellabilis est, ac propterea ad supremum judicium devolvi nequit; desertio autem nihil aliud est, quàm appellationem derelinquere s. pro derelicto habere, aut eidem renunciare; die Appellation verlassen, sich der Appellation begeben, von der Appellation abstehen, sie fallen lassen ꝛc. id quod variis modis fieri potest, uti Blumius *in §. 3. usque 16.* decem affert modos desertionis v. g. si fatalia non observata, vel expressè vel tacitè appellationi renunciatum, vel attentatum commissum, hæcque sententia desertoria ita comparata est, ut ab ea, cæteris paribus, ulterius appellari queat, cumprimis si à definitiva prima vice appellatum, juxta Mynsingerum *cent. 3. obs. 36. & 55.* ibique Fabricium Gail. *lib. 1. obs. 138.* post Lynckerum & Voëtium Nostra Consil. Tub. *Vol. 8. Cons. 4. n. 27. seqq.* add. Christin. *Vol. 1. Dec. Belg. 37.* Brunnem. *ad L. 6. n. 3. quomodo & quando judex*, ubi affirmant, quod desertoria sententia, utplurimum vim definitivæ habeat vel plane definitiva sit.

CAP. IX.

De communione appellationis.

SUMMARIA.

§. 1. Exhibet jura communionis appellationis & formulam petionis. | §. 2. Requisita & §. 3. addit quomodo procedendum.

§. I.

SI appellatio recte se habet, sicque jurisdictio fundata, tunc appellatus deliberare debet, an itidem sit gravatus? & annon propterea ipsi expediat, communionem appellationis facere? cùm appellato beneficium appellationis commune sit, ita ut, sine nova speciali appellatione, appellatus possit adhærere appellationi ab appellante interpositæ, eamque prosequi, perinde ac si ipsemet ab initio intra decendium appellasset *L. fin. C. de appellat.* Gail. *lib. 1. obs. 122.* Mynsinger *cent. 2. obs. 21.* ideò ipsi integrum est, ad communionem appellationis confugere; Stryk *Disp. de commun. appellat. c. 1. n. 36. & c. 2. n. 46. 58. & 59.* Textor *in Disp. de benefic. adhærendi appellat. th. 22.* Sin igitur communionem appellationis eligat & sibi profuturam speret, debet se declarare & petere admissionem, post factum recensitum, & simul offerre, & deinde solvere dimidiam partem sportularum, cum anteà non audiatur in judicio Ord. Dicast. *p. 3. t. 4.* J. P. W. *p. 1.*

p. 1. t. 66. Besold. *de appellat. c. 5. §. 5.* D. Stryk. *in Disp. de commun. appellat. c. 3.* hoc modo: Ob nun gleich Appellant keine Ursach zu appelliren gehabt, so seye es doch von ihme auf seine Gefahr, doch temere, geschehen. Nachdeme aber er Kläger Appellat sich weit mehr als der Appellant durch die Urthel beschwehrt befinde; so stehe er in der unterthänigen Hoffnung, des beneficii communis appellat. fähig und theilhafftig zu werden, wie er dann Euer Gnaden ꝛc. umb dessen Zulassung, gehorsamst wolle ersuchet und, zu Bezahlung der halbtheiligen Kosten, wegen Auslösung der Acten und Einleg-Gelds, bestens hiemit sich anerbotten haben, sub Imploratione; vel si summa est incerta, addit oblationem ulteriorem, si major summa debeatur, quod si autem pauper sit, sufficit oblatio, ac nihil solvere debet, si v. g. juramentum paupertatis in prima instantia præstitum, uti A. 1724 den 30 Aug. factum, vel injungitur demum in appellat. *Nro. 664.* apud Hæberlin. An autem, quoad communionem & adhæsionem appellationis, summa appellabilis s. gravamen tale in specie quoque requiratur, ut veræ alterius appellationi adhærere liceat, videtur affirmare Besold *ad J. P. W. p 1. th. 119.* & quia in reconventione 50. fl. exiguntur *c. 8. §. 9.* In supremo verò Dicasterio A. 1724. den 30. Aug. in causa Appellat. von Stuttgardt, Reinöhl, contra Böhmen, summa appellabilis haud desiderata fuit, quia unio devolvit causam aliàs non appellabilem Stryk *de commun. appell. c. 3. n. 65. v. §. 2.* 2) quia principalis tenet appellatio, ergo quo-

que adhæsio, ceu accessoria *L. 43. de sol. L. 178. de R. I.* 3) quia Besoldus *de appellat. c. 5. §. 5.* ad expensas recuperandas admittit communionem appellationis, 4) quia usurarum & interesse petitio connexa est, cum causa principali & 5) ratione usurarum & Interesse sententia, quæ prætermisit usuras, etiam sine adhæsione reformari potest *c. 8. §. 1. & c. 17. §. 5.* Hinc in supra allegata causa, ob omissam adjudicationem usurarum & interesse communio appellationis admissa est, & interesse adjudicatum, cum vi clausulæ salutaris petitum fuerit Mynsinger *cent. 2. obs. 22.* Gail. *lib. 1. obs. 151. num. 21.* Stryk. *§. 8. de edendo.* Sed tamen hæc petitio, post factum recensitum, ante tamen prælectionem Actorum fieri debet, J. P. W. *part. 1. tit. 66.* §. wann, nam post prælectionem Actorum, licèt lis nondum contestata, communio appellationis non amplius conceditur, uti in Dicasterio judicatum A. 1593. den 2. April. Bocer *Cl. 6. D. 34. th. 107.* Et si quis contra formalia excipit, vel non petit communionem appell, ante prælectionem Actorum, licèt protestetur, se in eventum communem appellationem reservare, non auditur, uti Anno 1644. den 25. Novembr. in causa Appell. Gomer, contra Bachstein, in Dicasterio decisum. Quando enim appellatus appellationem vel impugnaverit aut oppositis desertæ & non devolutionis exceptionibus non admitti petierit, tunc appellatus, invita parte adversa, appellationem semel introductam prosequi nequit; cùm nemo ex eo debeat fructum consequi, quod nisus est expugnare,

nare, *cap. 38. de reg. jur. in 6to.* Scaccia *de appell. Q. 17. lim. 12. num. 108.* D. D. Schweder *in Disp. de renuntiat. appell. §. 11.*

§. II.

Et ut locum habeat communio appellationis porrò est necessarium, ut sententiam neque verbis neque factis agnoverit, neque gratias egerit, pro sententia, Ordin. Dicast. *p. 3. t. 4. §. 2.* Jus Provinciale Würt. *p. 1. t. 66.* §. wann ein Parthey ꝛc. Bocerus *Cl. 6. d. 34. th. 107.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 119. & de appell. c. 5. §. 5. Nro. 467. & 634.* frustra dissentiente Wehnero *voc.* bedancken. secus videtur, si saltem pro publicatione sententiæ, vor die Bemühung, gratias egerit absque acceptatione *Nro. 811.* apud Hæberlin. vel procurator absque mandato gratias egit *Nr. 1003.* si tamen saltem à nonnullis diversis & separatis capitulis appellatum, secus si connexa sunt, communio enim & unio rei causas devolvit, quæ aliàs non devolverentur, D. Stryk. *in Disp. de commun. appell. c. 3. n. 63. cum seqq.* tunc appellatus eatenus saltem uti potest hoc beneficio communis appellationis. &, quoad reliqua capita, à quibus non appellatum, adest res judicata, Ordin. Dicast. *p. 3. t. 4. §. 2.* J. P. W. *p. 1. t. 66.* §. so nun. Besold. *ad J. W. p. 1. th. 119. & de appell. c. 5. §. 5.* Dn. à Lyncker *dec. 1474.* D. Stryk, *de commun. appellat. c. 3. n. 61. usque ad n. 80.* Et si utraque pars principaliter appellat, à nonnullis capitibus, tunc utraque potest facere communionem appellationis Ord. Dicast. *p. 3. t. 4. §. 3.*

J. P. W. *p. 1. t. 66. §.* wofern. in quo de jure communi contrarium statuit, D. Stryk. *in Disp. de commun. appell. c. 3. n. 81. seqq.* quia per appellationem propriam renuntiasse censetur huic beneficio, cùm provisio hominis faciat cessare provisionem Legis, nisi capitula connexa sint, imò, si una pars informiter appellaverit, tamen ad hoc beneficium communis appellationis adhuc confugere potest, Ord. Dicast. *p. 3. t. 4. §. 4.* J. P. W. *p. 1. t. 66. §. fin.* Neque hoc beneficium communis appellationis tertio adimitur neque denegari potest, licèt appellans deinde renuntiet appellationi, modò sit interlocutoria sententia & judex illi nondum detulerit Mevius *p. 6. dec. 191. n. 8.* Scaccia *de appellat. q. 17. lim. 2. n. 103.* D. D. Schweder *in Disp. de renunc. appell. §. 11.* vel quoad sententiam definitivam, intra decendium adhæserit appellatus D. Stryk. *de commun. appellat. c. 3. num 26. cum seqq* D. D. Schweder *in Disp. de renunciat appell. §. 11.* Dn. à Lyncker *in Dec. Jen. 176.* vel res non amplius sit integra, sed appellans appellationem prosequi inchoaverit & pars appellata, ad prosecutionem appellationis, citata sit, tunc enim renuntiatio, in præjudicium appellati, ob jus semel quæsitum, non admittitur; sed, invita parte appellante, appellationem semel introductam prosequitur appellatus Brederod *de appellat. p. 2. tit. 10. p 286.* D. D. Schweder §. *30.* & *§. 11.* ubi tres limitationes affert nisi 1) ipse in renuntiationem consenserit *c. 21. de R. I. in 6to.* vel 2) nihil appellati interfit; vel 3) appellationem impugnaverit, arg. *L. 1. de appell. recipiend.*

vid.

vid. §. 1. *in fine.* Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 114.* Et hoc fuit consideratum in causa Appellat. von Kirchheim, des Weißgerber-Handwercks zu Stuttgardt, Beklagten Appellanten, wieder Hanns Kernern von Heydesheim, Chur-Pfältzischer Herrschafft, Klägern Appellaten, A. 1714. den 7. Jul. Idem dicit Besoldus *ad J. P. W. p. 1. th. 114.* si, ob contumaciam appellantis, appellatio, pro deserta, habeatur Gail. *lib. 1. obs. 123. n. 30.* Ita in causa Appellationis von Knittlingen, Binder contra Schaffern, communio appellationis admissa A. 1722. den 18. Maji, licet acta à judice haud petita sed saltem in der Amtsschreiberey, & acta post denunciationem elapsis 20. diebus demum præsentata erant; quas informitates T. haud adduxit, sed silentio omisit. Cum autem hoc in casu appellatio deserta dicatur Roding *in π. Cam. lib. 1. tit. 25. §. 3.* Blum *in Proceſſ. Cam. tit. 51. n. 6.* & Ttus prosequi valeat appellationem desertam Stryk *cit. Disp. c. 3. n. 36. & 54.* Schweder *alleg. Disp. §. 11.* ideo ad prosecutionem appellationis, vi communionis, admissus, vix tamen in favorem Ntis, qui appellationem deseruit, hic aliquid decerni potest, Roding *Pand. Cam. tit. 25. §. 3.* Blum *cit. 6. num.*

§. III.

Sin altera pars excipiat neque sponte communionem appellationis admittere velit, v. gr. quia appellatus gratias egit, pro sententia &c. tunc causas, cur non admittenda sit communio

appellationis, ordine deducere & ita petere debet. Nachdeme Appellaten gefallen, das Beneficium communionis appellationis zu ergreiffen, so würde zwar Appellant in dessen guthwilliger Ein- und Zugestehung keine Schwürigkeit machen, wann er nicht dessen rechtmäßige Ursach hätte; weilen aber in Facto richtig, daß Appellat der Urthel sich bedancket, und solche dadurch agnosciret ꝛc. mithin bey diesen Umbständen die communio appellationis von selbsten wegfalle, und nicht mehr statt finden könne, als will Appellant Euer Gnaden Excell. &c. in Unterthänigkeit gebetten haben, die communionem appellationis abzuschlagen und zu erkennen, daß solche, gestalten Sachen nach, nicht statt finde, sondern die Partheyen, Rechtlicher Ordnung nach, fürzufahren schuldig seyn sollen, sub Imploratione consueta, & utraque pars brevem recessum superaddere & submittere simul valet, uti A. 1724. den 30. Aug. observatum. Et tunc tandem per interlocutoriam res deciditur, hunc ferè in modum: daß der Appellatische Theil, nach Erlegung der halbtheiligen Appellations-Kosten, ad communionem appellationis hiemit zugelassen seyn solle, uti in causa Appell. von Bottwar, Johann Ulrich Fincken, Beklagten Appellanten, contra Herrn Anton Johann von Wartmann, Obristen, Klägern Appellaten, factum Nro. 1003. & A. 1709. den 4. Martii communio appellationis, per interlocutoriam, concessa. Et tunc nominatur Mit-Appellant, uti A. 1710. den 8. April. Sententia lata: In der Appellations-Sach von Urach, zwischen

zwischen Michael Brändlein, Burgerlichen Innwohnern zu Würtingen, Uracher Amts, Klägern Appellanten eines, sodann Hanns Jerg Gaugern, auch Burgern daselbsten, Beklagten Mit-Appellanten andern Theils, ist hiemit allem Fürbringen nach, mit Urthel zu recht erkannt, daß von dem Richter voriger Instanz mit ausgesprochener Urthel übel geurthelt, von dem Mit-Appellanten wohl davon appellirt, und in der Haupt-Sache, daß der Beklagte Mit-Appellant von der wider ihn angestellten Klag völlig zu absolviren, inmassen wir ihn davon hiemit absolviren, dergestalten und also, daß ꝛc. *Nro. 1045.* apud Hæberlin. uti plures sententiæ prostant apud Dn. Hæberlin. *Nro. 621. 664. 916. 918. 926. 964. 1040.* add. *Nro. 912.* ubi injuncta fuit, interdum verò communio appellationis denegatur *Nr. 795.* quod itidem observatum A. 1723. den 7. April, ubi communio appellationis & deductio principalis nullitatum denegata, & A. 1726. den 25. Maji, Ttin Bobin, itidem communio appellationis denegata fuit, cùm gravamen alterum solummodò T. Jahlin concernebat, neque connexionem habebat cum actione contra N. intentata, ita ut eatenus res judicata adfuerit. Et interdum quælibet pars principaliter in nonnullis capitibus appellat, & separata acta exhibet, uti factum A. 1718. den 27. April, & den 28. Maji. Tertius quoque adhærere potest appellationi intra decendium, pro suo interesse, D. Stryk *de commun. appell. c. 4. n. 57. cum seqq.* imò licet neque adhæserit alterius appellationi, tamen is illam prosequi

potest appellationem ab alio interpositam, *L. 5. §. 2. de appell.* Stryk *de commun. appell. c. 2. n. 62. cum seqq.* conf. Textor *in Disp. de benefic. adhærend. appellat. Disp. XXXVII. in Vol.* D. Frantzkii *Disp. Gies. de commodis & incommodis ex adhæsione appellationis in partes litigantes redundantibus occasione L. fin. C. de appellat.*

CAP. X.

De Attentatis.

SUMMARIA.

§. 1. Effectus appellationis est suspensio jurisdictionis, &, quicquid fit intra decendium & post appellationem, est attentatum & revocandum, ubi formulæ petitionum simul exhibentur.

§. 2. Sed tamen in sententia demum principali, si non notorium, interdum cessat & in scriptis peragitur processus.

§. I.

IN Ducatu Würtembergico supplica pro decernendis plenariis appellationis processibus, citatione, inhibitione & compulsorialibus &c. haud necessaria est, neque processus ita decernuntur, uti in supremis Imperii Dicasteriis ac Judicis Provincialibus, Rothwilano aliisque in usu est, sed quam primum appellatum est, ad supremum tribunal. appellationum, omnes judices primæ instantiæ in toto Ducatu provocationibus deferre

deferre, acta tradere & ab omni cognitione & executione quiescere debent, id quod in Juribus & Rescriptis ipsis graviter injunctum legitur. interdum tamen, si judex vel partes attentant, cumprimis, si Dicasterium haud convocatum, ad læsæ partis petitionem inhibitoriales ad judicem à quo vel præfectum bene decerni possunt, id quod docent *Nro. 485. & 494.* sicuti compulsoriales *c. 8. §. 5.* De jure quoque comuni effectus interpositæ appellationis, ratione judicis à quo, per se patet & in eo consistit, ut ipsius jurisdictio, quoad illam causam, suspendatur, illeque statim manus ligatas habeat, *L. 1. §. fin. ad St. Turpill. L. pen. de appell. & L. 3. & 32. Cod. ibidem. c. 7. eodem in 6to.* Blum *in proceſſ. Camer. tit. 53. §. 10. & seqq.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 1. ad tit. π. nihil innovari appell. interp.* ubi ampliat, licet inhibitio nondum emanaverit, vid. D. Klein. *Disp. de inhibit. jud. in caus. appell. c. 1. n. 16. seqq. & c. 3. n. 7.* aut quamvis superior informationem ab illa requisiverit & nondum illam receperit, aut judex inferior plane frivolam putaverit, sicque apostolos refutatorios dederit; Judex enim superior de eo judicare debet, an appellatio recipienda nec ne? Besold. *de appellat. c. 11. §. 1.* Brunnem. *in proceſſ. civil. c. 28. num. 54. cum seqq.* Mevius *p. 3. dec. 74.* Ziegler *in Dicastice concl. 52. §. 7.* quod si tamen judex de facto appellationem rejecerit, à rejecta appellatione denuò ob novum gravamen appellandum est, D. Stryk *in introduct. ad prax. For. c. 23. §. 9.* Brunnem. *in Proceſſu civili c. 28. num. 54.* Mynsinger *cent. 2.*

cent. 2. obs. 49. ibique Fabritius. Besold de appellat. c. 11. §. 1. Mevius p. 5. dec. 218. Ludovici in der Einleitung zum Civil-Proceß c. 33. §. 9. imò à rejectionis rejectione & ita consequenter iterum appellandum esse tutius judicant, quamvis ad parcendos sumtus & ne circulus in infinitum fiat, semel pro semper ab omnibus ferendis sententiis rejicientibus appellationem provocandum esse cautelæ loco commendant; Sin autem appellatio repulsa sit, & quis appellationem à rejectione omiserit, judex ad quem nihilominus appellationem admittere valet, ita ut deinde in supremo judicio justificari queat Mevius p. 5. dec. 219. Brunnem. ad L. pen. n. 8. de appell. recip. cùm judex à quo super appellationis devolutione judicare nequeat, neque propterea omissa appellatio à rejectione, privare queat appellantem appellationis beneficio, & insuper jurisdictio judicis à quo per appellationem jam suspensa sit. Hincque, si intra decendium & post factam appellationem J. P. W. p. 1. t. 72. pr. ejusque insinuationem c. 8. §. 1. à judice vel partibus N. vel Tto attentata facta & prior status immutatus, tunc post justificata formalia, Ord. Dicast. p. 3. t. 5. §. 8. Besold ad J. P. W. p. 1. th. 128. ubi ita judicatum dicit, ante libellum gravatorialem illa proponi possunt & reductio in pristinum statum petitur, cum refusione expensarum & damnorum, & sane, antequam pars attentans in causa principali auditur, restitutio est facienda, modò attentata statim probari queant & notoria sint, Ord. Dicast. p. 2. t. 3. §. 9. & p. 3. t. 5. §. 8. J. P. W. p. 1.

p. 1. t. 72. §. und deßwegen *& seqq.* & formari potest eapropter libellus attentatorum, Attentaten-Klag, sequentem in modum: P.P. Ehe-Appellant zur Haupt-Sache schreiten kan; so muß er Einen Hochpreißl. Dicasterio annoch in Unterthänigkeit anzeigen, wie daß Appellat sich unterstanden, inner denen zu Interponirung der Appellation in denen Rechten, angesetzten zehen Tagen, ihme Appellanten in seinem alleinigen Besitz der strittigen Wiesen zu turbiren, und das Heu, nach Innhalt der Urthel, einzuheimsen, wie die Anlag des mehreren ausweiset. Weilen aber nun auf diese Weise ein offenbahres Attentatum begangen worden; ein solches aber vor allen Dingen wieder aufzuheben, und alles in alten Stand zu setzen, wie es zur Zeit der ausgesprochenen Urthel gewesen; Als will Appellant Euer Gnaden ꝛc. unterthänig gehorsamsten Fleisses angeruffen haben, in puncto Attentatorum, zu erkennen und zu sprechen, daß die Attentata vor allen Dingen zu revociren und abzuschaffen, mithin der Appellat schuldig und gehalten seyn solle, vor Verhandlung der Haupt-Sache, das Heu also gleich wieder heraus zu geben, und alles wieder in pristinum statum zu setzen, sub refusione expensarum & imploratione, salva pœna fiscali. Ad hæc alter quæ utilia sibi credit, reponere & absolutionem petere potest, hoc modo: Welchem allem nach er Appellat Euer Gnaden, Excell. &c. gehorsamst und angelegentlichst ersuchet haben wolle, ihm von der wider ihn angestellten Attentaten-Klag, mit Wiederkehrung alles Kosten und Schadens, zu

ent-

entbinden, und Appellanten zu weiterer Handlung, wie sichs gebühret, anzuweisen. Sub Imploratione solita, deinde replicatur & duplicatur, si opus est Ordin. Dicaster. *p. 3. tit. 5. §. 20.* subsequitur deinde sententia vel condemnatoria, quales latæ in *Nro. 108. 552. 620. 645.* etiamsi à judice attentatum commissum *Nro. 620.* vel absolutoria ab attentatis *Nro. 251. & 1157.* apud Hæberlin, interdum partim absolutoria, partim condemnatoria, si ab utraque parte attentata adducuntur, *Nro. 552.*

§. II.

Quod si verò attentata non notoria neque in continenti probari, nec à causa principali commode separari possint, sed altiorem indaginem requirant, tunc rejiciuntur ad causam principalem *Nro. 661. 756. 965.* & 1723. den 17. April, pariter ita judicatum, sicque post prælectionem Actorum, cum causa principali, simul proponuntur, & deciduntur, ita ut petitum, in puncto attentatorum, cum principali conjungatur, Ord. Dicast. *p. 3. t. 5. §. 9.* J. P. W. *p. 1. t. 72. §. fin.* Besold. *de appell. c. 12. §. 5.* prout factum in causa Appellationis Stuttgardt, Johann Heinrich Eisenbachs, Handelsmann, Vorklägern Appellanten, wider Christoph Vogt, Gold-Arbeitern, Vorbeklagten Appellaten, A. 1709. den 25 Febr. ubi restitutio attentati, in sententia confirmatoria appellanti, simul injuncta & pœna 3. floren. 15. kr. dictata fuit, *Nro. 998.* uti quoque in *Nro. 645.*

645. 720. & 998. apud Dn. Hæberlin. Cessat quoque plane attentatum, si is, qui attentati incusatur, jure suo utatur & possessionem suam continuet, eamque tuetatur ac conservet D. Majer *in Disp. de attentatis c. 5.* D. Schweder *in Disp. de renunt. appell. §. 17. & 19.* Besold. *de appell. c. 12. n. 3.* Gail. *lib. 1. obs. 144. n. 10. & obs. 145. num. 1.* Mevius *p. 2. dec. 68. n. 7. & dec. 188. p. 7. dec. 156.* Blum. *in Proceſſ. Camerali tit. 32. n. 109. & tit. 53. n. 11.* uti judicatum den 10. Jul. A. 1652. in Remissions-Sachen, zwischen Herrn Burgermeistern und Rath zu Eßlingen, Klägern, und die beyde Clyster Adelbergische Flecken Zell und Altbach, Beklagten. Notandum hic quoque est, si punctus formalium in scriptis peragendus, & res extraneos concernat Ord. Dicast. *p. 3. t. 5. §. 8.* quod tunc etiam, punctus attentatorum, simul in scriptis tractandus sit, quia, antequam attentata ventilari possint, formalia justificata esse debent. Et ita in Dicasterio in causa Appell. von Göppingen, Burgermeistern und Gericht der Stadt Cantstadt, Vorklägern und Nachbeklagten Appellenten und Appellaten, contra Vogt, Pfleger und Meister des St. Catharinä Hospitals zu Eßlingen, Vorbeklagten und Nachklägern Appellaten, und resp. Appellanten, judicatum & A. 1718. den 28. Maji, punctus quoque attentatorum, formalium, & materialium, ad processum in scriptis peragendum, delegatus *Nro. 1207.* Uti quoque A. 1718. den 12. Martii, in causa Appell. von Stuttgardt, punctus attentatorum in scriptis tractatus fuit. Interdum sententiæ

tentiæ devolutoriæ jungitur punctus attentatorum *Nro. 552.* vel causa simul ad judicem à quo remittitur, *Nro. 620.* Interdum, mit dermaliger Beyseitsetzung des Puncti attentatorum, ocularis inspectio & probatio decernitur, ubi acta statt der Gravatorial-Klag und Litis-Contestation, pro prælectis accipiuntur, juxta formulam *Nro. 1127.* vel interdum attentata ad causam principalem remittuntur, hoc modo: Wird die erhobene Attentaten-Klag forderist zu Erörterung der Haupt-Sache ausgesetzt, sodann werden die Appellations-Acten, statt der Gravatorial Klag und Litis-Contestation, vor verlesen angenommen, und ergehet darauff, wegen gebettenen Augenscheins, Beweises und editionis documentorum der Bescheid, daß hiernächst ein ordentlicher Augenschein. durch hierin Dicasterialiter bestellende Cemmissarios, mit Zuziehung beaidigter unpartheyischer Bau-Verständiger, auf Kosten des Nten, so bald möglich, eingezogen werden, sodann was sonsten beede Theil auf Articul und Frag-Stück ꝛc. ꝛc. und darbey der T. seine Hauß-Brieffe und Documenta, so er einige deren in Handen, dem Commissario, zu Extrahirung der hierzu dienlichen Stellen, vorzulegen schuldig seyn solle. Uti A. 1745. den 13. Sept. in der Appellations-Sache von Stuttg. Kieß, contra Wölffing pronuntiatum.

CAP. XI.

CAP. XI.

De cautione, sequestro, arresto & decreto provisionali.

SUMMARIA.

§. 1. An Cautio, &
§. 2. Sequestratio peti possit, & quousque item arctum; cum limitat.
§. 3. Quando decretum provisionale locum habeat?

§. I.

INterdum quoque ante factum vel statim cum facto, ante prælectionem actorum, utpote cujus petitio tunc differenda, & ante litis contestationem, in secunda instantia, petitur cautio, maximè si in prima instantia omissa ejus petitio, quod si enim cautio in prima instantia præstita, durat utique in secunda, Mevius *p. 1. dec. 91. n. 8. & p. 3. dec. 396.* ubi de cautione judicatum solvi id affirmat, & tunc quæritur, an recte hoc fiat & jure cautio peti queat? id quod procuratorium secundæ instantiæ extans in J. P. W. *p. 1. tit. 16. pag. 90.* & Ord. Dicast. *p. 1. t. 8. p. 22.* ibi: Caution des Rechtens thun: und dergleichen von meinem Wiedertheil begehren: affirmare videtur, nisi quis hæc verba relativa, ad cautiones judicatum solvi, de rato, vel ad proximam &c. restringere & ex jure communi, explicanda, rectius dicere & de casu singulari exaudire velit,

ubi de jure peti potest, quod nempe cautio tunc demum decernenda sit. De Jure enim civili Doctores hanc quæstionem ex eo negant, quia per appellationem causa deducitur ad eum statum, qui fuit tempore litis contestatæ, non, qui ante litem contestatam fuit. *L. 1. §. fin. ad SCt. Turpill.* Mevius *p. 5. dec. 264.* vid. *c. 12. §. 6.* Cum igitur lis adhuc habeatur pro contestata, ideo exceptio cautionis non amplius opponi potest, omnes enim dilatoriæ exceptiones ante litem contestatam opponendæ sunt, & si quis has omiserit, litemque semel contestatus sit, illis renuntiasse censetur, ad quas renuntiatas non amplius datur regressus, J. P. W. *p. 1. t. 33.* §. solch und dergleichen ꝛc. arg. *L. 13. C. de procurat.* ibique Brunnem. *n. 9.* & Sichardus *n. 13.* Besold. *de appellat. c. 13. §. 2.* Mevius *p. 1. dec. 137. p. 6. dec. 139. p. 4. dec. 204.* Brunnem. *de Proceſſ. Jur. Civil. c. 28. n. 86.* Carpzov. *de Proceſſ. t. 18. art. 6. n. 36. cum ſeqq.* Zanger *de except. c. 22. n. 5.* Ego *in Dec. 129. n. 3.* & quia Exceptionum saltem petemtoriarum oppositio cum Litis contestatione vel post illam permittitur in secunda instantia J. P. W. *p. 1. t. 23. §. fin.* Ord. Dicast. *p. 3. t. 5. §. fin. & t. 21. §. 4.* ideò dilatoriæ excluſæ censendæ, Ita A. 1699. cautio petita, ob possessionem bonorum immobilium, denegata, iſt hiemit förderiſt das in pcto cautionis gethane Begehren, als ohnnöthig, abgeſchlagen *Nro. 738.* & A. 1726. den 5. Jun. denuo denegata cautio, adeo ut sufficiat, si in toto Ducatu possessionati sint, cum summum hoc tribunal nomine Sereniſſimi suam jurisdictionem

in

in toto Ducatu exerceat & executionem decernere queat, *c. 1. §. 30.* quo caſu ſufficit poſſeſſio in toto Ducatu, juxta tradita Strykii *§. 9.* Böhmer & Ludovici *n. 6.* Lauterbach §. *19. qui ſatisd. cog.* hincque J. P. W. *p. 1. t. 20.* §. ob aber ꝛc. reſtringi debet ad inferiora judicia, ſicque differentia hic ſe exerit: Pariter A. 1715. den 19. Septembr. wurde die Caution, als unſtatthafft, abgeſchlagen, quia in appell. ceſſat, neque ſtatus interim mutatus fuit, & inſuper debuiſſet cautionem juratoriam ob paupertatem præſtare, cum tamen quæſtio fuerit de perſona infami antea ſtuprata, cui juramentum non concreditur: niſi exceptio dilatoria ita comparata, ut, poſt litem conteſtatam etiam opponi queat, Mevius *p. 4. dec. 404. & p. 5. dec. 188.* Brunnem. *ad L. 13. n. 8. cum ſeqq. de procurat. & de proceſſ. d. c. 28. n. 86.* vel juſta cauſa diſſipationis & fugæ ſuſpicio ſupervenerit, vel ſi bonis labatur vel alia juſta cauſa adſit, Mevius *p. 4. dec. 364.* conf. Mevius *p. 2. dec. 244. n. 5.* D. Stryk *in uſu moderno* §. *1. ſi quis caution. in judic. ſiſtendi cauſa.* Sic in cauſa appellationis von Marbach, Waldburga, Hanns Michel Starcken, Burgern zu Fellbach, Eheweib, & Conſorten, Beklagten Appellanten, contra Margaretham, Michel Dieterlens, Burgers zu Waiblingen, Eheweib & Conſorten, Klägern Appellaten, A. 1716. den 27. Maji, ratione hæreditatis, alicujus cognati abſentis per multos annos, ab appellantibus poſſeſſæ, cautio realis à 1000. thal. denegata ſequeſtratione, fuit injuncta, ex illa ratione, quia cognati appellan-

tes, ut Curatores absentis, nullam præstiterunt cautionem, & absenti non satis ita erat prospectum, uti quoque in binis casibus, administratio bonorum absentis concessa, gegen leistender gnugsamen Caution in *Nro. 580. & 613.* apud Hæberlin. confer. B. D. D. Harpprecht *in Disp. de caut. jurat. th. 55.* B. D. Bardili *in Disp. de curat. bon. absent. th. 25. & 26.* & D. Stryk *de succeff. ab intestato D. 3. c. 1. §. 3.* &, ob metum dissipationis hæreditatis, cautionem judicatum solvi vitrico in causa liberorum injunctam testatur, Mevius *p. 1. dec. 177.* & in casu *Nro. 221.* A. 1677. cautio juratoria, zweyen Schwerdtfeger-Gesellen injuncta. Judex quoque pendente appellatione cautionem securitatis causa injungere & necessaria disponere potest, Mevius *p. 2. dec. 344. n. 5.* In nonnullis quoque locis per statuta receptum est, ut appellans juramentum malitiæ de non frivole appellando præstet, & insuper cautionem det Brunnem. *in Processu Civili c. 28. n. 64.* Mevius *p. 4. dec. 225. & dec. 364.* Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 33. §. 22.* quod in nostro Ducatu minime necessarium est, nisi quod in statutis Acad. *c. 10. §. 2.* juramentum appellationis requiratur. In causis quoque remissionum, ceu primæ instantiæ, vid. *c. 20.* ante litem contestatam absque dubio, pro re nata, cautio peti & decerni potest, arg. *J. P. W. p. 1. tit. 20.* uti concluſum A. 1726. den 5. Jun. in der Wochenauerischen Remissions-Sache contra die Stadt Heydenheim. Sic porro ratione terminorum solutionis A. 1710, ob paupertatem cautio sufficiens

decreta

decreta *Nro. 1027.* D. Frommann *in Disp. de jure retractus Wurtemb.* §. *73.* Lyncker *Dec. 222.* ac A. 1686. in *Nro. 450.* conjuncto cautio, se curaturum & effecturum, ut ratihabitio gestorum subsequatur, admissa fratris pro fratre in militia existente & absente. De cautionibus de non turbando in servitute itineris actusque *Nro. 527.* & de non offendendo *Nro. 878.* evolvi & legi potest; de cautionibus de rato, ad proximam & judicatum solvi, pluribus *cap. 4.* §. *8. 11.* & *12.* actum.

§. II.

Sequestratio quoque judicialis, uti in prima instantia, tanquam species executionis, regulariter prohibita est, nisi justissima adsit causa & plura concurrant requisita, J. P. W. *p. 1. t. 80. L. un. C. de probib. sequestrat. c. 1. x. de sequestr.* Struv. *Exerc. 21. th. 50. cum seqq.* Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 173.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. pract.* §. *17.* & *seqq.* & Dn. Stryk. *in usu moderno §. 14. cum seq. ad tit. π. depos.* B. D. Harpprecht *in Consil. 70. n. 181. cum seqq.* Leyser *spec. 177.* Ego *in dec. 20. n. 3.* & *4.* & *dec. 21. n. 4.* & *Vol. 8. Conf. 79. n. 38. seqq.* Ita à Judice à quo, pendente appellatione, plane decerni nequit, adeò ut eo ipso attentatum commissum esset, modo appellatio legaliter facta, & introducta coram superiori Judice, vel insuper introductio judici à quo intimata, cùm ejus officium per appellationem extinctum sit *L. ab execut. C. quorum appell. non recip. L. 1.*

§. fin. ad St. Turpill. Joh. Gœdd. de sequestr. possess. c. 3. n. 21. cum seqq. Scaccia de appell. Q. 17. lim. 6. m. 2. n. 17. Brunnem. ad L. un. n. 13. C. de prohib. sequestr. B. D. Harpprecht Consil. 70. n. 171. seqq. & Consil. nov. 1. n. 834. usque ad n. 842. Neque in arresto aliud dicendum, juxta Mevium p. 2. dec. 344. neque Judex secundæ instantiæ sequestrationem decernere potest, nisi adsit justa causa v. gr. metus dissipationis & reliqua requisita, Gœdd. c. 5. cas. 12. n. 65. Besold. ad J. P. W. p. 1. th. 173. Mevius p. 7. dec. 160. & p. 9. dec. 88. & 89. Besold. de appellat. c. 12. §. 4. D. Harpprecht Cons. 64. 87. & 97. Resp. 98. n. 254. & Consil. nov. 68. n. 55. seqq. Et ita sequestratio A. 1716. den 28. April, in causa Appellationis von Neuenbürg, Jacob Goßweiler, Müllern, Klägern Appellanten, contra Johann Jacob Erhard, Herrenalbischen Pflegern zu Vayhingen, und Consorten, Beklagten Appellaten, & den 27. Maji, in supra allegata causa in Dicasterio denegata fuit, & A. 1724. den 25. Aug. in causa appellationis von Backnang, Pfleudern contra Gruner, denuo denegata, cum sequestratio in prima instantia rejecta, neque nova causa & mutatio interim facta & probata fuit.

§. III.

Denique interdum decretum provisionale sive interimisticum peti potest, quod vero haud indistincte locum invenit, sed si actor est pauper, reus autem dives, ita ut actor pro se præsumtionem

nem certam pugnantem habeat, & condemnatio rei ad minimum ex parte aliqua fere certa sit, tunc demum judex ad decernendum hoc decretum devenire, conf. *L. 27. §. 3. de inoffic. testam. L. 7. C de ordin. cognit. c. 11. x. de accusat.* v. gr. si bona communia aliquo modo probet, & adversarium non solum ad alimenta sed etiam ad sumtus litis suppeditandos condemnare potest Temmen. *de lit. expensis c. 6.* Ludovici *in Disp. de expens. litis actori à reo subministrandis.* Leyser *in Disp. de jure litigandi sumtibus alien. & spec. 323.* Stryk. *Disp. de decreto interimistico c. 2. n. 217. seqq. & introduct. ad prax. Forens. c. 1. §. 24.* cumprimis autem in causis stupri sæpius decernitur, si nempe reus concubitum fatetur, sed exceptionem illam vulgarem opponit, se non esse solum patrem, plures eam accessisse & cum ea stuprum commisisse, quoniam ex concubitu contra eundem oritur præsumtio, quæ facit, ut pro patre tamdiu habeatur, donec contrarium ostenderit, Stryk. *in usu moderno §. 22. ad L. Jul. de adult.* Bardili *in Disp. de satisfact. stupratæ pag. 53. p. 1. m. 7.* Dn. à Lyncker *dec. 113.* modo tempus partus legitimum congruat, Leyser *spec. 323. med. 5. & 6.* Dn. à Wernher *Vol. 1. p. 1. obs. 63. pag. 80. & Vol. 4. p. 6. obs. 395. pag. 643.* Et ita in Supremo Dicasterio in causa appellationis von Tuttlingen, Haffa, contra Rackin, A. 1722. den 19. Maji, ubi antea A. 1721. den 8. Septembr. probatio permissa, neque tamen peracta, sed appellans contumaciter emansit, judicatum, & peremtoria citatio decreta, cum eventuali condemnatione

in expensas & pœna 10. floren. addito decreto provisionali, de solvendo 25. flor. pro præterito & in futurum annuatim 12. fl. 30. kr. pro alimentatione infantis. Similiter A. 1724 den 9. Septembr. cum N. contumaciter emansit, & terminus probatorius lapsus fuit, per decretum provisionale alimentatio stupratori extrajudicialiter injuncta fuit: Formula petitionis talis esse potest; Alldieweilen N. den concubitum eingestandeu, und dannoch sich bloß allein in der Absicht auf Beweiß gelencket, damit er der Sachen Ausgang aufhalten möge, (ja noch über diß den erlaubten Beweiß versaumet, und in dieser Juridica gar contumaciter anssen geblieben) die Rechten aber solchenfalls heilsamlich verordnen, daß ein Stuprator entzwischen die Alimentation des Kinds über sich zu nehmen und zu entrichten habe, als ergehe ꝛc. das unterthänige Bitten, N. provisorio modo in Gnaden zugleich entzwischen mit aufzuerlegen, daß er biß zu endlichem Austrag der Sache jährlich 12. fl. 30. kr. pro alimentatione futura zu bezahlen, und die zwey verfallene Jahrgäng mit 25. fl. nachzuhohlen schuldig und gehalten seyn solle, (als bitte T. den N. pro contumace zu erklären, eine anderwärtige Citationem peremtoriam zu erkennen, und ihn zu Bezahlung der Unkosten dieser Juridicæ, salva pœna fiscali, anzuhalten, sodann zugleich per decretum provisionale Ihn mit anzubefehlen, ꝛc. daß ꝛc.

CAP.

CAP. XII.

De Litis denunciatione, nominatione, adcitatione, & interventione.

SUMMARIA.

§. 1. Agit de Litis denunciatione, quæ locum habet contra authorem, si possessori ex titulo oneroso res jure evincitur ad evictionem præstandam, fitque per literas patentes, ubi de extrajudiciali denunciatione simùl tractatur, & subjicitur formula petendi & decernendi; Locum habet in appellatorio, modò defensio adhuc integra sit.

§. 2. Nominatio autoris fit à nudo detentore antè litem contestatam, si actione reali vel in rem scripta pulsatur, & verus dominus convenitur, & possessor alieno nomine ab observatione Judicii absolvitur; vix locum habet in secunda instantia, nisi in causis remissionis, vel si ab interlocutoria appellatum; Sin post litem contestatam demùm opponatur, degenerat in litis denunciationem.

§. 3. Adcitatio decernitur, ob connexionem causæ, & interesse aliquo modo probatum, ut inevitetur exceptio plurium heredum, interessentium & consortum. Afferuntur sententiæ illam concedentes & denegantes, nec non formulæ petendi.

§. 4. Sistit interventionem voluntariam, quæ in secunda instantia fieri potest, vel adhærendo post decendium quoque, vel separatim intra decendium appellare licet, currens à tempore scientiæ intervenientis; in accessoria interventione res in statu, quò est, assumenda; subjiciuntur formulæ sententiarum & petitionum.

§. 5. Principalis interventio pro suo interesse separata repellit reum vel actorem planè à judicio. Interdùm interventio fit ad sistendam executionem. An & quatenùs res inter litigantes acta intervenienti præjudicant, disquiritur.

§. I.

SIcuti in prima instantia, præter actorem & reum, aliæ plures personæ liti interdùm interveniunt, simulque litigant; ita in secundâ quoque instantiâ, ultra appellantem & appellatum, alii collitigantes, secundùm ordinem processûs, sæpè intercedunt, I. Huc referuntur venditores & in genere authores, à quibus emtor vel permutans aliusve rem ex titulo oneroso accepit; Quando enim emtori, permutanti, aliivè novo acquirenti tertius rem legitimè comparatam, ob jus potius, & ex causâ possessionem ejus antecedente, evincere conatur; tunc possessor litem auctori suo denunciare, vel auctorem suum laudare debet. Lauterbach & omnes Doctores, qui *ad tit. de evict.* scripserunt. Nicol. Burgund. & Joh. Anton. Mangilius, Casp. Caballinus, Alph. de Guzmann, *in Tract. de evict.* ut nempè auctor in Judicium veniat, causam instruat, denuncianti adsistat, eundemque adversùs actorem suis sumtibus defendat, J. P. W. *part. 2. tit. 15.* §. und soll ꝛc. & §. nach solcher ꝛc. Quodsi enim hæc denunciatio Litis omissa, amittit regressum contra suum auctorem, J. P. W, *p. 2. tit. 15.* §. und soll ꝛc. Lauterbach *§. 34. & 40. de Evict.* Et quidem Emtor, si lis ipsi mota, per

per implorationem nobilis officii Judicis, petere debet, ut Judex venditori vel auctori per publicam scripturam testato insinuandam, durch ein offenes Patent, denunciet, simulque libellum transmittat, aut ejus tenorem denunciationi inserat, ut auctor de lite mota ejusque qualitate certus fiat, seque ad litem præparare queat, J. P. W. *p. 2. tit 15. §. pen.* ibique Plebst *th. 146.* Besold *th. 69.* Lauterbach *§. 31 de evict.* Qualem judicialem denunciationem itidem de jure exigunt Brunnemann *ad L. 53. n. 7.* Stryk *§. 18. de Evict.* Lyncker *resol. 268.* Quamvis alii extrajudicialem haud planè rejiciant, D. Hatpprecht *resp. 98. n. 108* Tutius ad minimum judicialis adhibetur denunciatio, & ad stylum Curiæ & Ordinationes judiciales cumprimis hîc respiciendum. In hunc modum Laudatio auctoris & denunciatio litis per literas parentes in Sententiis Dicasterialibus decreta apud Dn. Hæberlinum in *Nro. 108. 215. 370. & 973.* hisce formalibus: Daß die an Appellaten gethane Anforderung und Kriegs-Rechtens, umb denen Appellaten in diesem Proceß zu assistiren und zu vertretten, durch dieses Hochgerichts offenen Brieff dem Titio hiernächstens verkündet werden solle, & No. 973½. & in specie Cameræ reddituum, der Fürstl. Renth-Cammer, lis denunciata in *Nro. 485. 1203.* ubi formula Literarum patentium exhibetur. Uti quoque A. 1692. Ordinum Provincialium liberæ electioni relictum, an liti assistere velint, his verbis: Auch Einer Ehrsamen Landschafft, ob sie auf der Klägere Begehren sich in hanc litem einlassen

lassen wollen, frey und bevorstehen, ac A. 1723. den 11. Maji, ita pronunciatum: Auch des verstorbenen Eberhard Friderichs von M. hinterlassenen Erben die von Nten geschehene Litis-Denunciation per subsidiales notificirt, und dieselbe zu seiner Zeit adcitirt werden sollen. Et A. 1709. ita judicatum in *Nro. 1001.* Sodann der Tische Autor Ummenhofer, umb ihme dem Appellaten in diesem Rechts-Stritt zu assistiren, hiernächstens sub pœna præcluſi nochmahlen citirt werden solle. Uti è contra in *Nro. 63.* citatio denegata: Sodann denen Klägern Appellanten ihr gethanes Petitum, in puncto denunciationis laudandorum, abgeschlagen ꝛc. ex multis namque capitibus evictionis præstatio cessat, in quibus casibus Litis denunciatio superflua est, Lauterb. *§. fin. de Evict.* De cetero, quod hæc litis denunciatio in prima & secunda instantia fieri queat, non ignoti juris est; J. P. W. *p. 2. t. 15.* §. inmassen ꝛc. modò autori integra adhuc defensio & probatio adhuc salva, neque testes mortui sint, sed facultas jus deducendi denunciato non sit ademta, Müller *ad Struv. Exerc. 27. th. 28.* Schöpffer *n. 15.* Joh. Voëtius *n. 23.* Stryk. *in usu moderno §. 20.* & Lauterbach *in Colleg. theor. practic. §. 33. ad tit. ff. de evict.* Mevius *p. 7. dec. 400.* Hinc denunciatio Litis periculosa redditur, si ad secundam instantiam servatur, Wernher, *p. 1. obs. 252.* Quomodo petitio fieri debeat, ex sequenti patebit formula: Nachdeme Tten wegen der von Hochfürstl. Renth-Cammer erhandelten Güther angefochten werden, und solche Appellanten

lamen als ihr Eigenthum ansprechen und vindiciren: in denen Rechten aber wohl versehen, daß ein Verkäuffer Eviction und Gewährschafft zu leisten schuldig seye, J. P. W. *p. 2. tit. 15.* als finden Appellaten sich gemüßiget, Hoch-Fürstlicher Renth-Cammer, wie hiemit in bester Form Rechtens beschiehet, litem zu denunciren, und Euer Gnaden ꝛc. unterthänig-gehorsamst zu ersuchen, gedachter Hochlöbl. Renth-Cammer sothane Anforderung und Krieg Rechtens, durch offene Briefe ohne Anstand zu verkündigen und fürzuladen, damit sie in diesem Processs denen Appellanten assistiren, und auf ihre Kosten zu vertheidigen, auch bey dem Kauff erhalten möge, sub solita Implorations. Hi collitigantes nominantur in processu litis-denunciant, & denunciat.

§. II.

Cum denominatione Litis & authoris laudatione cognationem quandam habet II. nominatio auctoris fundata in *L. 2. C. ubi in rem actio exerceri debet.* ibique Lauterbach *in tota Disp. de nominatione.* adeò, ut nonnulli hæc duo planè confundant negotia, & pro uno eodemque accipiant, Confer, Berlich. *P. 1. concl. 24. num. 140.* ubi sex enumerat differentias, quæ inter nominationem & litis-denunciationem intercedunt. Et locum habet nominatio, si nimirùm quis alieno nomine, ex causâ ad dominium transferendum non habili, rem nudè detinet, & actione reali vel personali in rem scripta convenitur,

petere

petere ſanè poteſt, ut ex proceſſu dimittatur, dominus vocetur & conveniatur, ut intentionem actoris excipiat, & ut judicium à ſe in verum poſſeſſorem transferatur, ſicque detentor ab obſervatione Judicii, von dieſem Gerichts-Zwang, abſolvatur, Stryk *introduct. ad prax. For. cap. 13. §. 1. ſeqq.* Knorr in der gründl. Anleitung zum *Proceß c. 28.* Schaumburg *in princip. prax. jurid. judiciar. lib. 1. ſect. 2. c. 6.* Lauterbach *§. 10. de R. V. & §. 28. de Evict. & cit. Diſp. §. 11. ſeqq & §. 27.* Cùm autem hæc exceptio antè omnes alias exceptiones & antè litem conteſtatam opponenda, cum ſit quaſi exceptio fori declinatoria, Lauterbach *cit. Diſp. §. 18.* vix in ſecunda inſtantia occurrit, cùm per appellationem res non reducatur ad ſtatum antè litem conteſtatam, *L. 1. §. fin. ad SCt. Turpil.* hincque exceptiones dilatoriæ antè litem conteſtatam opponendæ in appellatorio haud admittantur, *cap. 11. §. 1. & c. 12. §. 6.* niſi quis hæc applicare velit ad cauſas remiſſionis, ceu primæ inſtantiæ, vel ſi ab interlocutoria in puncto incidenti antè litem conteſtatam appellatum, & cauſa ob ſententiam reformatoriam latam ibidem retenta. Quodſi autem quis, poſt litem conteſtatam vel ſententiam, hanc demùm exceptionem opponere, & dicere vellet. quod v. gr. hoc prædium, de quo litigatur, ſuum haud ſit, ſed ad fratrem ſuum quoad dominium ſpectet, nominatio effectum transferendi judicium amplius non habet, ſed ad illum effectum ſolummodò prodeſt: ut author nominatus liti obmotæ adſiſtat; obtulit enim eo

ipſo

ipso se liti, hincque habetur pro ficto possessore, *L. 13. §. 13. L. 45. de heredit. petit. L. 25. cum seqq. de R. V.* cùm secum litem contestari passus sit, neque allegaverit, rem alienam esse, Mevius *p. 3. dec. 98.* Brunnemann *in Processu Civili cap. 11. n. 3.* Schaumburg *§. 2.*

§. III.

III. Huc spectat adcitatio ex justa causa & ob connexionem litis facta. Quando enim partes in prima vel secundâ instantia sciant, esse aliquos, qui pariter in re petita interesse prætendunt, curent, ut ipsi adcitentur ad illam causam, & suum jus doceant, ne posteà de novo cum illis litigare necessum habeant, sed cœpta lis unâ sententiâ finem accipiat, Gail. *lib. 1. obs. 70. n. 27.* Brunnem. *in Proceſſ. Civil. c. 13. n. 1.* Berlich *p. 1. concl. 25. n. 34.* Ita fidejussores conventi petere solent, ùt simùl citetur debitor, hique appellantur adcitirte. Uti in causa Appellationis von Heydenheim, zwischen des Hospitals Pflegern zu Geißlingen, Stadt-Ulmischer Herrschafft, Anwalden, Klägern, Appellanten, eines, sodann Jung Hanns Jacob Rauen seel. gewesenen Burgers zu Heldenfingen, Heydenheimer Amts, sämtl. Schuldglaubigern in Actis benannt, Beklagten, Appellaten, andern, und Niclaus Bucken von dar, adcitirten, dritten Theils, factum, hicque A. 1712. den 12. Sept. ut possessor prædii pro parte in Dicasterio adcitatus in sententia *Nro. 1104.* & causa A. 1718. den 4. Maji definitivè decisa

decisa est; ut ita exceptio plurium interessentium, heredum & consortum, evitetur, Stryk. *in introduct. ad Prax. For. c. 4. §. 8.* Rivinus *de except. dilat. c. 9.* Ego, *in Dec. 318.* cùm omnes litis consortes & heredes specialiter & nominetenùs citandi, Gail. *lib. 1 obs. 49.* Carpzov. *in Proceſſu tit. 7. art. 1. n. 56. & 63. seqq.* Mevius *p. 5. dec. 42. p. 8. dec. 50. 320. & 407.* Lauterbach *§. 32. & 36. de in jus vocand.* Grube *in proceſſ. cap. 10. m. 25.* Wildvogel *Disp. de lit. consort.* Econtra, ob deficiens interesse, si ad minimum summariè probari nequit, adcitatio haud rarò denegatur; ita A. 1745. den 8. Septembr. in causa appellationis von Urach N. hinterlassener Kinder und Erben, Klägern, Appellanten, contra Herrn N. Beklagten, Appellaten, talis interlocutoria adcitationem denegans lata: wird hiemit vorderist die Tischer Seits gebettene adcitatio abgeschlagen, und sollen die Parthien in Sachen ferner, wie sich gebühret, procediren. Quamvis enim pars appellans actionem in factum in prima instantia haud institutam contra Magistratum sibi reservare vel instituere voluerit, ob non adhibitam debitam diligentiam & curam circa confectionem testamenti judicialis; J. P. W. *part. 3. tit. 1. in fin.* Reformat. Polit. *de A. 1512.* von *Notarien. tit.* von Testamenten. *§. 12.* Rivinus *in Disp. de culpa ab uno Collegarum commissa à toto Collegio præstanda, §. 8.* Hæc tamen petitio adcitationis præmatura & non fundata visa fuit, cùm sententia primæ instantiæ testamentum judiciale validum pronunciâvit, adeò, ut nullum præsens damnum

hactenùs

hactenùs adfuerit, sed eventus litis primariò expectandus fuerit. Et quamvis per sententiam reformatoriam testamentum annullatum fuisset; læsio tamen superveniens hocque futurum gravamen adcitationem vix fundare valuit, maximè, cùm deindè actio in factum, ob varias intercedentes circumstantias & difficultatem probationis, diverso & separato processu agitari debuerit, & Magistratus anteà pro sua defensione plenè audiendus fuerit. Similiter A. 1726. den 17. Maji adcitatio petita, ob deficiens interesse, in sententia planè præterita & silentio omissa fuit. Hæc adcitatio peti potest sequenti formulâ: Es erscheinen, der ergangenen Citation die unterthänigste Parition zu laisten, des Geistl. Hospithals Pflegere Syndici N. N. Klägere, Appellanten; und wie Sie ihre Person durch das ohnmangelhaffte und extrajudicialiter dem Gegentheil und dessen Patrono causæ vorgezeigte und hiemit gehorsamst einlegende Syndicat genugsam legitimirt: also erwarten sie auch nunmehro die Gegnerische Legitimation. Hâc quoque factâ, pergunt breviter: Es haben sich zwar die Schuldglaubigere legitimirt, aber der Niclaus Buck, welcher den grösten Theil des strittigen Guts besitzt, und von dem Rauen erhandelt, seye nicht mit-erschienen. Weilen nun aber Löbl. Hospital das gantze Guth, als ein Schupff- und Fall-Lehen, anspreche, welches ohne Consens des Hospitals weder mit verkaufft, noch mit Schulden beschwehrt werden können, und was Rechtens in einem Theil seye, das gelte auch ohnstrittig in toto, arg. L. 76. de

R.V. so, daß dem Hospital nicht zuzumuthen seye, wider diesen Besitzer hernach erst wieder einen besondern kostbaren Proceß anzufangen; also wollen Sie Ewer Gnaden ꝛc. gehorsamst-Rechtlichen Fleisses hiermit ersucht haben, ihne Bucken in Gnaden adcitiren zu lassen, und zur Mitverhandlung dieses Processes anzuhalten. Desuper nobile Officium Per Illustris Dn Judicis decenter & omni meliori modo anruffend.

§. IV.

Sicuti autem hæc adcitatio à nonnullis interventio necessaria sivè provocata appellatur; ita alia voluntaria dicitur; sicque duplex interventio est, voluntaria nempè & necessaria; Brunnem. *in Proceſſ. Civil. c. 13. §. 1.* quamvis hanc divisionem improbet Schwendendörffer, *ad Proceſſ. Fibig. p. 1. c. 2. m. 3. §. 11. 12. 226. pag. 448.* Hæc igitur interventio voluntaria IV. in secunda quoque instantia fieri potest; Mevius *p. 4. dec. 405.* Mauritius *in Diſp. de Jure intervent. §. 37. & ſeqq.* Berger *in Elect. diſcept. For. pag. 446. ſeqq.* Disp. Argent. Dan. Schereri, *de Intervent. tertii in judicio th. 17.* cum appellatio vim sententiæ, totamque causam hactenus resolvat, atque ad tempus litis contestatæ reducat, sicque ea, quæ licent in prima instantia, etiam liceant in secunda instantia. Joh. Voëtius *n. 36. de judic.* modò interveniens interesse pertinens & connexum, neque à causa principali alienum & separatum, summariè licèt, non plenè, probet, Bocer *class. 6. disp. 5. th. 27. ſqq.* Brunnem. *c. 13. n. 4. ſqq.* Mauritius, *§. 39.*

Ludo-

Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß, c. 37. §. 3.* Mevius, *P. 5. dec. 57.* & *P. 4. dec. 342.* cùm exceptio, Tua non intereſt, repellat omnem agentem, *L. 36. de R. I.* D. Harppr. *reſp. 80. n. 142. ſeqq.* & *Conſ. nov. 11. n. 181.* & exceptio haud demonſtrati intereſſe opponatur, Rivinus *de except. c. 45.* Et quidem, ſi victus in prima inſtantia appellationem debitè interpoſuit, interveniens, ob intereſſe veriſimiliter demonſtratum, appellationi intra decendium absque dubio ſtatim vel per ratihabitionem adhærere, vel ſeparatim intra decendium appellare valet, licèt principalis illam omiſerit, *L. 4. §. 1. L. 5. de appellat.* Gail. *lib. 1. obſ. 122. n. 3.* Mynſinger *cent. 2. obſ. 21.* Mauritius *th 37.* Stryk. *in introduct. ad Prax. For. c. 23. §. 21.* & *Diſp. de commun. appellat. c. 4.* & Lauterbach. *§. 13. de appellat.* Hocque decendium non à tempore ſcientiæ Principalis, qui ſuccubuit, ſed ipſius tertii, qui intervenit & appellat, currit; cùm unicuique, cui appellandi jus eſt, decendium utile in Jure indultum ſit, *c. 8. §. 3* Prout ſentiunt Mauritius, *th. 40.* Stryk. *de commun. appell. c. 4. n. 52. ſeqq.* ubi plenam cum omnibus circumſtantiis requirit ſcientiam, ita tamen, ut, ſi uni parti, ob proprium ſaltem intereſſe ſecundarium, in lite aſſiſtat, ſicque minus principaliter & acceſſoriè interveniat, cauſam in eo ſtatu ſuſcipere debeat, in quo fuit, cum interveniret. *c. fin. ut lite pendent. in 6to.* Mynſinger, *cent. 3. obſ. 72.* Brunnemann. *n. 15.* Mevius, *p. 7. dec. 219. num. 9.* Joh. Voëtiùs, *n. 38. de judic.* Neque principalis appellationi in præjudicium tertii renunciare va-

let; Gail. *lib. 1. obs. 70. num. 11.* Stryk. *de commun. appellat. c. 4. n. 65. & 66.* sed appellans, invito & reluctante Principali, appellationem prosequitur, Dn. Franz. *Disp. Giess. de commod. & incommod. ex adhæs. appellat. in partes litigantes redundantibus, c. 3. §. 11. & c. 4. §. 2.* Minimè tamen hæc interventio accessoria & assistentia tàm arctis limitibus circumscripta est, sed etiam post lapsum decendium huic interventioni adhuc locus est, ita tamen, ut omnia facta appellantis approbare debeat, *L. fin. C. de appell.* Mevius, *p. 1. dec. 158.* Stryk. *dict. §. 21. & Disp. de commun. appell. c. 4. n. 57. & 64. seqq.* D. Schweder, *in Disp. de renunciat. appellat. §. 12.* Besold. *de appellat. c. 5. §. 3.* Mauritius. *§. 38.* ubi tamen benè addit, cautius illum agere, qui, ad evitendas cavillationes, intra decendium Judici à quo adhærendi propositum declaret, Franz. *cit. Disp. c. 4. §. 1.* Quod enim tertius appellationem à victo principali ritè interpositam, eo cessante, prosequi queat, exindè planum fit, quia omnis tertius ad prosequendam appellationem admittendus est, per *L. 9. §. 3. L. 5. § 2. & 3. de appellat.* licèt tertius haud appellaverit, neque etiam appellationem intra decendium ratam habuerit, Bocer. *class. 6. Disp. 5. n. 15.* Sententia enim per appellationem principalis jam suspensa, & libertas gravatis appellationem prosequendi & pro suo interesse interveniendi data est, ita ut nova appellatio haud necessaria sit. Gail. *lib. 1. obs. 70. num. 5. & obs. 126.* Stryk. *de commun. appellat. c 4. n. 62. seqq.* Neque aliud dicendum, si tertius interpositæ à Principali

cipali appellationi, ob intereſſe connexum, adhærere velit; tunc enim tertius, qui tantùm in gratiam & pro intereſſe alterius partis, & pro adjuvanda proſecutione appellantis, acceſſoriè accedere, & non tàm ipſe appellationem proſequi, quàm proſecutioni alterius appellationis adhærere vult, in quacunque parte Judicii audiendus, neque opus habet, ut intra decendium adhæreat vel ratificet appellationem principalis, cùm appellatio principalis ipſi proſit; Scaccia, *de appellation. q. 12. num. 75.* Græveus, *Pr. concl. 122. conſid. 2.* Dn. à Ludolf. *in Symphorem. tom. 1. conſult. For. 18. pag. 435. lit. C. & pag. 436.* Dn. Beſſerer, *in Diſp. Gieſſenſ. de intervent. poſt. ſentent. §. 3. & 8.* vel, ſi conſors litis & appellantis ſit, eò minus fatalia obſervanda, neque adhæſio intra decendium facta exigitur, ſed in quacunque litis parte fieri poteſt, *L. 1. L. 2. C. ſi unus ex pluribus.* Mindanus *de continent. cauſ. c. 16. §. 8. n. 10.* vid. *c. 8. §. 1.* Et ita interventio in Supremo Dicaſterio, ob veriſimile intereſſe, admiſſa in ſententiis allatis à Dn. Hæberlino, *Nro. 54. 228. 311. 375. 669. 838. 871.* hiſce formalibus: Wird in pcto Interventionis N. pro ſuo intereſſe bey dieſem Appellations-Proceſs, eingewandter Einreden ohngehindert, zugelaſſen oder admittirt, oder wird N. ſein Recht, ſo er bey dieſer Sache zu haben vermeynt, als Intervenienten zu deduciren zugelaſſen. Formula, quâ peti poteſt admiſſio intervenrionis, ſi alter contradicit, neque ſponte illam admittit, talis eſſe poteſt: Als will Titius unterthänigſt gebetten haben, ihne zur interven-

tion, wegen seines offenbaren Interesse, in Gnaden per interlocutoriam zuzulassen. Alter econtra, qui pugnat contra interventionis concessionem ita petitum formare potest: Bittet, den Gegentheil mit seinem Interventions-Gesuch ab- und zur Ruhe zuweisen, und solche per Interlocutoriam abzuschlagen, auch die Parthien zu weiterer Rechtl. Handlung anzuweisen; sub implorat, Et ita rejecta fuit interventio in *Nro. 749.* daß nehmlich Intervenientens Suchen nicht statt habe, oder daß der Intervenient in diesem Appellations-Proceß nicht zuzulassen, sondern abgewiesen seyn solle. Addat. Ludovici *in Proceſſ. Civil. c. 37. §. 4.* & *5.* Knorr, in der gründl. Anleitung zum *Proceß*, im *XXVIten* Hauptstück, *§. 2. seqq.* Dn. à Wernher, *p. 2. obſ. 473.* ubi alias formulas petendi, quoad causam principalem, afferunt. In causa principali sententia concipitur: sequentem in modùm: In der Appellations-Sache Titii, Klägern Nten, eines; so dann Caji, Intervenienten, andern; und Sempronii, Beklagten Tten, dritten Theils. *Nro. 88. 312. 648. 677.* & *Nro. 1092.* vel, cùm accessoriè intercedens principalem personam haud constituat, potest dici: mit Assistenz Mevii, oder Mevium, als Assistenten, drtten Theils; Uti 1723. den 3. Maji observatum. Addat. Ludovici, *c. 37. §. 9.* Bocer, *class. 6. disp. 5. th. 34.* Knorr, *§. 10. d. l.* ubi dicunt, quod accessoriè interveniens tertium litigantem non faciat, nec ut tertia pars in sententia exprimenda sit.

§. V.

§. V.

Probatio autem peti potest 1) puncto formalium, vel temeritatis *Nro. 961.* & tunc, ante prælectionem Actorum & libellum Gravatorialem & Litis-Contestationem hoc fit, & simpliciter probatio petenda est, neque addendum, quod Acta, pro prælectis accipienda sint, utpote quæ prælectio nondum necessaria est, in causa, de qua sub judice lis est, an devoluta sit, nec ne? Ordin. Dicast. *p. 3. t. 21. §. 5. & t. 9.* uti observatum in Dicasterio in causa Appellationis von Calw, Johann Michel Heldmayers, Klägers Appellanten, wider Michel Schrotten, Beklagten Appellaten, A. 1714. den 12. Jun. *Nro. 1122. & Nro. 51. 644. 698. 703. 734. 744. 767. 770. 1030. 1195.* rescissa quoque submissione *Nro. 770.* & interdum probatio & reprobatio decernitur, *Nro. 734.* quamvis pro re nata, denegata probatione petita, statim devolutoria *Nro. 78.* vel non devolutoria sententia ferri queat *Nro. 474 & 1098.* cùm, in puncto formalium, uti in exceptionibus dilatoriis, bene ante litem contestatam probatio admittatur, D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 37. ad tit. π. de probat.* 2) probatio ut plurimum decernitur, in materialibus sed demum, post Litem contestatam, *cap. 5. & t. t. ut lit. non contestat. non proced. ad probat.* & quidem, si possibile, partes statim in Libello Gravato-

vatoriali vel litis conteſtatione vel ad minimum in Replicis & Duplicis illud indicare debent, quod ulteriori probatione in cauſa opus habeant, Ord. Dicaſt. *p. 3. t. 9. §. 1.* quod ſi tamen, ante prælectionem Actorum, partes ſtatim ad probationem confugere velint, & Dicaſterium prælectionem Actorum, ante probationem, neceſſariam non credat; tunc in proceſſu orali, ſtatim poſt facta ex utraque parte recenſita, & formalia juſtificata, ſi nempe Appellatus nihil contra illa excipiat, uti obſervatum in Dicaſterio A. 1714. den 8. Jun. poſſunt Appellans Acta Appellationis loco libelli Gravatorialis, & Appellatus, loco litis conteſtationis, pro prælectis accipere ſicque, poſt litem conteſtatam, confer. R. I. de A. 1654. §. 47. & 48. Author *Brevic. Prax. Imper. Aulic. tit. 51. §. 43.* probationem petere, ne Dicaſterium fruſtraneum laborem, cum temporis jactura, in ſe ſuſcipiat, & ut ita proceſſus maturetur, Ord. Dicaſt *p. 3. t. 9. § 2.* hoc modo: Nachdeme nunmehro, durch Juſtificirung der Formalien, die Jurisdiction dieſes höchſten Appellations-Tribunalis gegründet, die Sache aber in ihren Umſtänden alſo zweiffelhafft beſchaffen, daß ohnmöglich, ohne weitern Beweiß, darinnen zu ſprechen, ſo will Appellant, zu Gewinnung der Zeit, und ein Hochlöbl. Dicaſterium nicht vergebens aufzuhalten, ſich gleich ad punctum probationis lencken, und Euer Gnaden Excell. &c, unterthänigen Fleiſſes erſuchen, die Acta Appellationis, ſtatt der Gravatorial-Klag, vor verleſen anzunehmen, daraufhin Appellanten ad probandum zu admitti-

ren, auch einen terminum probatorium von 6. Wochen anzuberaumen, und dieses Fürstl. Hofgerichts Advocatum Lt. N. N. pro Commissario zu confirmiren, & si processus in scriptis obtinet, additur porrò, sodann den einlangenden Rotulum testium, pro extrajudicialiter, publicato, anzunehmen, und denen Partheyen zu weiterer Handlung, in originali, zu communiciren, desuper &c. Appellatus verò, contra hanc petitam probationem, justas exceptiones, si quas habet, cur non sit admittenda, proponere & denegationem probationis petere, ubi in sententia adduntur verba, eigewandter Einreden ungeacht, No. 346. in eventum verò exceptiones tam contra personas, quam dicta testium & reprobationem sibi reservare, & contra personam Commissarii, excipere potest, hoc modo: P. P. Es zwecke der gebettene Beweiß auf nichts anders, als Auffenthalt der Sachen ab, welches in denen Rechten durchaus nicht zu gestatten seye; eventualiter und da der Beweiß erlaubet werden sollte, so reservire er sich feyerlichst alle Exceptiones, tàm contra personas quàm dicta testium, samt dem Gegen-Beweiß, und ersuche hiemit Euer Gnaden ꝛc. den gebettenen Beweiß, als überflüßig und irrelevant, abzuschlagen, und den Appellanten zu weiterer Handlung, der Ordnung gemäß, anzuhalten, eventualiter aber auch seiner Seits die Acta, statt der Litis-Contestation, vor verlesen anzunehmen, ihme Appeltaten zum Gegen-Beweiß innerhalb 6. Wochen zuzulassen, den vorgeschlagenen Commissarium zu bestättigen, die ein-

einlangende Rotulos für extrajudicialiter publicirt zu declariren, und denen Partheyen, zu gebührender Verhandlung, in Originali, zuſtellen zu laſſen, ſub imploratione. Quod ſi tamen cauſa ſubditorum gravis & ita comparata, ut in ſcriptis peragi debeat, tunc, in utroque petito, debito loco, addendum, und die Sachen in Schrifften zu verhandeln, von 6. zu 6. Wochen zu verabſchieden. Uri absque devolutoria ſententia factum in *Nro. 1012.* ac in *Nro. 1105. & 1106.* devolutoria cum probatione & proceſſu in ſcriptis conjuncta, & A. 1724. den 11. Sept. pcto temeritatis devolutoria lata, ac proceſſus in ſcriptis in cauſa ſubditorum permiſſus & eventualiter probatio decreta, in cauſa Appellationis von Nagold, Wüntſchen, contra Hanſelmann. Cavendum tamen, ne appellantes facti narrationi petitionem pro admiſſione ad probandum, quoad merita cauſæ, ſtatim ſubjungant, ne confuſio formalium & materialium fiat, ſed potius regulariter expectandum eſt, donec appellati poſt facti recenſionem nullas exceptiones contra formalia proponant, cum tunc demum, ſi formalia rite ac legitimè ſeſe habeant, jurisdictio Dicaſterialis fundata ſit, & probatio in cauſa principali decerni queat, non excluſo tamen Summi Dicaſterii arbitrio, & ſi juſta cauſa conjunctionem ſtatim permittit.

§. V.

Quod ſi tamen, puncto formal. & materialium, proceſſus in ſcriptis peragendus, ſi nempe extra-

extraneos causa tangit, Ord. Dicast. *p. 3. t. 23. §. 2.* tunc non nisi eventualiter probatio peti potest, sed tamen, ante declarationem Appellati, an contra formalia aliquid excipiendum habeat nec ne? quia ferè perinde est, ac si nihil esset actum, cùm tamen probatio, non nisi post litem contestatam, locum habeat: hinc etiam Libellus Gravatorialis & Litis contestatio prius porrigi debent, quam probatio actualiter suscipiatur, ut ita processus acceleretur, cùm punctus formalium in scriptis sit tractandus, nec Dicasterium semper congregatum sit & judicialia decernat, hoc modo: Ergehet diesemnach an Euer Gnaden das Appellantische unterthänige Bitten, die Acta, vor verlesen anzunehmen, und diese Sache, sowohl, in puncto formal. als materialium, in Schrifften zu verhandlen, von 4. zu 4. Wochen zu verabschieden, und darauf in eventum Appellanten zum Beweiß, auf Articul und Fragstücke, der Ordnung gemäß, inner 6. Wochen zu admittiren, den Stadt-Schreiber zu Sultz N. N. pro Commissario zu confirmiren, den einlangenden Rotulum, pro extrajudic. publicato, anzunehmen, und darauf denen Partheyen zur Schrifftlichen Handlung inner dem 6. Wochentlichen Termin, in Originali, zu extradiren, desuper &c. Et si Appellatus nihil habeat, quod excipiat, potest se huic petito simpliciter conformare, hisce formalibus: Weilen die Hochfürstl. Hofgerichts-Ordnung die Verabschiedung in dergleichen Appellationibus anbefiehlet, und aller Beweiß in denen

nen Rechten favorabel: so will sich Appellat alle Exceptiones contra personas & dicta Testium und den Gegen-Beweiß vorbehalten; im übrigen aber, mit dem Appellantischen Petito sich conformirt, und Euer Gnaden gleichfalls in Unterthänigkeit gebetten haben, wie das Appellantische Petitum des mehrern in sich hält, hierüber ꝛc. Et ita judicatum in Dicasterio A. 1714. den 7. Jul. & A. 1716. den 16. und 20. Maji. *Nro. 1145. 1168. 1173. 1200.* & A. 1723. den 11. Maji, eventualiter probatio decreta.

§. VII.

Probatio fieri debet, intra terminum probatorium, utpote qui semper est peremtorius, ita ut, eo elapso, probaturus amplius non audiatur, J. P. W. *p. 1. t. 21.* §. welcher aber ꝛc. *L. 7. L. fin. de feriis & dilat. L. 1. C. de dilat.* Gail. *lib. 1. obs. 91.* Mynsinger. *cent. 2. obs. 99.* Mevius *p. 3. dec. 48. dec. 173. & dec. 385.* D. Stryk. *in usu moderno §. 19. ad tit. ff. de fer. & dilat.* Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 56.* D. D. Harpprecht *Vol. 7. Consil. Tub. 42. n. 4. seqq.* licet contumacia ejus non accusata, Mevius *part. 7. dec. 36.* Carpzov. *part. 1. const. 16. def. 1.* B. D. D. Harpprecht *in Resp. 95. & 120. cum seqq. & Cons. nov. 57. n. 23. & 90. cum seqq.* Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 15. §. 11.* vid. Dn. à Lyncker *dec. 705.* neque post lapsum terminum probatorium alii novi testes substitui, & nominari, nec directorium mutari, nec additionales articuli addi possunt, Carpzov. *in Processu tit. 13.*

tit. 13. art. 1. n. 115. & 125. seqq. Berlich *p. 1. concl. 38. n. 46. seqq. n. 82.* quod multo magis post publicationem rotuli & didicita attestata prohibetur, licet ante lapsum terminum bene hoc permissum sit, J. P. W. *p. 1. t. 49. N. 90. c. 4.* Brunnemann *in Processu Civili c. 20. n. 80.* Lauterbach *ad J. P. W. p. 1. th. 66.* add. Berlich *p. 1. concl. 40.* Farinac. *de test. Q. 66. n. 308.* Joh. Voëtius *n. 4 de testibus*, ubi limitant dicta. Neque judex, rescissa conclusione, probationem concedere valet, ob jus parti adversæ quæsitum, Grav. *Disp. de officio jud. nob. th. 25.* nisi quod minori *l. 7. l. 18. §. 1. l. 36. de min.* vid. *c. 24. §. 1.* universitatibus, militibus, aliisque miserabilibus personis, restitùtio in integrum, contra lapsum termini probatorii, non denegetur, Nicolai *in Processu p. 1. c. 48. num. 23.* Carpzov. *de Proceſſ. t. 13. art. 1. n. 178. cum seqq.* Brunnemann. *in Proceſſ. Civili cap. 18. n. 15.* Struv. *Exerc. 28. th. 12.* D. Harpprecht *Vol. 7. Consil. 42. n. 43.* Ego *in Dec. 43. n. 14. dec. 100. num. 12. & 13. Dec. 106. n. 11. & Dec. 193. n. 11.* salva tamen pœna 10. vel 20. Thaler. contra culposos, vi Rescripti de A. 1739. §. 9. Dn. Hochstetter *p. 2.* oder *Continuat.* der *General-Rescripten pag. 4.* licet nulla alia læsio probetur, quia amissio probationis sua natura est damnosa, Coler *p. 2. dec. 273.* Carpz. *p. 1. const. 16. def. 16. & 19. & Resp. 74. nec non de proœssu tit. 13. art. 1. n. 178. & 184. cum seqq.* Imò ex officio brevi quoque manu illa concedatur, si judex causam restitutionis manifestam deprehendat B. Dn. D. Harpprecht *Cons. 27. n. 207. & Cons. nov. 69. n. 26. cum seqq.* In causis quoque Eccle-

Eccleſiaſticis Brunnem. *in Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 4.* §. 20. D. Bœhmer *in Diſp. de cauſ. ard. c. 3. §. 18.* & criminalibus judex itidem ſuccurrere ſoleat, B. D. D. Frommann. *in Diſp. de act. civil. & crim. in actu exercito th. 46.* add. D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 39. ad tit. π. de probat.* Interdum per Reſcriptum ſaltem reſtitutio in integrum conceditur, uti A. 1724. den 26. Septemb. reſtitutio in integrum, contra lapſum termini probatorii, data, in cauſa, ubi culpa advocatorum primæ & ſecundæ inſtantiæ terminus probatorius lapſus erat, ac cauſa concernebat famam & deprecationem ob injurias, ratione cujus regreſſus contra advocatum exulabat. Et A. 1726. den 16. Maji corporibus reſtitutio contra lapſum terminum probatorium conceſſa, maxime cum probatio per documenta facienda erat, quæ poſt lapſum terminum adhuc produci poſſunt. vid. *c. 16. §. 1.* neque judici manus ligatæ videntur, quin novum terminum ex juſta cauſa præfigere queat. vid. J. P. W. *p. 1. tit. 21.* §. welche aber ꝛc. Mevius *p. 5. dec. 231.* Ego *in Dec. 43. n. 14. & 15.* Tandem commendandum eſt, ut ante lapſum terminum probatorium, ſecunda & tertia dilatio ex juſtis cauſis petatur, ſicque præjudicium ex lapſu termini metuendum evitetur. De quibus dilationibus ſupra *cap. 6.* latius actum. Terminus probatorius eſt arbitrarius, menſis & ſex hebdomadarum ut plurimum, & interdum duo menſes Ordin. Dicaſt. *part. 3. t. 11. §. 4.* J. P. W. *p. 1. t. 48.* §. und wann ꝛc. hodie ſex hebdomadas in ſe continet Reſcript de A. 1739. den 21. Octobr.

Oct. cum non nisi tres dilationes hodie dentur, & incipit currere statim à tempore latæ sententiæ Btunnemann. *in Processu Civili cap. 18. n. 14.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 8. ad tit. π. de probat.* Bocer. *Cl. 6. d. 15 th. 34.* Secus in Saxonia Mevius *part. 3. dec. 173.* Richter *dec. 110. num. 7.* Berlich *part. 1. concl. 38. n. 26. & seqq.* ubi post decem dies, postquam sententia abiit in rem judicatam, demum currit. In Dicasterio post finitas sessiones Dicasteriales demum incipit currere. Et computatur de momento in momentum, ita ut feriæ quoque comprehendantur *L. 3. C. de dilat.* nisi illæ totam dilationem aut majorem ejus partem absorbeant Bocer *Cl. 6. Disp. 15. th. 33.* Esbach ad Carpzov. *p. 1. c. 16. def. 8. n. 1.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 33. ad tit π. de feriis & dilat.* & feriæ majores v. gr. messis & vindemiarum sint, aliæque, quæ per unam hebdomadam & ultra durant, prout clausulam, feriis exclusis, de Jure Camerali accipiunt Rulandus *de Commissariis tit. 1. lib. 2. c. 7. n. 11.* Blumius *in Process. Camer. tit. 73. num. 66.* Roding. *in π. Cauer. lib. 2. tit. 12. n. 9.* imò expresse hæc clausula ita explicatur in Ordin. Camer. *p. 3. tit. 21. §. 7.* de Jure Würtemberg excluduntur itidem feriæ J. P. W. *p. 1. tit. 48. §.* und wann ꝛc. ibique Besold. *part. 1. th. 77.* & B. D. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. th. 65.* an autem, secundum hanc differentiam Lauterbachianam, dies Solis & Apostolorum aliæque singulæ dies feriarum pro exclusis habendæ vel potius Jus Würtembergicum ex Jure communi interpretandum & restringendum sit? ulteriori

ulteriori meditationi reſervamus & relinquimus, pro affirmativa tamen pugnare videtur, J. P. W. *p. 1. t. 22.* ubi hi dies inter ſtatutas ferias expreſſe recenſentur. Interdum tamen probatio, ob periculum moræ, ita decernitur, ut durante Dicaſterio ad finem perducatur *Nro 5.* apud Hæberlin. interdum ſub pœna præcluſi & mulcta injungitur, ut partes probationem in termino præfixo peragant *Nro. 909.* Quod ſi autem nullus præfixus certus terminus ad probandum, ille etiam currere haud valere, ſed probatio libere peragi poteſt, Stryk *in uſu moderno §. 8. ad tit. de probat.* Ego *in Dec. 224. n. 28. & 29.* Porro notandum, ſi ſententia probationem injungens per appellationem vel aliud remedium ſuſpenſivum impugnatur. Carpzov. *in Proceſſ. t. 13. art. 1. n. 61.* Vivius *lib. 2. dec. 286.* Berlich *dec. 99.* Brunnemann. *in Proceſſ. civili c. 18. n. 15.* Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 15. §. 3.* Mevius *p. 7. dec. 173.* Ego *in dec. 193. n. 9. & 10.* vel ſuper relevantia articulorum, Mevius *p. 6. dec. 189.* Ludov. *d. l. §. 9.* vel legitimatione perſonarum diſputatur Mynſinger *cent. 2. obſ. 99. n. 3.* quod terminus probatorius non labatur. Idem dicunt, ſi ad editionem actorum agant, & deſuper litigent, Tiraquell *de retract. lign. §. 12. gl. 2. n. 5. pag. 341.* Fabritius *ad Mynſingerum cent. 2. obſ. 99. lim. 5. pag. 386.* quod ſi denique non juſte & legitime peracta probatio, non excludunt ulteriorem & meliorem probationem Mevius *p. 4. dec. 148.* Stryk. *in Diſp. de probationis probatione meliori c. 4. n. 29. & 30.*

§. VIII.

Et quidem, intra terminum probatorium, non tantum testes examinandi sunt, sed etiam examen ad finem perducendum & Rotulus Judici porrigendus J. P. W. *part. 1. t. 42. §. fin.* quamvis de Jure Camerali sufficiat, si testes, ante terminum præfixum, producantur & jurent, licet, post lapsum illius, demum examinentur Recess. Imper. Deputat. *de A. 1600. §. 133.* Goswinus ab Esbach *ad Carpzov. part. 1. const. 16. def. 2. num. 3.* Blum. *in Proceſſ. Camer. tit. 23. n. 65.* Roding. *in II. Cameral. lib. 3. t. 26. §. 6.* conf. Mynsinger *cent. 6. obs. 57.* ibique Gülich. & de jure quoque Saxonico. Carpzov. *de proceſſu tit. 13. art. 1. num. 92. & seqq. & lib. 3. resp. 99. n. 13. & seqq.* Struv. *Exerc. 28. th. 12.* B. D. D. Harpprecht *Resp. 69. n. 13. cum seqq.* sufficiat, si articuli probatoriales, intra terminum probatorium, cum denominatione testium, offerantur, illorumque insinuatio ad interrogandum procuretur, ita ut, quantum in se fuit, testium examini nullam moram injecerit, sed illam pro viribus, acceleraverit, id quod generaliter multi Doctores sufficiens statuunt, vid. Nicolai *in Proceſſ. lib. 1. cap. 48. num. 10.* Berlich. *part. 1. concl. 38. num. 39.* B. Dn. D. Harpprecht *Resp. 95. num. 118.* Hinc praxis Dicasterialis & Würtembergica recessit, ita ut, si articuli probatoriales, cum denominatione testium, intra terminum probatorium porrecti sint, & ex sua parte, nulla mora facta, lapsus termini probatoriii,

torii non noceat. Cùm & aliàs lapsus termini probatorii, ob culpam Judicis & Commissarii, partibus nullum damnum afferre possit, *L. 24. ff. de his, quæ in fraudem credit*, Carpzov. *part. 1. const. 16. def. 3. ibique* Esbach *& in Proceſſ. tit. 13. art. 1. num. 106. cum ſqq.* Mynſinger *cent. 2. obſ. 62. & C. 6. obſ. 57. num. 5.* ibique Fabricius & Gülich. Berlich. *part. 3. dec. 370. num. 10.* Concedi quoque adhuc potest probatio in ſecunda inſtantia, licet terminus probatorius in prima inſtantia lapſus, Beſold. *de appell. c. 13. §. 2.* Mevius *part. 2. dec. 98 & 235. part. 8. dec. 49.* B. Dn. D. Harprecht *in Conſil. nov. 57. num. 100.* B. Dn. D. Bardili *Exerc. 45. C. F. 45.* vid. Mevius *part. 2. Dec. 235.* D. Stryk. *in uſu moderno §. 15. de appell.* vel probatio plane neglecta in prima inſtantia, Mevius *part. 2. Dec. 153. & 235. & part. 8. Dec. 49.* vid. Lyncker *Dec. 1214.* vel perperam in prima inſtantia quid admiſſum ad probandum, hoc enim in ſecunda inſtantia rejici potest, Mevius *part. 4. Dec. 51.* vel teſtes absque juramento & illegaliter examinati, uti talis legalis probatio denuo decreta A. 1724. den 26. Aug. in cauſa des Hoſpitals zu Gröningen, contra Daniel Mayern, R. T. & licet, poſt publicationem atteſtationum primæ inſtantiæ in cauſa appellationis ſuper eisdem vel aliis directo contrariis articulis novi vel iidem teſtes producantur & examinentur, juxta Ord. Dicaſt. *part. 3. t. 9.* & praxin Dicaſterialem Boeer. *Cl. 6. Diſp. 23. th. 9. lit. d.* Beſold. *ad J. P. W. part. 1. th. 82. & 122.* ubi teſtatur, nunquam in Conſiſtorio Principis probationem per teſtes ſu-

per iisdem articulis fuisse denegatam. Idem *de appell. c. 13. §. 3.* B. Dn. D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. part. 1. th. 66.* B. D. D. Bardili *Exerc. 47. concl. For 9.* confer. D. Lauterbach *in Colleg. theoretico practico §. 6. ad tit. π. nihil innovari posse.* Mevius *part. 8. dec. 48.* id quod Jure quoque Camerali receptum Ruland *de Commissar. part. 1. lib. 6. c. 2. n. 13.* Mynsinger *cent. 1. obs. 41.* ibique Fabricius, secus tamen est de Jure Canonico, ob metum subornationis *c. 25. x. de testibus clem. 2. de testibus.* Gail. *lib. 1. obs. 105.* vel plane in prima instantia expresse renuntiatum probationi, cùm nec tacita renuntiatio ex lapsu temporis resultans obstet *arg. l. 32. de LL.* Mevius *p. 2. dec. 153.* D. Stryk. *in Disp. de reprobat. post didicata attest. c. 2. §. 13.* Uti judicatum in Dicasterio A. 1714. den 2. Julii in causa Appellat. von Waiblingen, Anna Margaretha Rorauerin, beklagter Appellantin, contra Simon Hetzele, Klägern Appellaten. *Nro. 1139.* add. Farinac. *de test. q. 75. c. 4.* Stryk. *Disp. de probat. probat. meliori.*

§. IX.

In Jure Würtembergico *part. 1. t. 37. pr. & §. seq.* in arbitrio judicis primæ instantiæ est positum, an ipse examen testium in se suscipere, an Commissario illud committere velit, & in Ord. Dicast. *part. 3. t. 11.* nonnisi Commissarii fit mentio, cui Dicasterium id commisit; neque igitur à Judice competente, uti de Jure Civili, testes amplius examinantur *N. 60. c. 2.* Gail. *L. 1. obs. 93.*

obſ. 93. & 102. B. Dn. D. Harpprecht *Conſ. nov. 18. num. 10. cum ſeqq.* ſed à partibus Commiſſarius & Adjunctus, ut Secretarii Dicaſterii, vel Advocati Dicaſterii, in cauſis ob der Steig, & Advocati Cancellariæ, in Cauſis unter der Steig, vel etiam periti Archigrammatei proximè habitantes, ad ſumtuum evitationem, nominari & confirmatio eorum peti ſolet, Ord. Dicaſt. *part. 3. t. 11. §. 2.* Interdum, pro rei convenientia, duo Commiſſarii *Nro. 174. 459. 732. & 884.* imò tres conſtituuntur *Nro. 228.* Et ſi alter contra perſonam Commiſſarii vel Adjuncti exceptiones relevantes habet, tunc alium idoneum nominare poteſt, & ſi utraque pars in eo conſentiat, Dicaſterialiter confirmatur, quod ſi verò nullus nominatus vel partes, circa electionem Commiſſarii, convenire nequeant, tunc ex officio aliquis conſtituitur, Ordin. Dicaſt. *p. 3. t. 11. §. 3.* D. Stryk. *in Diſp. de clauſul. commiſſ. num. 44. & ſeqq.* D. Bœhmer *in Diſp. de Judice ex offic. procedente c. 4. §. 95.* Adjunctus tamen, ſumtibus petentis & adjungentis, à Dicaſterio Ord. Dicaſt. *part. 3. t. 11. §. 2. & §. 4.* Mevius *part. 3. dec. 150.* conceditur, & vix denegatur, quicquid dicat Carpzov. *Dec. 221.* ut eo ſincerius omnia expediantur, maximè in cauſis arduis Ord. Dicaſt. *part. 3. t. 15. §. 1.* Adjunctio tamen à judice petenda eſt, Ord. Dicaſt. *p. 3. t. 11. §. 1. & 4.* Stryk. *introduct. ad Prax. For. c. 2. §. 16.* ad minimum tutius eſt, & quidem juſto tempore Mevius *p. 3. Dec. 110.* Deinde autem adjunctus Commiſſarius confirmatur *Nr. 157.* interdum in ſeparata quoque ſententia *Nro. 639.*

& 642. interdum per Rescriptum saltem, uti factum 1726. den 7. Jun. in Causa Appellationis von Bahlingen, des Becken Hirschen-Wirth, qui Commissario juramentum præscriptum in J.P.W. *part. 1. t. 38.* §. Und sollen ꝛc. *& in fine* & Ordin. Dicast. *part. 1. t. 9. fol. 40. & part. 3. t. 15. §. 2.* præstat, nisi ei à parte adversa remittatur, Ehegerichts-Ordnung, *part. 4. c. 4.* §. *2. pag. 199.* Ejusque officium consistit in eo, ut testes cum fide & diligentia cum Commissario examinet, separatum protocollum conscribat, & examen testium in mundum redactum ex suo Protocollo cum Commissario conferat, & denique, usque ad publicationem judicialem, omnia occultare, neque alicui pandere, neque copias dare Protocolli, huncque in finem permittere velit, ut Commissarius Protocolla Adjunctorum, post finitum examen, usque ad collationem, &, facta collatione, usque ad publicationem attestationum, suo sigillo obsignet, Ordin. Dicast. *part. 1. t. 9. fol. 40. & p 1. t. 11. §. 1. 2. & 3. & tit. 15.* J.P.W. *part. 1. t. 38.* late Rulandus *de Commissar. p. 1. lib. 4. c. 14.* vid. Recess. Imper. *de A. 1654. §. 52.* Blum. *in Proceff. Camer. tit. 73. num. 27.* Roding. *in π. Camer. lib. 3. t. 14. num. 36. & 37.*

§. X.

Si probatio per interlocutoriam permissa, tunc Articuli probatoriales, breves & pertinentes, cum evitatione superfluitatis, juxta decretum commune Dicasteriale de A. 1664. den 24. Septembr.

Septembr. *Nro. 13. in Append.* Hæberlin. intra 14. dies, Secretario porrigendi sunt, nisi alius terminus probatorius, quod hodie semper sit, præstitutus, tunc enim intra terminum probatorium producendi, Ord. Dicast. *part. 3. t. 11, §. 4.* Et deinde, intra tres hebdomadas, post finitas sessiones Dicasteriales, literæ Commissionum à Secretario sunt expediendæ & Commissario mittendæ, Ord. Dicast. *part. 3. t. 14. §. 1.* sive porrecti articuli, sive non Ordin. Dicast. *p. 3. t. 11. §. 6. & tit. 14.* quæ hujus tenoris ad Advocatum Dicasteri esse solent: Von GOttes Gnaden, Eberhard Ludwig, Hertzog zu Würtemberg, ꝛc. Unsern Gnäd. Gruß, Hochgelehrter, lieber Getreuer. Demnach in der Appellations-Sach in puncto Mutui, zwischen Johann Bernhard Bapsten, Burgern und Sporern, Vor-Beklagten, und Nach-Klägern, Appellanten eines- so dann des Hauptmann Maders hinterbliebener Wittib, cum Curatore, Vor-Klägern und Nach-Beklagten Appellaten andern Theils, den 28. Martii vorigen Jahrs Beweiß erkannt- und ihr pro Commissario ernannt, auch, zu Einziehung des Beweises, ein Termin von 6. Wochen angesetzt, zumahlen die Articuli probatoriales, wie die Beylag zeiget, allbereit übergeben worden; Als ist hiemit Unser Befehl, Ihr wollet Euch solcher Commission fürdersamst gebührend unterziehen, zu dem Ende beygehende Probatorial Articul denen Appellaten jedoch mit Zuruckhaltung des Directorii und denominationis Testium, ad interrogandum communiciren, und ihnen frey stellen, ob sie Articulos

defensionales übergeben wollen, solchen Falls selbige, mit ebenmäßiger Zuruckhaltung des Directorii und Denominationis Testium, den Appellanten ad interrogandum communiciren, darauf nach erhaltenen Interrogatorien, den Productions-Tag anstellen, die gesammte denominirte Testes auf einen, Euch und Ihnen am bequemsten liegenden Ort und Zeit citiren, dieselbe, wann sie dessen von denen Partheyen nicht gutwillig erlassen würden, nach Maßgab Unseres Land-Rechtes, als Testes, leiblich beaydigen, auch denen Partibus litigantibus selbsten solchen Productions-Tag verkündigen, und, ad videndum & audiendum jurare Testes, darzu citiren; Sie kommen aber alsdann, oder bleiben aus, mit der Beaydigung und Verhör also fürgehen, daß Ihr einen Zeugen nach dem andern, gantz allein, über die Articul- und Frag-Stück, darüber Er, nach dem Directorio, zu verhören verlangt worden, abhören, dessen Aussag, wie sie von Mund ausgegangen, wohl protocolliren, solche ihm wieder wohlvernehmlich vorlesen, und bey dessen Erlassung, demselben Silentium, biß zu Eröffnung der Zeugen Aussag, imponiren, und sonsten in allen Stücken legaliter in der Sach procediren sollet; Wie Ihr dann nachgehends, die gesammte Zeugen Aussag in einen ordentlichen Rotulum, nach Anleitung des Recessus Imperii de A. 1654. zu verfassen, in fine desselben die aufgegangene Unkosten zu notiren und dieselbe von dem Theil, so die Articulos producirt, nach Proportion der mit jedem zugebrachten Zeit, zu erheben, den Rotulum

tulum aber, so bald immer möglich, zu Unserer Fürstlichen Hofgerichts-Expedition verschlossen einzuschicken habt, umb wo es seyn kan, diese Sach vor Unser auf nächst-künfftig Bartholomäi haltendes Hofgericht etwa in die letzte Zeit annoch vertagen zu können. An deme beschiehet Unsere Meynung, und wir verbleiben Euch mit Gnaden wohl gewogen. Stuttgardt, den 8. Julii 1711. *Nro. 29. in Append.* Hæberlin.

§. XI.

Priori casu, si articuli jam porrecti, tunc illi, unà cum Directorio & denominatione testium, Commissario mittuntur, quos Articulos, deinde Commissarius adversæ parti communicat ad interrogandum, & ad conficiendos articulos defensionales, si velit, & utile sibi credat, ita ut intra 14. dies ab insinuatione Articulorum, simul cum Directorio & denominatione testium, porrigi debeant Ordin. Dicast. *part. 3. tit. 11. §. 6. & tit. 14. §. 2.* Jus Prov. Würt. *part. 1. tit. 37.* §. Es soll auch ꝛc. Hosque Articulos defensionales utpote quorum omissionem vix suaderemus, si testes defensionales adsunt, ne veritas supprimatur & aliquid reticeatur, quod ad victoriam prodesse potuisset, postmodum Commissarius iterum alteri ad interrogandum intra 14. dies communicat, Ordin. Dicast. *part. 3. tit. 11. §. 7.* Quod si altera pars reprobationem sponte admittere nolit, sententia judicis, interdum quoque separata interlocutoria, illa permittitur, *Nro.*

277. 449. 456. & 480. Interrogatoria tamen specialia Jus Prov. Würt. *Part. 1. tit. 37. §.* So fern nun ꝛc. Plebst *ad jus Provinc. Würtembergicum Part. 1. th. 106.* confer. Ruland. *de commiss. p. 4. L. 1. c. 11. per tot. ubi pro communicatione pugnat.* & Directorium, cum denominatione testium, ante diem productionis, Besold. *ad J. P. W. Part. 1. th. 73.* non communicantur, ob metum subornationis, arg. Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 11. §. 6. & §. 7. & tit. 15. §. 2.* ubi saltem disponitur, quod articuli probatoriales & defensionales, ad interrogandum, communicari debeant, &, suffragante praxi Dicasteriali, uti quoque de jure defendit, Ruland. *de commiss. Part. 3. lib. 1. c. 6. num. 10.* qui hanc regulam ponit, quod ubi non communicantur interrogatoria, ibi quoque non communicandum esse Directorium, & Mevius *Part. 5. Dec. 303.* & porro interrogatoriorum communicationem denegant, Haasen *in Proceff. Jud. Brunswic. Luneb. c. 15. §. 3.* Hertel *ad Stryk introd. ad Prax. Forens. c. 18. §. 5. & 9.* vid. Brunnemann. *in Proceff. Civil. c. 20. num. 38.* ubi Directorium communicandum dicit, prout observatur in Judiciis Provincialibus Suevicis, & quidem, sub nullitate examinis testium, ad interrogandum articuli alteri dandi sunt, B. Dn. D. Harpprecht *in Resp. 95. num. 100. & Cons. nov. 67. num. 19. cum seqq.* Mevius *p. 4. dec. 250. & 251.* licet ad perpetuam rei memoriam fiat examinatio testium, excepto casu necessitatis Nicolai *de Processu lib. 1. c. 62. num. 8.* Mevius *Part. 8. dec. 471.* D. Bœhmer *num. 12. ad tit. π. de testibus.* B. Dn. D. Harp-

Harpprecht *Resp. 65. num. 11.* nisi partes renuntiaverint beneficio interrogandi, neque ad rogationem interrogatoria porrexerint, Jus Prov. Würtemb. *Part. 1. tit. 39.* §. Und obgleich ꝛc. & Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 14. §. 4.* B. D. D. Harpprecht *in Consil. nov. 67. num. 21. & seqq* Ego *in Dec. 185. n. 15. & 16.* haud facile tamen interrogatoria omittenda Stryk. *introd. ad Prax. For. c. 18. §. 10.* quamvis tunc interrogatoria generalia præscripta in Jure Prov. Würt. *Part. 1. tit. 39.* nihilominus adhibenda sint, & Commissarius defectum in interrogatoriis, ratione circumstantiarum, ex officio supplere debeat, *c. 37. x. de test.* J. P. W. *Part. 1. tit. 39. in fin.* Plebst. *ad J. P. W. part. 1. th. 106. lit. b.* Ludovici im *Civil-Proceß c. 15. §. 23.* Nicol. *de Proceff. lib. 1. c. 60. num. 4.* D. Bœhmer *ad Schilteri Jus Canonic. lib. 1. t. 5. m. 17. §. 11.* Interrogatoria specialia debent esse clara, perspicua, & pertinentia Brunnemann *in Processu Civili c. 20. num. 56.* hinc omnis superfluitas vitanda J. P. W. *Part. 1. tit. 39.* §. Es solle auch ꝛc. Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 7. §. 6.* Decret. Dicasteriale de A. 1664. den 24. Septemb. *Nro. 13. in append.* Hæberlin. neque propriam turpitudinem testis Recess. Imper. de A. 1654, *§. 53.* Blum. *in Process. Camer. tit. 73. num. 92.* neque execrationes, bey Verlust der Seeligkeit, continere Decret. Dicaster. de A. 1664. den 24. Septembr. Mevius *Part. 4. dec. 270.* D. Bœhmer *num. 17. ad tit. π. de testibus.* Ludovici *d. c. 15. §. 27.* conf. Rulandus *de commiss. part. 4. maxime lib. 1. c. 2. & 12. & c. 11. num. 10. cum seqq.* ubi latiss. de interrogatoriis agit.

agit. Interrogatoria generalia partes quoque conficere & porrigere possunt, J. P. W. *part. 1. t. 39.* §. So fern nun ꝛc. & *seq.* Ord. Dicast *p. 3. t. 11.* §. *6.* Plebst *ad J. P. W. p. 1. th. 106.* Stryk. *introduct. ad Prax. For. c. 18. §. 5. & seqq.* Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 15. §. 22. seqq.* Præliminaria sive generalia causæ quoque interrogatoria recte sunt prohibita, ita ut Appellatus suos articulos defensionales minime in interrogatoria convertere, nec petere possit, ut appellantis testes desuper prius examinentur, quàm ad appellantis articulos & sic è contra, da nemlich der Theil, so Exceptional- oder Defensional-Articul zu übergeben, dieselbe auch in Fragstück zu verwandeln, und darauf des Gegentheils Zeugen, vor desselben Beweiß-Articul, verhören zu lassen, nicht gestattet wird, und dargegen seinem Widersacher seine Probatorial-Articul auch in Fragstück zu verkehren, und vor den Defensional en des beklagten Zeugen fürzuhalten, gleichfalls nicht erlaubet wird. Jus Prov. Würt. *part. 1. tit. 30. pr.* Ord. Dicast. *part. 3. tit. 11. §. 8.* D. Lauterbach *in Differ. J. C. & W. part. 1. th. 63.* add. Bœhmer *in Jur. Eccles. Protestant. lib. 2. t. 20.* §. *40.* ubi alias Ordinationes affert, & à ratione Juris Canonici non plane aliena esse adjicit: licet partes non excipiant, uti A. 1604. den 22. Jun. in causa Morchen, contra Hirschmännin, judicatum, neque etiam in Dicasterio testes de simplici & plano, uti in prima instantia, examinari possunt J. P. W. *part. 1. tit. 40.* Plebst *ad Jus Prov. Würtemb. Part. 1. th. 107.* sed hoc legitur prohibitum in Ord.

Ord. Dicaſt. *Part. 3. tit. 12.* ſicque eatenus differentia inter Jus Würtemb. primæ & ſecundæ inſtantiæ ſe exerit. Articuli & interrogatoria in proceſſu ſummario & poſſeſſorio itidem neceſſaria ſunt, adeo ut judex ſæpe interrogatoria ex officio quoque conficiat, & ſemper tutius inſuper eſt, ſi adhibeantur, niſi quod caſus neceſſitatis & ubi periculum in mora, excipiatur D. Grav. *de judic poſſeſſ ſummariiſſ. lib. 2. c. 11. n. 1. 2. & 26.* Lauterbach *Vol. 3. C. 236. n. 7.* Mevius *p. 8. dec. 492.* Stryk. *meletem Juris jurandi VII. c. 3. §. 4. ſeqq.* Ego *in Dec. 154. num. 6. ſeqq.* Leyſer *Spec. 288. med. 5.* Krauſs *Diſp. de eo, quod juſtum eſt, circa teſtes in poſſeſſorio ſummariiſſimo.* Formula Articulorum Probatorialium, Defenſionalium & Reprobatorialium talis adhiberi poteſt: Nachſtehende Articulos Probatoriales überreicht die Appellantiſche Gemeind, Gommendingen, contra den Appellatiſchen Flecken, Bernloch, (vel zu nöthiger Defenſion übergibt Mevius Appellat wider Sempronium Appellanten nachfolgende Articulos Defenſionales) in der zuverſichtlichen Hoffnung, und des Vorhabens, ſolche alle und jede, doch allen Rechtlichen Uberfluß ausgeſchieden, (vel citra onus ſuperflui) deſuper proteſtando; erweißlich zu machen. Setzt und ſagt demnach 1) wahr, daß ꝛc. In fine additur. Reliqua committuntur dexteritati Domini Commiſſarii, ſalvis Articulis Additionalibus & Jure quocunque; an autem articuli additionales admittendi intra terminum probatorium, relinquendum judicis arbitrio Mevius *p. 4. Dec. 339.* Lauterbach §. *34.*

de

de probat. & in Articulis conficiendis maxima requiritur prudentia, hinc Advocati magnam operam in iis formandis navare solent & debent, cum ab his sæpe tota dependeat victoria, conferri meretur. M. Calæ insignis tractatus *de modo articulandi.* Addi debet Directorium, cum denominatione Testium, & quidem in Scheda separata, cùm in Ducatu Würtembergico parti adversæ non communicetur, hoc modo: Denominatio Testium, juncto Directorio, der Gemeind Lennach, Appellanten, contra den Flecken, Gelmerspach, Appellaten, Test. 1. Mevius, examinetur ad omnes Articulos Test. 2. Cajus, ist über den Articul 3. 5. 8. & 12. abzuhören, &c. In fine adjicitur: Salvo Jure addendi & minuendi testes, vel salvo jure plures denominandi testes & Jure quocunque. Altera pars deinde interrogatoria generalia, si vult, J. P. W. *Part. 1. t. 39.* §. So fern nun & *seq.* Ord. Dicast. *part. 3. t. 14.* §. 4. & specialia judici vel Commissario debite porrigit, sequentem in modum: Nachfolgende Interrogatoria specialia übergibt hiemit Mevius Appellat, contra Titium Appellanten, auf die gegenseitige Articulos probatoriales vel Defensionales, und reservirt sich anbey feyerlichst alle Competentia und Exceptiones contra personas & dicta Testium, mit Bitte, solche, da falls ein oder der andere Articul solte bejahet werden, prout disponit Jus Provinc. Würtemb. *Part. 1. tit. 37.* §. So dann ꝛc. ibi: die Zeug wahr saget: dieselbe debite zu adhibiren, de expensis insuper protestando! Ad Art. Prob. 1. Interrog. Special.

1. 2.

1. 2. 3. &c. Ad Prob. 3. Interrog. ſpecial. 1. 2. &c. In fine utplurimum annecti ſolet: Cœtera committuntur dexteritati & conſcientiæ Domini Commiſſarii. Interdum ulterius ſequentia ponuntur: Und weilen die Sache viel antrifft, wird Herr Commiſſarius gebetten, bey denen Haupt-Articuln, denen Zeugen den Meinayd von neuem einzuſchärffen, wann ſie ſolche bejahen ſolten, auch die lange Articul zu dividiren und ſeparatim den Zeugen vorzuleſen: ne teſtes ex ſimplicitate totum articulum verum aſſerant, cum tamen pars ejus falſa ſit. Quod haud rarò fit, prout in praxi obſervavimus. Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 15. §. 28. & 36.*

§. XII.

Quod ſi tamen pars adverſa legitimas exceptiones contra perſonas teſtium, vel articulos habeat, an ſint relevantes & pertinentes, nec ne? tunc ſanè non præciſe eſt obligatus ad interrogandum, ſed poteſt ſuas exceptiones proponere & deferre ad Dicaſterium, ut prius deſuper judicetur, resque per interlocutoriam, decidatur, modo exceptiones contra perſonas teſtium intra octo dies probare poſſit, vel ob morbum vel iter teſtium aliamque juſtam, cauſam examen ad perpetuam rei memoriam locum habeat J. P. W. *Part. 1. tit. 37.* §. Da einer ꝛc. Extra hos caſus, & ſi exceptiones contra perſonas teſtium in continenti probari nequeant, reſervatur illius juſtificatio in tempus diſcuſſionis *arg. c. 22. x. de teſtibus.*

ſtibus. Mevius *Part. 2. dec. 6. Part. 5. dec. 217.* & *Part. 7. dec. 75.* & *116.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 37. ad tit. π. de teſtibus.* Exceptiones quoque contra perſonas & dicta teſtium, vel ante publicatas atteſtationes reſervandæ ſunt, quia absque reſervatione poſt publicationem rotuli, non amplius auditur, *c. 31. x. de teſtibus* niſi probet ignorantiam exceptionum tempore publicationis, vel juret, ſe non dolo omiſiſſe exceptiones contra perſonas teſtium J. P. W. *p. 1. tit. 47.* latè D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 37. de teſtibus* quamvis de Jure Camerali doceant, quod exceptiones contra perſonas teſtium ſemper ſalvæ maneant, licet nulla reſervatio facta, Receſſ. Imper. de An. 1654. §. 56. Gail. *lib. 1. obſ. 87. num.* 5. D. Bœhmer *in Diſp. de uſu Jur. Canon. in terr. proteſtant. cap. 3. §. 2.* D. Stryk. *in uſu moderno §. 12. ad tit. π. de teſtibus.* quod ſi autem contra articulos excipiatur, tunc, niſi ſummum peticulum in mora ſit, judicatur prius de impertinentia & irrelevantia articulorum Ord. Dicaſt. *Part. 3. tit. 11. §. 6.* & *9.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 31. ad tit. π. de probat.* Gail. *L. 1. obſ. 81.* & Mynſinger *cent. 2. obſ. 26.* Et ita judicatum in cauſa Appellat. von Tübingen, Johann Chriſtoph von Schanternells zu Augſpurg, Klägern Appellanten, contra Johann Steeben, geweßten Regiments-Quartiermeiſtern, Beklagten Appellaten A. 1709. den 1. Martii, ubi quatuor Articuli Probatorii, ex juſtis rationibus, ut irrelevantes, rejecti. *Nro. 1001.* apud Hæberlin. & An. 1672. ſex quoque articuli per ſeparatam inter-

interlocutoriam rejecti ſunt in *Nro. 31.* In dubio tamen ad abbreviandas lites admitti ſolent, ſalvo jure impertinentium, Mevius *p. 7. dec. 117.* Brun. *in Proceſſ. civil. c. 29. n. 37.* Sin autem appareat, temere & absque cauſa, ad differendam rem exceptiones contra articulos oppoſitas eſſe, tunc graviter excipiens puniendus Ord. Dicaſt. *part. 3. tit. 11. §. 9.* Cautelæ loco commendari meretur, optimum eſſe, ſi omnium teſtium inhabilium licet, examen permittatur, reſervatis exceptionibus, tam contra perſonas, quam dicta teſtium, nam, ſi contra producentem deponant, tunc unicus licèt plene probat, B. Dn. D. HARPPRECHT *Reſp. 82. num. 66.* neque contra ipſorum perſonas à parte producente excipere licet J. P. W. *part. 1. tit. 47. in fin. L. 17. C. de teſtibus* Maſcard. *de probat. concl. 1342.* B. Dn. D. Harpprecht *Conſil. 5. num. 104. & 105. & Reſp. 95. n. 34. & 67.* ſi pro producente verò deponunt, tunc ſemper tempus eſt exceptiones reſervatas opponendi & reprobatorialibus uti, etiam poſt publicatas atteſtationes, juxta Ord. Dicaſt. *part. 3. tit 19. §. 5.* Stryk *Diſp. de jur. reſervat. c. 4. n. 33. ſeqq. & de reprobat. poſt publicat. atteſtata c. 3. n 19. & num. 29.* adeo ut in ſecunda quoque inſtantia hoc itidem permiſſum ſit, licèt terminus probatorius in prima inſtantia lapſus Mevius *p. 8. dec. 49.* Stryk. *alleg. Diſp. de jur. reſerv. c. 4. n. 34.*

§. XIII.

Abſolutis hiſce, & ſi Commiſſarius Articulos & Interrogatoria, una cum Directorio &

denominatione testium, habet, tunc ab illo dies productionis intra octo dies vel quam primum id fieri potest, designatur & partes ad locum tutum & honestum, ut plurimum Curiam, ad videndum & audiendum jurare testes, peremtorie & sub comminatione præclusi citantur, Ord. Dicast. *part. 3. tit. 14. §. 2.* J. P. W. *part. 1. tit. 37.* §. Es sollen auch ꝛc. alias totum Examen est nullum Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 73.* Faber *in Cod. Saband. lib. 4. tit. 14. def. 47.* Ayrer *in Processu lib. 1. c. 6. obs. 9.* nisi periculum sit in mora Mascard. *de probat. concl. 1077. num. 8.* Brunnemann *in processu Civili, c. 20. num. 36.* Mevius *part. 5. dec. 311.* Ayrer *dict. loc. num. 13.* Advocati tamen absque permissu judicis abesse jubentur, ad sumtus parcendos, in der Fürstl. Ehegerichts-Ordnung *p. 4. c. 4. §. 9. pag. 205.* die Advocaten sollen zu dem Productions-Tag nicht selbsten verreisen. neque in Commissionibus Würtembergicis copia factæ delegationis sive commissionis simul transmittitur, testante praxi & Besoldo *ad J. P. W. part. 1. th. 14.* quamvis tutius sit, & plerumque alibi fiat D. Lauterbach *in Colleg. theor. pract. §. 29. ad tit. π. de in Jus vocand.* D. Stryk. *in Disp. de delegato principis c. 4. num. 9. cum seqq.* Testes, qui Subditi Würtembergici, citantur à Commissario Principis & Dicasterii immediate Ord. Dicast. *part. 3. tit. 14. §. 2.* J. P. W. *part. 1. tit. 38.* §. Es sollen auch ꝛc. D. Stryk *in usu moderno §. 12. ad tit. π. de in vocando.* Cui etiam cives Academici, ad debitam requisitionem & petitionem, sistuntur, uti in causa Appellationis von Tübingen, zwischen Johann

Johann Bernhard Pabsten, Burgern und Sporern Vor-Beklagten und Nach-Klägern, Appellanten eines, sodann des Hauptmann Maders hinterbliebener Wittib, cum Curat. Vor-Klägerin, Nach-beklagter, Appellatin andern Theils, 1711. Bibliopegus Bliferus, jussu Magnifici Domini Rectoris, coram me juravit suumque testimonium dixit in hypocausto Dicasteriali, nisi quod, ex urbanitate, Præfecto Ordinario, examen denuntietur illeque rogetur, ut testes per apparitorem citari curet, & curiam vacuam ipsi relinquat. Extranei autem testes, si sub diversis territoriis habitent, tunc literæ subsidiales patentes, offene Compas-Brieff, dantur ad quemcunque magistratum, ut Testes ad Articulos & interrogatoria, secundum Directorium, (quæ omnia clausa mittuntur) examinet, & Examen testium, cum Articulis, Interrogatoriis & Directorio, parti probanti clausum, accepta condigna mercede, tradat; Sin verò in unius Domini territorio sunt testes, tunc literæ mutui compassus, cum Articulis, Interrogatoriis & Directorio, clausæ expediuntur, ut deinde pro mercede examen rite & legitime expediat & judici mittat, Ord. Dicast. *part. 3. tit. 13.* hocque casu sunt literæ mutui compassus in petitione pro admissione ad probandum decenter itidem requirendæ, uti literæ mutui compassus & subsidiales & requisitoriales concessæ den 18. Martii 1672. & den 4. Septembr, A. 1686. *Nro. 23. 56. 64. 108. 140. 420. 441. 565. 662. & 712.* apud Hæberlin.

§. XIV.

Quod si testes comparent, tunc Commissarius sedens ab initio prælegit literas Commissionis, sicque suam personam legitimat, & insimul indicat, quare & in qua lite ad testimonium dicendum huc citati sint; partium quoque arbitrio relinquit, an aliquid ad Protocollum dictare velint nec ne? Deinde facta avisatione, quam vocant, de perjurio vitando Beyer *ad pandect. pos. 7. ad tit. π. de testibus.* in præsentia partium, si comparuerunt, nam si emanserunt, nihilominus in causa proceditur. J. P. W. *part. 1. tit. 37.* § Es sollen auch ꝛc. cùm hæc citatio sit monitoria & peremtoria, juramentum in Ord. Dicast. *part. 1. tit. 9. fol. 39.* & J. P. W. *p. 1. t. 37. pag. 137.* præscriptum à Commissario prælegitur, deinde jurans, manu stipulata ad baculum judicialem fidem Commissario dat & ad formulam jurandi exstantem in der Fürstl. Würtembergischen Bau-Ordnung *pag. 17.* Bocero *Cl. 6. D. 18. th. 119.* Wie mir vorgelesen ist, und ich mit Worten bescheiden bin, das oder solches auch wohl verstanden habe, (das zu thun, dem also getreulich nachzukommen und in allweg zu geleben,) gelobe, gerede, und schwöre ich einen rechten leiblichen Ayd zu GOTT dem Allmächtigen, so wahr mir GOtt helffe und seine Allmacht, alles getreulich und ohne Gefährde: præfante hæc verba Commissario stante, consueto modo, actualiter jurat. vid. Ludovici *Disp. de solenn. jurament.* hinc

testis,

teſtis, qui ſtipulata ſaltem manu teſtimonium dicit, injuratus dicitur Ego *in Dec. 155. n. 46.* quicunque tandem ſint, ſive Præfecti, ſive miniſtri Eccleſiæ ſive Senatores, propter Ord. Dicaſt. *p. 3. t. 14. §. 3.* Fürſtl. Würt. Ehegerichts-Ordn. *p. 4. c. 4. §. 8. pag. 205.* ubi diſponitur, ſi Superintendentes Speciales ac Præfecti, ratione officii ad Cancellariam quædam detulerint, berichtet, quod Commiſſarii & Advocati partes monere debeant, ut remittant iis juramentum, ſi recuſant remiſſionem, jurare debeant, & novum Reſcriptum, de A. 1714. den 27. April, in cauſis criminalibus emanatum, hiſce verbis: Demnach ſo ergehet an alle Unſere ſo Geiſt- als Weltliche Beambte, da wir unter denen erſteren Unſere Special-Superintendenten, Diaconos und in genere alle diejenige, ſo ein Geiſtliches Ambt tragen, verſtanden haben wollen, wie nicht weniger an Unſere Militar- und Forſt-Bediente, und in Summa alle Unſere Unterthanen, weß Standes ſie immer ſeyn, Unſer ernſtlicher Befehl, daß wofern künfftighin einer derſelben in Criminal-Sachen, auf ſolche Articul und Frag-Stücke, welche ſein obliegendes Ambt directo nicht, ſondern andere Facta und Umſtände betreffen, zu einem Zeugen angeruffen würde, keiner den Zeugen-Aid abzulegen ſich verwaigern ſolle; Sub refuſione expenſarum retardati proceſſus, ubi tamen caſus excipitur, ſi ratione officii ſibi commiſſi, aliquid deponere debent, quod tunc ipſis absque juramento credendum ſit. Id quod etiam in Phyſicis, Medicis & Chirurgis in Reſcripto de A. 1656. den 10. Jan.

constitutum & in hoc allegato denuò repetitum, *Nro. IX. in Append. Hæberl. pag. 36.* Sed tamen absque juramento in articulos & interrogatoria, vi præstiti juramenti ratione officii suscepti respondere debent; verba Rescripti de A. 1714. ita sonant: Daß nehmlich, welcher Medicus und Chirurgus in peinlichen Sachen, von dergleichen Umständen, so dessen tragendes Ambt und die vorgenommene Inspection directo nicht angehen, zu deponiren, als Zeug benennet würde, derselbe unter zu befahren habender Condemnation in expensas retardati processus und ebenfalls weiterer gebührender Ahndung, den Zeugen-Ayd abzuschwören schuldig seyn solle. *Nro. VIII. in Append. Hæberlin. vid. c. 16. §. fin.* Licet autem hæc Rescripta de causis saltem criminalibus loquantur, multo magis tamen in causis civilibus, utpote quæ non æque graves & arduæ sunt, ut criminales, hoc procedit, argumento ducto à majori ad minus Barbosa locuplet. *lib. 11. c. 2. ax. 3.* & cum in genere officialibus in iis, quæ ad eorum officium directo spectant Mevius *part. 8. dec. 70.* Hermann Stamm *de servitut. personali lib. 2. c. 20. num 5.* fides habenda sit, propter juramentum, quod præstiterunt ab initio officii Myler ab Ehrenbach *in Hyparcholog. c. 18. §. 8.* B. D. D. Bardili *in Disp. de teste unico th. 46.* D. Ludovici *in Disp. de teste contumace c. 3. §. 25.* neque testes, senes licet, prætextu oblivionis, juramentum testium declinare possunt, per regulam propugnatam à D. Strykio *in tract. de jur. sensuum Diss. 9. cap. 2. num. 31. cum seqq.* Interdum etiam consuetudine

v. gr.

v. gr. nobilibus in Bohemia & Bavaria vel conventione expressa, vix tacita Besold *ad J. P. W. p. 1. th. 74.* partium, in civilibus juramentum remittitur, *c. 39. x. de testibus.* Gail. *lib. 1. obs. 101.* Brunnemann *in Proceſſ. civili c. 20. num. 65.* Mynsinger *c. 3. obs. 80.* D. Ludovici *in Disp. de teste contumace c 3. §. 1. & 2.* B. D. D. Lauterbach *in Disp. de Epistola th. 29.* Sacerdotes tamen confessiones sacramentales revelare & testimonuim eatenus dicere plane prohibentur, sicuti de Jure *c. 12. x. de pœnitentia c. 2. x. de officio judicis ord. c. 2. de pœnitent. dist. 6.* D. Lauterbach *in Coll. theor. practico §. 43.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 8. ad tit. pandect. de testibus.* Beyer *Disp. de Sigillo confess.* D. Ludovici *in Disp. de teste contumace c. 4. §. 6. & c. 3. §. 16. & 17.* Ita specialiter de Jure Würtembergico per Rescriptum Ducale de An. 1608. mens. Septembr. ad Judicem & Assessores Dicasteriales emanatum, referente Bocero *cl. 6. Disp. 23. th. 53.* Notandum denique hic, quod formula juramenti assertorii aliter concipienda quam promissorii & ponendum, daß dieſes also wahr und nicht anderst seye, oder daß deme also, und nicht anders seye, Hæberlin *in append.* XXXIII. *pag. 115.* variæ formulæ legi possunt apud Bocerum *cl. 6. Disp. 23. th. 45.* Brunnem. *in Processu inquisit. c. 8. m. 2. n. 49.* Ludovici *in Disp. de teste contumace pag. 45. & 48.* Postmodum, in absentia partium, Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 15. §. 32.* unum testem, post alium, primo ad interrogatoria generalia præscripta in J. P. W. *part. 1. tit. 39. fol. 142.* licet pars adversa

beneficio interrogandi renuntiaverit Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 14. §. 4.* J. P. W. *Part. 1. tit. 39.* Und obgleich ꝛc. deinde ad Articulos, & si illos affirmat, ad interrogatoria specialia porrecta examinat J. P. W *Part. 1. tit. 37.* §. So dann ꝛc. & *tit. 36.* §. So fern nun ꝛc. & depositio cuilibet testi separatim prælegitur, &, impositio silentio, usque ad publicationem rotuli, dimittitur, Ludovici *c. 15. §. 40.* sicque unus post alterum examinatur, donec totum examen ad finem perductum sit, Ludovici *d. c. 15. §. 33.* ubi modum hunc multis usitatum recte reprobat, si commissarii testes primo ad omnes articulos, & deinde demum ad omnia interrogatoria una serie examinant, ne testes confusi reddantur. In specie verò Commissarius verba formalia testium scribere debet & annotare, an constans, titubans, vel alio modo suspectus visus fuit. J. P. W. *p. 1. tit. 37.* §. So dann ꝛc. Ordin. Crimin. Caroli V. *art. 71.* Struv. *Ex. 28. th. 45.* D Lauterbach *§. 48. ad tit. π. de testibus*, wie die Worte von Mund aus gefallen, Brunnem. *in Proceſſ. inquisitor. c. 8. m. 1. n. 94.* denique notandum, quod nonnullæ personæ, ut egregiæ, domi jurent *L. 15. de jurejur.* Stryk. *introduct. ad prax. for. c. 18. §. 12.*

§. XV.

Tandemque Rotulus examinis testium, secundum Recessum Imperii noviss. de An. 1654. §. 52. ita est conscribendus, ut omnium Testium, licet decem vel ultra essent, depositiones, qui juxta

juxta Directorium ad Articulos examinandi fuerant, ad quemcunque articulum & interrogatoria scribantur & ponantur, ut dicta omnium testium in uno conspectu sint, eoque melius, quid probatum sit nec ne? exinde erui & sententia ferri queat, Blum. *in Proceſſ. Cam. tit. 73. n. 88. 94. & 95.* D. Stryk. *in introduct. Prax. For. caute inſtituend. c. 18. §. 2 pag. 152. & ſeq.* D. Lauterb. *in Colleg. theoret. practico §. 48. ad tit. pandect. de teſtibus*, ſub pœna rejectionis rotuli Brunnem. *in Proceſſ. Civil. c. 20. n. 67.* Ludovici *c. 15. §. 35.* ubi recepta, vel ut illum ſuis ſumtibus in ordinem redigat. Et in confectione rotuli porrò cavendum, ne Articuli, & interrogatoria bina vice apponantur, ſed ſufficit, ſi Articuli & interrogatoria una vice eo in loco ponantur, ubi reſponſiones teſtium ſtatim ſubjunguntur. Juxta Reſcriptum Generale Würtembergicum de Anno 1699. den 1. Novembr. D. Hochſtetter *Extract. Reſcript. Würtemb. pag. 37. & continuat. pag. 16.* Porrò obſervandum, ut articuli in qualibet pagina repetantur quousque interrogatoria pertingant Reſcript. de A. 1741. den 6. Jun. D. Hochſtetter *pag. 16.* & Directorium cum denominatione teſtium bene præmitti poteſt, ut eo clarius appareat, quod teſtes ad ductum Directorii examinati, neque error admiſſus No. V. apud Dn. Hæberlin *in append.* Repetitio tamen articulorum & interrogatoriorum nimia, ceu ingrata, ſumtuoſa & legentem Rotulos turbans in confectione Rotulorum ſollicite inſimul vitanda. Taxa quoque & Salarium in fine adſcribi debet, ne

ultra præscriptum modum in Ord. Dicast. *part. 3. t. 16.* partes graventur.

§. XVI.

Si Rotulus confectus, in mundum redactus & à Commissario subscriptus & sigillatus, nec non cum Adjuncto, si quis fuit, collationatus, (quid hic observandum? monet Mevius, *part. 2. dec. 326. & 330.*) tunc partibus denuntiatur, ut salarium solvant, si non prænumeratum, & Secretario Dicasterii, post numerationem, obsignatus transmittitur. Ord. Dicast. *part. 2. t. 14. §. 5.* J. P. W. *part. 1. t. 37. §.* So dann ꝛc. Hoc facto, partes à Dicasterio publicationem Rotuli petere debent, & subsequitur interlocutoria, *Nro. 67. 206. 1014.* si non antea in causis, quæ in scriptis peraguntur, factum & interlocutoria, quæ probationem injunxit, & permisit, jam rotulus, pro publicato habitus & acceptus fuit, uti in sententiis *Nro. 732. 761. 837. 1012. 1106. & 1109.* legi potest, & tunc, in causis parvi momenti, si rotulus brevis, statim oraliter in causa procedendum Ordin. Dicaster. *part. 3. t. 19. §. 1. & 2.* J. P. W. *part. 1. t. 45.* Sin verò causa magni momenti & Rotulus diffusus, tunc, ad proximum Dicasterium partes citantur & in causa proceditur Ord. Dicast. *part. 3. t. 19. §. 8.* Ut verò hæc mora evitetur, ex Stylo Curiæ Dicasterialis, statim, si probatio petitur, imploratur, simul, pro publicatione rotuli, & si, per interlocutoriam, rotulus, pro publicato, habitus, tunc statim ad perlustran-

luſtrandum & legendum communicatur, vel etiam, durante Dicaſterio, extrajudicialiter à partibus conjunctim publicatio in ſcriptis matu-re petitur, ut inſtructi & præparati compareant, & cauſam agere queant: hoc modo: Nachdeme nunmehro die Zeugen-Verhör vollführet, der Rotulus verfertiget, und würcklich zu einem Hoch-preißlichen Hofgericht überlieffert worden, ſo wollen nunmehro beyde Appellant-und Appellatiſcher Theil, um deſſen Publication gebührend einkommen, und Ewer Hochfürſtl. Durchl. unterthänigſten Fleiſſes hiemit erſuchet haben, den eingelieferten Rotulum Examinis teſtium, pro publicato anzunehmen und ſolchen in Originali denen Partheyen, zu nöthiger Perluſtration und Handlung, in Gnaden zuſtellen und communiciren zulaſſen ꝛc. Quamvis nil obſtet, quo minus quælibet pars etiam ſeparatim publicationem rotuli petat, neque dubium eſt, quin, ante Seſſiones Dicaſteriales à Conſilio Regiminis, cum cauſæ cognitione & conſenſu utriusque partis, publicatio Rotuli fieri poſſit, ſalvis exceptionibus, Ordin. Dicaſt. *part. 3. t. 19. §. fin.* Et quidem utplurimum hodie, ut ſumtibus parcatur, in originali ad agendum communicatur. Non tamen copiæ denegantur vel ſumtibus communibus, prout in *Nro. 206.* obſervatum, ut promiſcuè copiis utantur, vel unicuique parti ſuis ſumtibus traduntur copiæ, Ordin. Dicaſt. *p. 3. t. 19. §. 8.* J. P. W. *p. 1. t. 46. pr.*

§. XVII.

§. XVII.

Facta publicatione Rotuli, de qua agit Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß cap. 16.* si Acta jam prælecta in præcedente Juridica & petitum factum, ita proceditur, ut, post factam legitimationem & brevem reproductionem facti, si opus est, partes petant prælectionem Rotuli examinis Testium, in passibus ad rhombum facientibus, quod Advocati indicare debent, & interdum, si opus, Acta denuo à Secretario præleguntur Ord. Dicast. *p. 3. tit. 19. §. 4.* Hac peracta prælectione partes, præmissa gratiarum actione, pro prælectione, in ordine recepto, ex Rotulo causam instruunt & defendunt, & quælibet pars duos Recessus Orales vel scripta probationis habet, si processus in scriptis peragitur, Besold. *p. 1. th. 80. ad J. W.* neque opus est, ut petitum in forma denuo fiat, Ord. Dicast. *p. 3. tit. 19. §. 3. 4. 6. 7. & 9.* J. P. W. *p. 1. tit. 23.* §. Es soll aber ꝛc. *& tit. 46.* §. Und damit ꝛc. *& tit. 67.* §. Es würde dann ꝛc. Formula talis esse potest: Nachdeme in voriger Juridica Beweiß erkannt, und vollführt, auch der Rotulus, zu disseitiger Danecknehmung, publiciret und zur Handlung communiciret worden; So erfordere nunmehro die Ordnung, daß vor allen Dingen der Rotulus verlesen werde, umb hernach ex Rotulo handlen zu können; Dahero dann das Appellantische Bitten an Ew. Gnaden ꝛc. hiemit dahin erlassen werde, die Zeugen-Verhör öffentlich verlesen

verlesen zu lassen, nach welchem hin, man nicht ermanglen werde, die weitere rechtliche Gebühr anzufügen. Facta verò prælectione ita pergit. Nebst vorläuffiger unterthänigen Danckſagung für die Verlesung des Rotuli Examinis Testium, will Appellant aus der Zeugen Verhör alles sieg-vorständige bestens angenommen, allen und jeden widrig-scheinenden aber kräfftig widersprochen haben, dabey aus der Zeugen-Aussag so viel, quoad exceptiones contra personas Testium, anzeigen: daß Test. 1. & 2. Def. propter inimicitiam capitalem inhabil seyen &c. In der Haupt-Sache aber, daß Appellant seine Intention völlig erwiesen, da quoad 1. gravamen alle Zeugen den Articulum 1. & 2. wahrgesaget, und daß ꝛc. So seye auch die andere Beschwerdte durch der Zeugen Aussag ad Art. 3. & 4. dargethan worden ꝛc. Bey welchen Umständen dann nunmehro Appellant alle acta & actitata, cum petitis, nochmahlen hiehero reproducire, und dabey gehorsamst gebetten werde, zu sprechen, wie in der Gravatorial-Klag, des breitern gebetten worden, hierüber zu einer gedeylichen Reformatorie Urtheil eventualiter hintersetzend, sub imploratione submissa. Sin autem nondum acta prælecta in Dicasterio; sed, loco libelli gravatorialis, & Litis contestationis, temporis lucrandi & processus abbreviandi ergò, pro prælectis, accepta sint, juxta Ord. Dicast. *p. 2. tit. 5. & 8.* tunc, post legitimationem & facti reproductionem brevissimam, petitur prælectio Actorum & Rotulorum, & deinde proceditur, modo ordinario

nario & Libellus gravatorialis, litis contestatio, replicæ & duplicæ proponuntur, uti supra *c. 13. §. 1. cum seqq.* latius explicatum. Secundum Recessum Imperii *de A. 1654 §. 56. & 57.* nonnisi unicum scriptum ex Rotulis cuilibet parti permittitur Blum *in Proceſſ. Camer. tit. 1. n. 20. & tit. 73. n. 103. seqq.* add. Stryk. *introduct. ad Prax. For. c. 18. §. 20.* Judicis verò arbitrio relictum manet, an & quatenus probatum? an & quatenus testibus credendum nec ne? B. D. Harpprecht, *in Resp. 71. num. 70. cum seqq.* cùm judici omnis fiat probatio, licèt pars adversa testibus vel instrumentis non credat *L. 12. de probat.* Mevius, *part. 7. dec. 155. n. 10.* B. D. D. Harpprecht *in Conſ. 80. num. 58.* Dn. à Lyncker *in Dec. 705.*

CAP. XV.

De Articulis positionalibus & responsionalibus.

SUMMARIA.

§. 1. Agit de Articulis positionalibus & responsionalibus & juramentis dandorum & respondendorum.

§. 2. De exceptionibus contra responsiones & contumacia non respondentis, nec non de effectu.

§. 3. Præjudicium Dicasteriale affert.

§. 4. Formulam petitionis.

§. I.

SI probatio permissa &, per interlocutoriam, pars ad probandum admissa, tunc in ejus libera

bera voluntate positum est, an velit Articulos positionales & alter defensionales recte formatos & ex libello desumtos B. D. D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 12.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 48. cum seqq. ad tit. π. de interrog. in Jur. faciend.* post litem contestatam ante probationem & intra terminum probatorium, eo enim elapso via hæc præclusa dicitur Lauterbach §. *14. de interrogat. in jur. faciend.* Ego *in Vol. 8. C. Tub. 52. n. 19.* (nisi quod, quoad probationem exceptionis dilatoriæ ante litem contestatam quoque admittantur, D. Lauterbach *§. 13.* & D. Stryk. §. *44. dict. loc.*) porrigere, & quidem statim vel ex justis causis, quæ indicandæ, 14. dies, post finitas Sessiones Dicasteriales, in duplo, sub pœna, Secretario mittendi sunt Ord. Dicast. *part. 3. tit. 10. §. 1. & 2.* J. P. W. *p. 1. tit. 67.* §. darauff mögen ꝛc. Minimè tamen dubitandum, quin omissa ordinaria probatione per testes tales articuli admittendi sint, ita ut deinde juramentum judiciale deferri queat *Nro. 1079.* apud Hæberlin, & tunc quamdiu probatio locum habet, usque ad causæ conclusionem, porrigi possunt, Ego *in Vol. 8. Consil. Tub. 52. n. 15. seqq.* Uti quoque An. 1745. den 20. Novembr. articuli positionales post decretam probationem in Dicasterio admissi in Causa Götzin, contra Reüßin von Vayhingen, quæ den 9. Sept. 1746. decisa. Secretarius adscripto præsentato, illos, sumtibus ponentis, parti adversæ communicare debet, ad respondendum, &, nisi justas exceptiones contra articulos habeat J. P. W. *p. 1. t. 29.* Recess. Imper. *de A. 1654. §. 41.*

vid.

vid. Brunnemann. *in Proceſſ. Civili c. 17. num. 11.* D. Stryk. *in uſu moderno §. 53.* & D. Lauterbach *§. 8. & 9. ad tit. π. de interrog. in jure faciend.* ubi docent in dubio omnes admittendos eſſe, ſalvo jure impertinentium, niſi notorie impertinentes & ſuperflui eſſent, Ego *in Vol. 8. Conſ. 52. n. 24. ſeqq.* tunc hoc facere debet, per verba, credo, non credo, glaub wahr, glaub nicht wahr, Articulos tamen multiplices diſtinguere poteſt, Ordin. Dicaſt. *part. 3. t. 10. §. 3. 4. & 5.* J. P. W. *part. 1. t. 30.* & reſponſiones B. D. Harprecht *Conſil. 55. num. 255. & ſeqq.* intra tres ſeptimanas à tempore inſinuationis articulorum vid. J. P. W. *part. 1. t. 30.* §. Weil auch ꝛc. Secretario mittere, qui illas ponenti, ſuis ſumtibus, transmittere debet, Ord. Dicaſt. *p. 3. tit. 10. §. 6.* unà cum Articulis defenſionalibus & eliſivis ſimul porrectis, ſi velit, nam poſtea non amplius admittuntur, niſi ex juſta cauſa Ord. Dicaſt. *p. 3. tit. 10. §. 10.* uti quoque additionales, non niſi in caſu neceſſitatis, permittuntur J. P. W. *p. 1. t. 28.* § Wie auch ꝛc. additionalibus autem additionalium planè prohibitis confer. Receſſ. Imp. noviſſ. *de Anno 1654. §. 37. & 41.* Brunnemann *in Proceſſ. Civil. c. 17. n. 11.* Mevius *part. 4. dec. 336.* D. Stryk. *in not. ad Schüzii compend. voc. additional. ad tit. de interrog. in jure faciend.* qui DDres additionales, ſi cum libellis conveniunt & à prioribus dependent juſto tempore prolatos admittunt, Ego *in Vol. 8. Conſil. Tub. 52. n. 20. ſeqq.* Hæ poſitiones defenſionales deinde eodem modo, ut poſitionales, communicantur Ord. Dicaſt. *part. 3. tit. 10. §. 9.*

& qui-

& quidem cum vel sine juramentis dandorum & respondendorum, quæ extant in J. P. W. *part. 1. tit. 28. pag. 121. & 125.* Ord. Dicast. *part. 1. tit. 9. pag. 48.* porrigi possunt, licet generale juramentum calumniæ jam præstitum Mevius *Part. 3. dec. 175.* nisi utriusque partis consensu remittantur Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 10. §. 1 & 5.* Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 67.* Ego *in Consil 53. Vol. 8.* neque viva voce exactum remitti regulariter potest Besold. *ad J. P. W. Part. 1. th. 67.* Goswinus ab Esbach *ad Carpzov. part. 1. Const. 10. def 1. n. 2.* Roding *in π. Camer. lib. 3. t. 29. §. 57.* B. Dn. D. Harpprecht *Consil. 55. num. 180.* ex justa causa, juramentum respondendorum interdum denegatur *Nro. 970. & 1096.*

§. II.

Quod si responsiones adsint, debet ponens in scriptis illas acceptare vel excipere, si insufficientes illas dicat, sicque, puncto exceptionum, concluſum est, donec hæc lis in Dicasterio, per interlocutoriam, definiatur, an responsiones sufficiant nec ne? Et si, per interlocutoriam, ulterior responsio imposita, tunc intra octo vel 14. dies id faciendum, sub comminatione, si intra hunc terminum non responsurus sit, quod tunc articuli in contumaciam, pro confessis, habendi & eo ipso declarati esse debeant, Ord. Dicast. *part. 3. t. 20. §. 7. & 8.* conf. J. P. W. *p. 1. tit. 30.* §. Demnach *& seq.* D. Stryk. *in usu moderno §. 59. cum seqq. de interrog. in jure faciend.*

uti quoque, si per contumaciam non responderit, omnes positiones, pro confessis, habentur & reus, ut convictus, in expensas condemnatur Brunnemann. *in Process. civili c. 17. §. 15.* latè B. D. D. Harpprecht *in Consil. 55. num. 239. & 368.* D. Stryk. *in usu moderno §. 77. cum sqq.* & D. Lauterbach *§ fin. ad tit. π. de interrog. in jur. faciend.* & Dicasterium quoque, in absentia Advocatorum, partes interrogare potest, si responsionem dubiam deprehendat, ita ut illorum personas, verba & gestus, inspicere possint Ord. Dicast. *part. 3. t. 10. §. 11. clem. 2. de V. S.* D. Stryk. *in usu moderno §. 31. & 32.* Lauterbach *§. 3. de interrog. in jur faciend.* B. D. D. Harpprecht *in Cons. 55. n. 171.* Brunnemann *in Process. civil. c. 9. num. 3. & 4.* Leyser *spec. 120. med. 1. & 2.* Quidquid vero ponitur in articulis hisce, habetur pro plena confessione Bocer *cl. 6. Disp. 22. th. 13.* Gail. *lib. 1. obs. 79. num. 6. & 7.* Carpzov. *in Process. tit. 13. art. 4. n. 6.* D. Stryk. *in usu moderno §. 69. & 74. ad tit. π. de interrog. in jur. faciend.* quod secus est in articulis probatorialibus & defensionalibus testium, utpote qui nullam confessionem inducunt D. D. Lauterbach *§ 15.* D. Böhmer *num. 4. ad tit. π. de interrog. in jur. faciend.* B. D. Harppr. *in Consil. nov. 43. num. 116.* Sin quid negatum, illud deinde partes per testes vel documenta probare possunt Ord. Dicast. *Part. 3. t. 10. §. fin.* D. Stryk. *in usu moderno §. 75. ad tit. π. de interrog. in jur. faciend.* Imò ne contraria quidem probatio rejicitur Gail. *lib. 1. ob. 80, n. 5.* Mevius *Part. 9. dec. 29.*

§. III.

§. III.

Ita in causa Appellationis von Bahlingen ab interlocutoria denegante admissionem Articulorum responsionalium, Rebecca Pfefferlin von Endingen, Klägerin Appellantin, contra Carln Wernern, Hutmachern, Beklagten Appellaten, in Dicasterio den 24. Septembr. A. 1711. hæc interlocutoria *Nro 1077.* apud Hæberlin pro appellabili, habita, & deinde, per male judicatum, & bene appellatum, articuli positionales admissi, licèt libellus summarius in judicio porrectus & exinde positionales desumti essent, prout contra Besoldum *ad J. P. W. part. 1. th. 66.* juxta J. P. W. *part. 1. tit 28.* §. Obwohl nun & *seq.* & doctrinam B. D. Lauterbach *Exerc. 21. Concl. For. 1.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 44. ad tit. II. de interrog. in jur. faciend.* in jure quoque Camerali receptam Blumius *in Processu Camer. t. 68. n. 8.* Roding. *in Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 29. §. 35.* judicatum in Dicasterio Supremo, in dicta causa. *Nro. 1078.* Ego *in Consil. 53. n. 13. & 14. Vol. 8.* Uti quoque Appellatus den 25. Septembr. juramentum respondendorum præstitit, &, in pleno consessu Dicasteriali, respondit, deinde juramentum adhuc judiciale ipsi delatum, super facto principali, imputati adulterii, quoad satisfactionem civilem, agnitionis & alimentationis partus, præstitit Brunnemann *in Processu civili c. 23. num. 10.* D. Stryk. *in usu moderno §. 76. de interrog. in jur. faciend.* sicque absolutus est, ad-

judicatis expensis utriusque instantiæ. *Nro. 1079. & 1080.* reconventione ad judicem prioris instantiæ remissa. Appellans verò neque ad juramentum dandorum, vid. Mevius *part. 4. dec. 118. & 119.* neque ad juramentum malitiæ à parte appellata remissum admissa. Erat tamen ob stuprum ante aliquot annos jamjam convicta & punita, sicque per sententiam, infamis, persona dici poterat. D. Lauterbach *in Colleg. theor. pract. §. 15. ad tit. π. de his qui not. infam.* Similiter A. 1722. den 3. Jun. in Causa Appell. von Waiblingen, Herrn Michael Gabriel F. R. N. contra Hanns Jacob Weißhaaren zu Stein-Reinach, A. T. post latam devolutoriam, probatio decreta, juxta formulam *Nro. 1106.* apud Hæberlin, cum additamento, auch der T. auf die von Nten übergebene Anzeigs-Puncten, nach zuvor von N. Anwald in sein und seines Principal Seelen abgeschwohrnen juramento dandorum, vermittelst des Ayds respondendorum, zu antworten schuldig. Publicata hac interlocutoria, Nr. procurator solus præstitit juramentum dandorum, deinde T. juramentum respondendorum, & statim prælecto quolibet articulo seperatim, oraliter respondit, quæ responsio ipsi quoque prælecta, sicque unus post alterum artic. absolutus. Et A. 1724. den 25. Septembr. in causa Appellationis von Neüenbürg, Simon Huebers, contra Herrn von der Wahl, itidem causa admissa & probatio decreta, sub hac adjectione, und der T. Bernhard von der Wahl die deferirte juramenta edendorum & respondendorum vor ermeldtem

meldtem Commissario in Person abzuschwöhren schuldig seyn solle. Post publicatam interlocutoriam petiit T. juramentum dandorum ab Nte quod absque interlocutoria permissum & literis commissionalibus insertum.

§. IV.

Formula petitionis ita concipi potest: Demnach in der zwischen Titio, Klägern Appellanten, an einem- entgegen und wider Cajum, beklagten Appellaten, am andern Theil, Rechtshängigen Appellations-Sache, Beweiß erkennet worden, und aber dieser Stritt in vielen Umständen beruhet, welche denen Partheyen, als unter ihnen vorgegangene Sachen, am besten bekandt seyn, so daß, bey solcher der Sachen Beschaffenheit, Appellant in denen Gedancken stehet, daß der Beweiß am füglichsten per Articulos positionales zu vollführen seye: Als will Kläger die hiebeygehende Articulos positionales, welche er mit dem Juramento dandorum zu bestarcken bereit ist. hiemit in Unterthänigkeit übergeben, und Euer Gnaden ꝛc. dabey gehorsamst bitten, den Appellanten, coram Deputatione Dicasteriali, solche deutlich vorlesen und erklären zu lassen; so dann ihn dahin anzuhalten, daß er, auf solche Positional-Articul, sub juramento respondendorum, seine Antwort deutlich und klar, und zwar, die so sein eigen Factum betreffen, mit sage wahr, oder nicht wahr, die aber eine frembde That in sich begreiffen, mit glaube wahr, oder nicht wahr,

ohne einigen Anhang, abstatten möge. Und wie nun sothanes Ansuchen denen Rechten gantz gemäß, als wolle er an Gnädiger Deferirung nicht zweifflen, und deßwegen nobile offic. Perilluſtr. Dn. Judicis omni meliori modo imploriren, vel, ſi poſitionales, poſt Seſſiones Dicaſteriales & lapſum 14. dierum demum porriguntur, tunc petitum ita mutari poteſt. Und Euer Hochfürſtl. Durchl. unterthänigſt-gehorſamſten Fleiſſes ersuchen, Sie geruhen gnädigſt, ſolche Poſitiones dem Appellaten, ohne allen Anſtand, zufertigen und dahin anhalten zu laſſen, daß er, innerhalb 3. Wochen, von Zeit der ihm zugekommenen Articul, ſub juramento reſpondendorum, ſeine Antwort deutlich und klar ꝛc. Pars appellata tali modo reſpondere poteſt; daß die gegenſeitige Articuli poſitionales Appellaten ad reſpondendum in Gnaden communiciret worden, dafür erſtattet derſelbe unterthanigſten Danck. Und ob zwar Appellat, auf ſolche Articul zu antworten, nach Innhalt der Rechten, ſich nicht ſchuldig erachten kan, und zerſchiedene Urſachen hätte, um deren Verwerffung einzukommen; So will er dennoch, um ſein gutes Gewiſſen hierdurch an Tag zu legen, davon dermahlen abſtehen, und nur inſtändigſt bitten dem Appellanten beweglich zuzuſprechen, daß er ſein Gewiſſen wohl beobachten, und durch Abſchwöhrung des juramenti dandorum ſich nicht ſelbſten in das ewige Verderben einſtürtzen möge. Und wie im Gegentheil Appellat verſichert iſt, daß er an allen des Appellanten Zumuthungen unſchuldig, als will er ſeine

Reſpon-

Responsiones, salvo tamen jure impertinentium, & cum protestatione, si quæ positiones sint, quibus de jure non respondendum, de sibi non præjudicando, hiemit unterthänigst übergeben, und dabey sich anheischig gemacht haben, so bald Kläger seine positiones mediante juramento dandorum, bestärcket, seine übergebene responsales, mediante juramento respondendorum, ebenfalls zu bekräfftigen; sich schließlichen quævis competentia juris beneficia, bestens vorbehalten, und darüber Euer Hochfürstl. Durchleucht höchstes Richter-Ambt omni meliori modo unterthänigst angeruffen haben, in unterthänigstem Respect verharrend. Articuli positionales sequentem in modum poni possunt, ab extra, Positiones sive Articuli Positionales, in der Appellations-Sache von Nürtingen, Caji, Klägers Appellanten und Ponenten eines, entgegen und wider Mevium, beklagten Appellanten und Ponenten andern Theils, à latere; an ein Hoch-preißliches Hof-Gericht. Et interius talis introitus brevis non superfluus erit. Nachdeme jüngstin Beweiß erkannt, und Appellant solchen, mittelst Positional-Articuln, zu vollführen gedencket, so will er dann hiemit, salvo jure additionalium & quocunque, nachfolgende Articulos positionales überreicht haben, und darauf die Appellatische Antworten, rechtlicher Ordnung gemäß, gewärtig seyn. Sagt und setzt demnach 1) wahr, daß ꝛc. In quem modum fere etiam responsiones ad Articulos positionales concipi possunt: Nimirum Responsiones auf die übergebene Positional-Articul &c. Ad Artic. 1.

Sage wahr zu seyn ꝛc. Ad Artic. 2. Sage nicht wahr zu seyn ꝛc. Ad Art. 3. Glaubet nicht wahr ꝛc. Sin positiones negatæ, tunc demum Articuli probatoriales concipi possunt tali modo: Nachdeme Appellant in seiner vermittelst des Juramenti Respondendorum übergebenen Antwort vieles nicht eingestanden, was zum Grund der gegenseitigen Klag gehöret; So will Appellant nunmehro so viel ihme daran abgeläugnet worden, durch Zeugen darthun; Zu welchem Ende er dann die hiebeygehende Articulos probatoriales geziemend einreichet, in der Hoffnung, solche alle und jede erweißlich machen, jedoch allen rechtlichen Uberfluß ausgeschieden. Et deinde ordinario modo proceditur, uti juris est, in probatione petita & supra *cap. 13. §. 8. cum seqq.* latius dictum & explicatum. An usus articulorum positionalium magnus sit, disputant DDres. Pro non usu pugnant Gasser *in integra Disp. de inutilitate posit. cum juram. dand. & respondend.* Alii talem modum probandi commendant, maximè in causis stupri aliisque, quæ clam & absque testibus peraguntur, ut ita conscientia ratione plurium circumstantiarum in antecessum tangatur, ut eo melius probatio conjecturata adornari queat. Bœhmer *in Disp. de contumacia non respondent c. 1. §. 9. & 11.* Leyser *spec. 121. med 3. & 4.* Knorr *in Proceß. civil.* 7ten Haupt-Stück. §. 9. Abusum vitandum esse graviter differit Stryk. *in meletem. Juram II c. 2. §. 17. cum seqq.* Brunnemann. *in Jur. Eccles. lib. 3. c. 4. §. 3.* Neque mihi in praxi per 45. annos magnum usum observare licuit:

add.

add. meum *Consil. 52. num. 31. seqq. Vol. 8. Tubing.* Jurarunt enim juramenta dandorum & respondendorum, & causa obscura mansit, & per testes & principalia juramenta tandem decidenda fuit.

CAP. XVI.

De Probatione per Instrumenta, & Editione Instrumentorum.

SUMMARIA.

§. 1. Tractat probationem per instrumenta, tempusque producendi, & quod variis modis iujungatur editio actorum.

§. 2. Exhibet formulas petendi probationem per instrumenta, vel conjunctim per testes & documenta.

§. 3. Quando actores & rei ad editionem actorum obligati sunt, ubi simul de communibus instrumentis & juramento edendorum agitur.

§. 4. Addit tempus editionem actorum petendi, cum formulis.

§. I.

PRobatio fit itidem per instrumenta & documenta, quæ ut plurimum hodie, maxime si principalem actoris intentionem, vel rei exceptionem fundant, statim libello vel litis contestationi adjungi solent R. J. de An. 1654. §. 35. talisque probatio per scripturam admittitur quoque de Jure communi & Würtembergico, post lapsum terminum probatorium; ante tamen conclusionem in causa Ord. Dicast. *part. 3. tit. 17.*

§. fin. Gail. lib. 1. obs. 105. n. 5. Mynsinger cent. 6. obs. 6. Brunnemann in Processu civili c. 19. num. 12. Esbach ad Carpzov. part. 1. const. 16. def. 6. num. 2. B. D. D. Lauterbach in differ. J. C. & Saxon. th. 19. Secus de Jure Saxonico Carpzov. in Processu t. 14. art. 1. n. 18. & 36. Ludovici in Civil. Process. c. 17. §. 1. Ei variatio quoque locum habet, ita ut, qui probationem per testes tentavit, ad instrumentorum fidem adhuc recurrere possit, arg. L. 3. §. 2. l. 22. de testibus l. 11. C. de R. C. L. fin. §. 10. C. de jur. delib. Mevius part. 2. dec. 93. num. 2. Gail. lib. 1. obs. 105. num. 4. B. D. D. Frommann in Disp. de jure variandi c. 3. m. 7. num. 412. Post conclusionem verò in causa non admittuntur instrumenta, nisi juratò affirmare possint partes, quod nullam notitiam ante conclusionem de iis habuerint, Ordin. Dicast. part. 1. tit. 17. §. 1. J. P. W. part. 1. tit. 50. Struvius Ex. 28. th. 32. Brunnemann in Processu civili c. 19. n. 13. B. D. D. Harpprecht Cons 70. num. 373. cum seqq. vid. Mevium part. 6. dec. 284. Strykium in introduct. ad prax. For. c. 21. §. 5. ubi limitant, nisi omnis malitiæ suspicio deficiat, vel in actis illorum mentio facta Mevius part. 3. dec. 165. D. Lauterbach in Colleg. theor. practico §. 54. ad tit. π. de fid. instrum. Ego in Dec. 192. n. 12. tunc enim acta omni tempore suppleri & redintegrari possunt, & à judice, maxime si ipsi adhuc dubium aliquod resideat, ex officio quoque conclusio rescindi potest, cum judici nunquam concludatur Stryk. in introduct. ad prax. For. c. 21. §. 1. Ut tamen instrumenta probent, producenda sunt originalia,

cum

cum copiis, sed, si copiæ ab Assessore & Secretario collationatæ & subscriptæ, originalia reddenda sunt, retentis copiis Ord. Dicast. *part. 3. tit. 17. §. 4.* J. P. W. *part. 1. tit. 34. §.* Da auch ꝛc. Ubi soli Archigrammateo hæc cura incumbit in prima instantia, vel ad minimum copiæ vidimatæ à Notariis vel Archigrammateis aliisque scribis juratis legaliter confectæ in judicio exhibendæ sunt, J. P. W *part 1. tit. 34. §.* Welcher ꝛc. cùm Scribæ jurati in Ducatu Würtembergico vices Notariorum subeant J. P. W. *part. 1. tit. 33. §* Welcher besiegelte ꝛc. B. D. Bardili *Exerc. 46. concl. For. 4,* B. D. Harpprecht *in Cons. nov. 44. num. 260. cum seqq. & Cons 70. num. 100.* si pars nolit hanc scripturam pro sua manu agnoscere, tunc per testes, comparationem literarum vel alio legitimo modo id probare possunt & debent Ord. Dicast. *part. 3 tit. 17. §. 2. & 3.* B. D. Bardili *D. Sp. de recogn. instrum.* B. D. Harpprecht *Cons. 37.* Variis modis editio actorum in Dicasterio Supremo, pro diversitate casuum & exigentia rei, injungitur, ut nempe coram deputatione Dicasteriali No. 196. 507. 906. 916. 1182. vel coram judice priori No. 595. vel coram Commissario acta edantur, vel per literas subsidiales No. 630. decernitur, & quidem sumtibus petentis No. 906. & copiæ documentorum Abschrifft insuper conceduntur No. 906. 914. Interdum jungitur die Verabschiedung No. 1182. interdum probatio No. 70. 851. interdum fertur devolutoria sententia & acta, loco libelli gravatorialis & litis contestationis, pro prælectis, accipiuntur, deinde editio

actorum

actorum injungitur ac processus in scriptis permittitur No. 929. Ita 1723. den 29. April in Causa Appell. von Asperg, Hofmännin & Kappoldische Erben, contra Mayer und Schmierer, causa pro devoluta habita & Nti juramentum malitiæ, Appellatis autem juramentum edendorum injunctum, deinde probatio subjuncta.

§. II.

Sin probatio petita per interlocutoriam decreta, & partes non saltem per testes sed etiam per instrumenta intentionem suam probare, sicque hos duos modos probandi conjungere velint, vel causa planè ita comparata, ut probatio non nisi, vel quoad maximam partem, per plura documenta fieri debeat, & suscipienda sit, tunc eodem modo, sicuti in probatione per testes, procedi potest, v. c. 14. ita ut articuli probatoriales conficiendi & porrigendi, cum directorio & denominatione instrumentorum. In directorio exprimendum, vel articulo statim subjungendum, ex quo nempe instrumento quilibet articulus probandus, v. gr. Art. 5. wird erwiesen, durch den Verglich de A. 1710. lit. A. & sic porro: Hoc enim modo facile evitatur confusio, Articuli tamen probatoriales, qui per documenta probantur, ad interrogandum non communicantur, sed die præfixo coram Commissario documenta producuntur, & quidem caute in copiis, cum originalibus, quæ postrema, facta prius collatione & subscriptione Commissariorum,

rum, recipiuntur, ne forte pereant J. P. W *p. 1. tit. 34.* §. Da auch ꝛc. add. Ludovici *in Civil. Proceſſ. c. 17. §. 1. & ſeqq.* Non aberrabit tamen practicus, ſi, pro re nata, commiſſioni expreſſe vel tacite renuntiat, ad parcendos ſumtus, cum inſtrumenta poſt lapſum quoque terminum probatorium produci queant, & omnia ſua documenta in copiis vidimatis, ſub oblatione ad producendum originale, in judicio, vel antea extrajudicialiter producat, & ſi proceſſus in ſcriptis peragendus, ſtatim ſcriptum probatoriale, Probations-Schrifft, conficiat, cum adjunctis documentis, vel ſi proceſſus oralis obtineat, deinde oretenus, modo, tempore & loco conſueto, procedat. Formulæ tales eſſe poſſunt. Es ſeye zwar den 16. Jun. Beweiß erkandt worden, da aber N. mit keinen Zeugen aufzukommen vermöge, ſondern es auf dem Beweiß durch Brieffſchafften eintzig und allein ankomme; So wolle er dann nachfolgende Articulos Probatoriales, zu Vermeidung aller Unordnung, und damit gleich eingeſehen werden könne, was ein jedes Document darthue und erweiſe, gebührend eingreichet, und das Directorium beygefüget, auch die Documenten in Copiis und Originali produciret, und nach geſchehener Collation, und Vidimirung, die Originalien ſich zuruck ausgebetten haben, mit dem ferneren Bitten, ſolche der Ordnung nach, in einen ordentlichen Rotulum Documentorum zu bringen, und das weitere zu verfügen, was die Rechten dißfalls an Handen geben, ſub Implorat. & Reſervat. vel interdum, ſi

ſibi

sibi expedire credat, petitur, daß die erkandte Commission, aus angeführten Ursachen aufgehoben, und er in Ermanglung Zeugen, derselben sich begeben haben wolle, mit der Anzeige, daß er seine Documenta extrajudicialiter in copiis vidimatis zu produciren, auch die Originalien vorzuzeigen nicht ermanglen werde ꝛc. Ubi probatio non saltem per testes, sed etiam per documenta decerni debet, interlocutoria hoc modo strui potest: Ergehet, pcto gebettenen Beweises durch Zeugen und Brieffschafften, der Bescheid, daß was beede Theil, zu Erlernung der Wahrheit und Vorstand ihres Rechtens, so wohl durch Producirung Documenten, als auch durch Zeugen darzuthun gemeint, ein solches und zwar das letztere auf Articul und Fragstück ꝛc. gehört werden solle ꝛc.

§. III.

Haud raro partes agunt in prima & secunda instantia ad editionem actorum; imo interdum editio hæc ex officio injungi potest Brunnemann. *ad L. 1. n. 9.* Beyer *pos. 33.* Stryk. *ad Schüzii compend. ad verb. modo petatur ad tit. de edendo.* Mevius *p. 3. dec. 337* Ego *in Dec. 197. num. 3. & 4.* Actor regulariter ad editionem instrumentorum obligatus dicitur, licet iis in judicio haud usurus sit, *L. 10. §. 2 ff. L. 5. L. 6. L. fin. C. de edendo* Lauterbach *§. 30. ibidem.* secus est in reo, cum nemo se proprio gladio jugulare tenetur, sed actor ipse instructus venire debet, *L. 1. §. 4. L. fin.*

C. de

C. de edendo. Lauterbach §. 30. de edendo. Ego in Dec. 13. n. 3. seqq. Dec. 193. n. 8. & Dec. 197. n. 5. seqq. ubi plures exceptiones referuntur, quando reus ad editionem obligatus sit, in specie Berlich p. 1. concl. 45. num. 28. seqq. ubi XXVII. Beyer pos. 23. usque 30. ad tit. de edendo, qui IX. & Nicol. in proceff. p. 1. c. 50. n. 4. ubi XIII. adducit exceptiones. Neque tamen omnes indistincte admittendæ, sed prudentis judicis arbitrio relinquendæ Brunnem. ad L. 1. n. 1. de edendo. cumprimis huc pertinet casus, si instrumenta sunt communia J. P. W. part. 3. tit. 35. §. fin. Ego in Dec. 13. n. 5. & Dec. 43. n. 13. & dicuntur non solum communia, ratione dominii L. 5. ff. L. 7. C. fam. hercisc. sed etiam si ratione contractus, administrationis ac natura negotii, & quoad materiam, tales sunt, prout latius explicant, Ruland de Commissar. p. 2. lib. 5. c. 19. n. 6. Fulv. Pacianus de probat. lib. 1. c. 64. m. 1. n. 89. seqq. Et ita editio instrumentorum communium injuncta in No. 96. imo instrumenta communia tertius quoque edere debet, Lauterbach §. 32. de edendo quod si edere jussus instrumenta se possidere neget, jurare debet, se ea nec habere, nec dolo malo habere desiisse L 21. C. de fid. instrum. modo justæ causæ suspicionis adsint, & præsumtiones concurrant, instrumenta apud alterum esse, Mevius part. 6. dec. 212. Brunnemann. ad L. 6. num. 12. de edendo. Beyer pos. 37. seqq. ad tit. de edendo, nisi per modum juramenti judicialis juramentum edendorum absque probatione deferatur Stryk. in cautel. juram. sect. 3. c. 3. pos. 2. Goswinus ab Esbach ad

Carpzov.

Carpzov. p. 1. C. 17. def 28 n. 4. Ego *in Dec. 193. n. 1. & dec. 197.* Et hoc juramentum in Dicasterio injunctum est in No. 828. 845 & denegatum in No. 379. uti quoque A. 1727. den Sept. ita judicatum: werden vorderist die hinc inde deferirte juramenta edendorum & malitiæ abgeschlagen, und darauf, allem Vorbringen nach, durch Urthel hiemit zu recht erkannt: interdum autem pro re nata juramentum edendorum saltem differtur, wird ausgestellt, No. 906. & 965. apud Hæberlin.

§. IV.

Ad editionem tamen actorum non agitur, nisi post litem contestatam in secunda instantia, cùm hodie sit species probationis, uti judicatum in Dicasterio den 28. Jan. A. 1705. in causa Appellat. Herrn Frid. Maximilian. von Menzingen, Klägers Appellaten, contra Achatium Wolffen seel. Kinder Beklagten Appellanten. No. 914. Lauterbach §. 29. *de edendo.* Hinc, si in causa principali, ante editionem Actorum, agi nequeat, melius est, si statim, ut probatio, petatur & acta, post justificata formalia, pro prælectis, accipiantur, hoc modo: PP. Es sollte zwar nunmehro in causa principali der Ordnung gemäß gehandelt werden; weilen aber diese Strittigkeiten eine Rechnungs-Sach angehen, und die Edirung und Durchgehung derselben erst den rechten Grund entdecken und wahr machen muß, so siehet Appellant kein ander Mittel, vor sich, als ad editio-

editionem actorum zu agiren; Und weilen sothane Rechnungen communia instrumenta, quæ à reo quoque edenda sunt, Jus Prov. Würt. *part. 1. tit. 35. §. fin* Berlich. *part. 1. concl. 45. n. 55. cum seqq.* B. D. Lauterbach *Exerc. 7 concl. For. 19.* und auch sonsten ein jeder Kläger alle Instrumenta zu ediren schuldig, licet iis non usurus sit in judicio *L. 10. §. 2. ff. l. 5. l. 6. l. fin. Cod. de edendo* Brunnemann *ad l. 1. num. 9. ibidem.* So ergehet dannenhero an Euer Gnaden ꝛc. das unterthänige Bitten, die Acten, statt der Gravatorial-Klag, vor verlesen anzunehmen, und den Appellaten zu Edirung aller und jeder Rechnungen, und zu dieser Sache gehörigen Acten, coram deputatione Dicasteriali, ohnnachläßig anzuhalten, Copias davon, auf Begehren, zu ertheilen, und die Sache wo nicht noch dieses, doch ohngefährlich auf das künfftige Hof-Gericht in Gnaden wieder zu vertagen. Desuper &c. Alter, si justas credit se habere causas, cur editio actorum locum habere nequeat, illas afferre & petere potest; Die gebettene Edition der Acten abzuschlagen, und zur gleichbaldigen Actual-Handlung ihn zu verweisen. Vel si altera pars etiam acta possideat, illorum editionem simul petere potest, ex justa causa; Quod si autem res extraneos concernat, &, puncto formalium & materialium; in scriptis tractanda sit; Annon tunc editio actorum non nisi eventualiter injungi debeat, uti probatio, vid. *cap. 14. §. 3.* ulterius meditandum & ruminandum toti Dicasterio relinquimus.

CAP. XVII.

De juramentis, illorumque probatione & usu.

SUMMARIA.

§. 1 Probatio est plena, semiplena, vel major vel minor. Plena fit variis modis, adducuntur sex, semiplena probatio definitur, & recensentur XI. modi semiplenæ probationis, halben Beweises,

§. 2. Semiplena major & minor probatio describitur, & exemplis dilucidatur,

§. 3. Ob semiplenam probationem, locum habet juramentum in supplementum, Ergänzungs-Aydt, in gravibus causis semiplena major exigitur. Varii effectus & alia ad hoc juramentum spectantia afferuntur.

§. 4. Sin adest semiplena minor probatio, vel, in causa ardua, semiplena, defertur juramentum purgatorium, Reinigungs-Aydt, cujus explicatio & effectus sistuntur.

§. 5. Omni probatione deficiente, recurritur ad juramentum judiciale, quod locum habet, licet nihil probatum fuerit.

§. 6. Agit de relatione juramenti judic.

§. 7. Recusationem hujus juramenti explicat.

§. 8. Juramentum judiciale est vel veritatis vel credulitatis. Si delatum est statim in forma delata præstandum, vel remediis aliis permissis utendum.

§. 9. Præstandum est prius juramentum malitiæ, si exigitur; Agitur porro de revocatione, & variatione probationis.

§. 10. Nonnulla de juramentis manifestationis, calumniæ generali & speciali afferuntur.

§. I.

§. I.

PLena probatio sæpius in judiciis deficit, recurrendum igitur ad illa remedia, quæ defectum probationis supplent, vel suspiciones elidunt ac purgant. Dividitur enim probatio in plenam & minus plenam. Plena sine alio adminiculo ac sola & per se judici plenam & tantam facit fidem, quanta est necessaria ad causæ decisionem, ac fit 1) per duos testes omni exceptione majores *Matth. c. 18. v. 16. L. 9. §. 1. C. de testibus c. 4. &c. ibidem c. 10 & seqq. x. de testam. ordin. crim. art. 22.* 2) Per publica & quasi publica instrumenta & privata recognita J. P. W. *p. 1. t. 34.* cumprimis judicialem 3) confessionem 4) ocularem inspectionem & 5) evidentiam facti 6) per præsumtiones sufficientes, & 7) per juramenta, eo nempe modo, quo in jure receptum, Finckelthus. *obs. 19.* Berlich *p. 1. concl. 39.* Mascard. *de probat. q. 4. n. 15. & 16.* de eo tamen judex judicat, quænam sit plena probatio, utpote cujus arbitrio in genere multum circa probationem relictum est, Carpzov. *p. 1. c. 23. def. For. 4. n. 2.* Semiplena vel minus plena probatio est, eine halbe Beweisung, *Ord. crim. art. 30.* quæ per se judici fidem ad ipsius causæ decisionem sufficientem non facit, sed alio adhuc indiget adminiculo. Et quamvis multi hanc divisionem impugnent, quia imperfecta probatio nulla est probatio, in praxi tamen recepta ac usus quotidiani est, ac in *Ord. criminali art. 30.* ac jure Canonico

nonico c. *fin. x. de jurejur.* aliisque juribus fundata est. Lyncker *Disp. de semiplena probat. c. 1. th. 2.* Stryk *in vol. Disp. Hall. Disp. 7. de existentia semipl. probat. c. 1.* Variis autem modis semiplena inducitur probatio, & quidem 1) per unicum testem omni exceptione majorem, quem classicum & invulnerabilem nominant, Ord. Crim. *art. 30.* Ludovici *§. 2. de test.* Stryk *cit. Disp. c. 4. n. 7. seqq.* Lyncker *cit. Disp. c. 2. th. 7.* 2) Secundum multos per confessionem extrajudicialem per duos licet testes probatam Carpzov. *in processu tit. 13. art. 3. n. 9.* Lyncker *c. 2. th. 11.* Stryk. *c. 4. n. 67. seqq. confer. c. 14. §. 2.* 3) Per publica instrumenta omnibus requisitis munita, nisi quod Notariatus sigillum desit, & privatum saltem sigillum ibidem appareat Carpzov. *lib. 3. resp. 85.* Richter *p. 1. dec. 32. num. 26.* Lauterbach *§. 41. de fid. instrum.* D. Harpprecht *Consil. nov. 44. n. 234. seqq. & c. 12. n. 26. seqq.* 4) Scriptura privata & epistola non recognita, post recognitionem enim plene probant Bardili *in Disp. de recognit. instrum.* contra scribentem non probat, nisi testibus suffulciatur, Hartleben *Disp. de recognit. instrument. per testes*, vel comparatio scripturæ accedat. Lauterbach *Disp. de epistola th. 42.* Lyncker *th. 1. seqq.* Stryk. *n. 32. & n. 50. & n. 34. seqq.* quamvis tutius & verius prudentis judicis arbitrio relinquatur, quænam probatio ex comparatione literarum oriatur, D. Grav. *Disp. de ocul. inspect. th. 41. & 50.* Hertius *sim. Disp. th. 34. & 41.* D. Harpprecht *c. 37. n. 25. seqq. & n. 134.* 5) Libris quoque mercatorum, accedentibus debitis requisitis, semi-

semiplena attribuitur fides, ut commercia promoveantur & quia multorum fidem sequi debeant J. P. W. *p. 1. tit. 34. pag. 131.* Lauterbach *§. 49. & 51. de fid. instrum.* Lyncker *th. 4.* Stryk *n. 33. seqq.* Klein *in Disp. de probat. quæ fit per libr. mercat. c. 3. & 4.* Andreas Christoph. Rösener *de libr. mercat. c. 11. & 12.* 6) Authentica à notario descripta. Berlich *dec. 100.* Lauterbach *§. 48. de fid. instrum.* D. Harpprecht *Resp. 24. n. 40. seqq. resp 93. n. 179.* nisi à judice, citatis partibus, exemplificatio facta. Stryk *dict. c. 4. n. 60. seqq.* vel aliud statutum sit, vid. J. P. W. *p. 1. tit. 34. p. 129.* 7) Constans & consentiens fama ab honestis personis orta & duobus testibus probata, Struv. *Exerc. 28. th. 5.* ibique Müller. Lyncker *th. 9.* Stryk. *n. 77. seqq.* 8) Fuga rei absque causa facta, cumprimis in criminalibus, non excluso tamen judicis arbitrio, Lyncker *th. 10.* Frommann *Disp. de fugæ justitia & injustitia. th. 51. seqq.* 9) Semiplena probatio itidem oritur ex præsumtionibus, ita ut una vehemens & alio adminiculo munita haud raro sufficiat, Stryk. *n. 95. seqq & in usu moderno §. 3. de fid. instrum.* Mevius *part. 5. Dec. 172. & 251.* Harpprecht *Cons. 25. n. 33. & 67* vid. *c. 14. §. 3.* 10) Per duos testes non omni exceptione majores, pro prudentis judicis arbitrio, Struv. *Exerc. 28. th. 36.* Stryk. *dict. §. 3.* 11) Huc referunt rem inter alios actam, & testimonia inter alios recepta, si testes amplius examinari non possunt, Stryk. *c. 4. n. 102. seqq.*

§. II.

Cum autem interdum major, interdum minor fides adsit; Ideo, pro diversitate graduum, subdividitur, semiplena probatio, ex communi DDrum sententia, in semiplena majorem vel minorem probationem, quem gradum probabilitatis, verisimilitudinis & probationis judex prudens determinare debet; Semiplena major probatio dicitur, quæ fidem plus quàm semiplenam, nec tamen omnino plenam & perfectam judici facit, sed aliquo minus vehementi adminiculo, adjuvanda est: ut si quis suam intentionem probet per unicum testem omni exceptione majorem, & alium, qui talis non est, Lauterbach *§. 8. de probat.* plura exempla suppeditat, Stryk. *in Disp. de existent. semiplenæ probat. c. 3. n. 8. seqq.* si nempe duo testes deponunt, se scribentis manum notam habere, & accedat comparatio literarum, tunc enim conjunctæ hæ probationes non quidem plene, cum facilis error intervenire queat, testes de credulitate saltem & non de sensu corporeo deponant, sed tamen plus semiplene certitudinem scripturæ ostendere asserit, & multum judicis arbitrio relinquit, quamvis ipse, Stryk. *in introduct. ad prax. For. c. 19. §. 10.* pro plena hoc casu pugnet probatione, quæ absque dubio adest, si testes deponunt, se vidisse illud scribi Dn. Schaumburg *in princip. Prax. Jurid. Judic. lib. 1. sect. 1. n. 3. §. 27.* Knorr in der gründl. Einleitung zum *Proceß XI.* Hauptst.

Hauptst. §. 25. *seqq.* Ludovici *in addit. ad proc. jur. Civil. c. 17. §. 15.* ubi addunt, quod hodie, abrogata comparatione literarum, in Saxonia, testes de proprio visu scripturæ vel confessionis scribentis deponere debeant, & denique si unus testis omni exceptione major de veritate contractus deponat, & alter de confessione extrajudiciali partis, quæ confessio extrajudicialis, per unum saltem testem probata, non nisi leviorem efficere præsumtionem tradunt vid. *c. 14. §. 2.* Semiplena minor probatio audit, quæ ex leviori bus præsumtionibus & suspicionibus oritur & minus quam semiplene probat; Et inducitur per testem non omni exceptione majorem, ut fratrem conf. J. P. W. *p. 1. tit. 36.* §. Item Bruder und Schwester, vel testem levis notæ macula laborantem, Frommann *in Disp. de lev. not. mac. th. 55.* libros opificum, D. Harpprecht *Consil 60. n. 35. 96. & 105. cum seqq. C. 75. n. 545. seqq. Consult. nov. 40. n. 16. seqq. & in Differ. J. C. & Würtemb. th. 4.* add. J. P. W. *p. 1. tit. 34. fol. 131.* Plures modos semiplenæ majoris probationis recenset, Berlich *p. 1. concl. 36. n. 115. seqq.* quamvis non omnes calculum mereantur.

§. III.

Præmissa igitur explicatione plenæ, semiplenæ, semiplenæ majoris & minoris probationis, & quomodo illa inducatur, jam inde venientes effectus explicandi veniunt. Sin adest semiplena probatio, per regulam juramento in

supplementum, Ergänzungs-Eyd, locus datur J. P. W. *part. 1. tit. 52.* id quod vocatur necessarium, tum quia judex, ob inopiam probationum, illud ad imperfectam suæ intentionis probationem supplendam & confirmandam ex necessitate deferre debet, adeò ut nisi deferat, à judicis sententia propterea appellari possit, *L. 31. ff. L. 3. C. de jurej. c. 11. x. eodem* Lauterbach *§. 73. de jurejur.* D. Harpprecht *Disp. de appell. à jurejur. §. 26.* tum quod partes sine facultate referendi hoc præcise suscipere & præstare tenentur, nec recusari potest, Lauterbach *§. 78. de jurejur.* & *Disp. de relat. jurisjur. th. 47.* Grolmann *Disp. de recusat. juram. jud. §. .* nisi justa adsit causa recusationis, ut si de facto defuncti ignoto delatum, *L. 42. de R. J.* vel ei qui plene probavit, vel ubi semiplena probatio deest, Lauterbach *§. 78. de jurejur.* D. Harpprecht *de appell. à jurej. §. 25.* vel personæ verisimiliter pejeraturæ illud delatum Mevius *p. 5. dec. 95.* vel alia justa causa & nova probatio superveniat, Brunnemann *in proceff. c. 23. n. 27.* D. Harpprecht *Disp. de revocat. juram. delat. §. 9. seqq.* & *§. 34.* Illi igitur, qui actionem vel suam exceptionem semiplene, vel, in causis arduis, plusquam semiplene probavit, hoc juramentum defertur, sive sit actor, s. reus, ita tamen, ut honestior & dignior, masculus & Christianus magis præferendus sit, Lauterbach §. *76. de jurejur.* Brunnemann *in Processu Civili c. 23. n. 26.* Beck *de Jur. judæorum c. 16.* Ego *in Consil. Tub. 41. num, 36. seqq. Vol. 8.* Et præstatur insuper in omnibus causis civilibus, nisi quod in causis

causis arduis, quarum determinatio ex prudentis judicis arbitrio pendet, plusquam semiplena probatio exigatur, qualis etiam sunt civiles magnæ quantitatis, propter perjurii periculum & suspicionem, ratione magni commodi; post Gail. Mynsing. Brunnemann. Lauterbach §. 77. *de jurejur.* Mevius *p. 4. dec. 297.* D. Harpprecht *Cons. 75. n. 11. 346. 716. & 781. Consult. nov. 23. n. 34.* Bœhmer *in Disp. de caus. arduis cap. 2. §. 11.* Hoc juramentum insuper est veritatis, neque de credulitate præstatur, Lauterbach §. 76. Stryk. §. 37. *de jurejur.* nisi quod per modum exceptionis heredes mercatorum admittantur, D. Harpprecht *Resp. 11. n. 265.* vel si causa civilis ita comparata, ut testes quoque de credulitate con rejiciendi, ut in causis antiquis & similibus, Lauterbach *in Disp. de juram. credulit. p. 1. th. 19. & 26. & p. 2. th. 23. & 27.* Bœhmer *in Jur. Eccles. lib. 2. tit. 74. §. 72.* Mencken §. 49. *de jurejur.* vel si hæredes de factis defuncti bene informati & probabilem opinionem, scientiam & notitiam de iis habeant, Dn. à Wernher *in Disp. de jurament. hæred. n. 41. pag. 553. in Vol. VII. ad p. 4. obs. 151. pag. 553. in nov. supplem.* D. Harpprecht *Resp. 11. n. 240.* Mevius *p. 4. dec. 121.* Dn. à Berger *in Disc. For. tit. 19. pag. 545.* Carpzov. *P. 1. C. 23. Def. For. 8.* Sin igitur ille, cui delatum hoc est juramentum, id præstitit, pro eo judicatur, *L. 31. de Jurejur.* expensæ tamen compensantur, ob imperfectam probationem, D. Harpprecht *Cons. 25. n. 76. & 147.* Sin absque ratione recusat, causa cadit & contra illum judex pronuntiat, cum con-

demnatione in expensas, D. Harpprecht *C. 25. n. 73. Consult. nov. 61. n. 103. seqq. & Disp. de expens. victor. præstito jurejur. adjud. vel compensand. probl. 3.* quod si tamen hoc juramentum per interlocutoriam delatum vel post illam præstitum, appellatio ab interlocutoria juramentum suppletorium injungente vel definitiva, permissa legitur, vid. *c. 8. §. 16.* imò ob noviter quoque reperta instrumenta retractari potest, *L. 31. de jurejur.* Lauterbach *§. 79. de jurejur.* quamvis alii testes non plane excluſos dicant, cum sub instrumentis testes quoque subaudiantur, Stryk. *in Disp. de probat. contra præst. juram. leg. cap. 3. §. 6.* quod tamen, ob metum subornationis, per regulam, verius negatur & genuino sensui instrumentorum inhæretur, non excluſo tamen omni prudentis judicis arbitrio, D. Harpprecht *Cons. nov. 27. n. 65. & 79. seqq.* ocularis quoque inspectio, contra tale juramentum admittitur, Scheinemann *in Disp. de o ul. inspect. th. 53.* Formulæ, quomodo juramentum suppletorium denegatur, legi possunt, apud Hæberlin *in sentent. Dicast. No. 470. 498. 657. & 970.* & quomodo injungatur *in No. 1176.*

§. IV.

Quod si autem adest semiplena minor, vel in causa ardua semiplena probatio, cum ob hanc in causa ardua cesset juramentum in supplementum, Gail. *lib. 1. obs. 108. n. 11.* Mynsinger *cent. 1. obs. 68. n. 4. & cent. 4. obs. 12.* judex defert juramentum

mentum purgatorium, Reinigungs-Eyd, ita ut talis gravatus se à suspicionibus per torturam spiritualem purget, quamvis enim regula aliàs nota sit, quod actore haud probante reus absolvendus sit, *L. 4. C. de edendo*, & quod unicus testis, cumprimis non omni eoceptione major, nullus sit testis, *L. 9. §. 1. C. de test.* tamen huic dicterio non crude insistendum, potius ita accipiendum, ut non sufficiat ad condemnandum, bene tamen ad juramenta legalia, ob defectum probationis plenæ, deferenda, Stryk. *in introduct. ad Prax. For. c. 20. §. 13.* Et si suspicionibus gravatus hoc juramentum præstiterit, pro eo pronuntiatur, & definitive absolvitur *c. fin. de purgat. can.* compensatis expensis, nisi culpa & facto suo causam & occasionem suspicioni dederit, quo casu in expensas condemnari potest. Lauterbach *§. 51. de jurejur.* D. Harpprecht *in Disp. de expens. victor præsumo jurejur. adjudicant, vel compensand. problem. 5. §. 28.* Si recusat illud præstare, habetur pro confesso & convicto & pro adversario pronuntiatur, Stryk. *in Cautel. juram. sect. 3. c. 3. pos. 6. n. 471. pag. 596.* contraria tamen probatio per instrumenta non excluditur, Lauterbach *§. 50. & 51. de jurejur.* D. Harpprecht *Cons. nov. 27. n. 62. seqq. & n. 91.* adeo ut, pro prudentis judicis arbitrio, testes haud plane repellendi, D. Harpprecht *n. 80. seqq.* adpellatio quoque admittenda est, *c. 8. §. 16.* De cætero si à judice defertur, præcise est præstandum, exclusa relatione, cum adversarius suspicionibus haud gravatus sit, Lauterb. *§. 50. de jurejur.*

Circa

Circa hæc juramenta legalia, suppletoria, & purgatoria, porro notandum, quod judex illa deferat vel ex officio vel ad petitionem partium, *c. 6. c. 8. c. fin. &c. de purgat. can. L. 6. §. 4. C. de his, qui ad Eccles. confug. L. 3. C. de R. C. L. 31. de jurejur.* Lauterbach §. 47. & 73. *de jurej.* & quidem vel 2) per sententiam interlocutoriam, quales legi possunt apud Dn. Hæberlin *in sentent. Dicaster. No. 94. 375. 654. 701.* ubi ratione incendii, furti rerum concreditarum perditarum in incendio & ruina, nec non amotis mercibus, juramentum purgatorium injunctum, vel cum subjunctione definitivæ sententiæ: Wurde Kläger darstehen, an dem Gerichts-Stab angeloben, und daraufhin einen leiblichen Aydt zu GOTT dem Allmächtigen dahin ablegen, daß Klägerin die 1000. fl. dem Titio geliehen, oder Beklagter solche bezahlt, massen ihme zu thun obligt, so wäre Titius dieselbe, nebst dem Interesse, zu zahlen schuldig, so wäre Titius von der Klag zu entbinden, vel, so hätte Kläger oder Beklagter seine Intention, Klag oder Exception gnugsam erwiesen, deßwegen ꝛc. ꝛc. Lauterbach *in Tract. Synopt. §. 3. n. 57. & §. 6. n. 93.* Stryk. *in Colleg. Pract. ad introduct. in Prax. Forens. sect. 3. m. 4. §. 18. & 19.* ubi tamen recte addit, quod tutius & melius interlocutoria pronuntietur, so ergehet alsdann in der Sache ferner, was Rechtens. Id quod etiam in nostro Ducatu usu servatur. Facultas tamen juridica Tubing. pro moribus regionum, ad parcendos sumtus, haud raro definitivam in responsis ad exteros dandis conjungit. In genere nul-

lum

lum hodie juramentum in judicio præstatur, nisi prius à judice interloquente impositum sit. Carpzov, *in Proceſſ tit. 11. art. 2. n. 2. ſeqq.* 3) Partes modeſte ſe ad juramenta hæc legalia offerre valent, Stryk. §. *36. de jurejur.* neque ſe eo ipſo ſuſpectas reddunt, ut in judiciali juram. *L. 3. de jurejur.* ibique Brunnemann. Carpzov. *de proceſſ. tit. 12. art. 2. n. 5.* Neque 4) prius juramentum malitiæ præſtandum, cum judex calumniari haud præſumatur, nec ulla ſuſpicio in Leges, quæ ſanctæ ſunt, cadat, nec pars illud deferat, ſed Leges illud approbent & exigant, Grav. *in Diſp. de jurejur. propter calum. dando. p. 26.* Lauterbach §. *50. de jurejur,* 5) De jure communi, poſt terminum quoque lapſum probatorium & publicationem rotulorum, usque ad cauſæ concluſionem, juramenta in genere deferri poſſunt, & licet quis à probatione deſtiterit, vel in ea defecerit, cum pluribus uti probationibus & obtinendi modis nullibi in jure prohibitum ſit, arg. *L. 11. & 12. C. de rebus cred. L. 38. de jurejur.* Mevius *p. 3. dec. 3. & p. 4. dec. 6. & 168.* Frommann *in Diſp. de jur. variandi c. 3. m. 7. n. 416. pag. 122.* Lauterbach *§. 63.* & Frantz. *num. 198. de jurejur.* Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß, c. 19. §. 2.* Et hæc ſententia in Ducatu Würtembergico recepta eſt; maxime cum interlocutoriæ ad probationem per teſtes & documenta in Würtemb. reſtringantur, uti formulæ conſuetæ id docent; ita ut terminus probatorius ad juramenti delationem extendi nequeat, quicquid in Saxonia aliisque regionibus obtineat. Schaumburg

burg *in Princip. Prax. Jurid. judic. sect. 1. lib. 1. m. 3.* §. 6. Knorr in der gründl. Anleitung zum *Proceß* §. 12. Hauptstück. §. 2. *seqq.* add. D. Bœhmer *in Disp. de probat. per delat. juram.* §. 11. *cum seqq.* ubi §. 20. terminum probatorium ad juramentum extendit. 6) Juramenta legalia nulli committuntur, nisi sit persona fide digna & quæ veritatem probabiliter sciat, nec de perjurio suspecta, nec infamis sit. Besold *C. 264. n. 58.* Harpprecht *Cons. nov. 11. n. 25.* Dn. à Lyncker *Dec. 7.* Lauterbach §. *48. & 76. de Jurejur.* quod si autem stuprata ad satisfactionem agat, ab altera parte illi frustra objicitur, quod sit persona infamis, arg. *L. 7. de publ. judic.* cum ille sit similis conditionis, hincque vicissim ad talia juramenta admittendus non esset, ita ut res exitum habere nequeat, Dn. à Lyncker *Dec. 1425.* maximè si sub spe matrimonii ineundi imprægnatio facta Bœhmer *in Jure Eccles. lib. 2. t. 24. §. 77.* Stryk. *in cautel. juramentor. p. 2 sect. 3. n. 130.* Secus vero esset, si talis fœmina ob aliud stuprum vel delictum jam condemnata, sicque infamis antea esset, ubi recte à juramenti præstatione repelleretur, Besold *C. 140. n. 30. seqq.* 7) Adhuc observandum, quod Juramenta suppletoria & purgatoria magnam inter se ratione probationis connexionem habeant, ita ut Judex haud rarò dubius hæreat, an actori juramentum in supplementum, an reo juramentum purgatorium imponendum sit; circa quod dijudicandum accurata ponderatio omnium circumstantiarum & præsumtionum, ac personarum adhibenda & acumine judicii uten-

utendum, J. P. W. *p. 1. t. 52.* ita ut ille, qui meliorem & fortiorem probationem adduxit, præferendus sit, sin æquæles probationes extent, pro reo potius concludendum Struv. *Exerc. 17. th. 53.* Lauterbach *§. 41.* & Stryk *§. 4. de probat.* add. Lyncker *Disp. de semiplena prob. cap. 4. th. 3.* D Bœhmer *in Jur. Eccles. lib. 2. t. 24.* §. *73.* Ita in Supremo Dicasterio An. 1716. sententia primæ instantiæ, juramentum purgatorium reo imponens, fuit reformata & actrici juramentum in supplementum delatum apud Dn. Hæberlin, *in Append. sentent. Dicast. No. 33. pag. 93. 95. & 113.*

§. V.

Quod si denique omnis deficiat probatio, quia res remotis arbitris peracta, vel non nisi dubia probatio, ob mortem testium, speranda, vel aliæ rationes, & paupertas partium, ac tædium litium, &c. adsint, tunc, ad parcendos sumtus & accelerandum exitum litis, ad Juramentum judiciale, quod pars parti in judicio defert, convolandum est, utpote quod deferri potest, in omnibus causis civilibus, *L. 3. L. 9. L. 11. L. 34. de jurejur.* licet nihil probatum sit, cum ille, cui defertur, testis & judex in propria causa constituatur, & alter de malitia prius jurare debeat, ac reus tum demum absolvendus, si nihil probavit, neque juramentum detulit. Vinn. *lib. 1. select. quæst. 42.* Leyser *spec. 135. med. 5.* Lauterbach *§. 63.* & Stryk. *§. 21. de Jurejur.* Hinc Advocati ex clientibus suis accurate perquirere debent

debent, an documentis vel testibus suam intentionem probare valeant, vel an non consultius sit, mox conscientiæ adversarii causam committere, Stryk. *in Colleg. pract. ad introduct. Prax. For. sect. 2. §. 6. in mon. gener.* modo suus adversarius talis sit persona, quæ conscientiæ rationem habet, & justas Dei pœnas perjurio præstitutas timet, aliàs enim frustraneum remedium foret & causæ amissionem certam post se traheret; Et ita in sententiis Dicasterialibus hoc Juramentum judiciale injunctum in *Nro. 388. 400. 445. 635. 740.* & denegatum, als ohnnöthig abgeschlagen, in *No. 49. 367. 369. 395. 534. 538. 589. 667. 742. 960. 998.* apud Hæberlinum.

§. VI.

Juramentum judiciale licet referre, si quis consultius hoc reputet *L. 34. §. 6. & 7. de Jurejur.* adeo ut JCtus Paulus *in L. 38. de Jurejur.* dicat, manifestæ turpitudinis & confessionis esse, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre, Lauterb. *Disp. de relat. Jurisjur. per totum*, licet nihil dictum in sententia, nec relatio reservata, cum ipso jure competat, Lauterbach *Disp de relat. Jurisjur. th. 9. n. 11. seqq.* neque referentem de calumnia jurare oporteat, *L. 34. §. 7. de Jurejur.* quia Legibus hæc electio data, neque ille audiendus, qui conditionis nomine, quam ipse detulit, de calumnia velit sibi jurari, Lauterbach *de relat. Jur. th. 104.* Secus de Jure Saxonico, adeò ut deferens Juramentum sibi relatum præcise præstare,

stare *L. 34. §. 7. de Jurejur. L. 12. §. 1. C. de R. C.* nec illud iterum referre, nec suam intentionem alio modo probare queat, semel enim elegit hanc viam Juramenti, ac ipsa delatione se tacite obtulit, ad relati præstationem, hincque variare nequit, cum omnis variatio in Jure odiosa sit, Lauterbach *§. 68. de Jurej. & in cit. Disp. th. 106. seqq.* neque revocatio locum habet, nisi nova supervenerint, Lauterbach *th. 103.* Harpprecht *de revocat. jur. delati th. 39.* neque Jus appellandi habet, D. Harpprecht *de appellat. à Jurejur. §. 11.* Lauterbach *de relat. Jurisjur. §. 108.* Interdum tamen cessat relatio, si Juramentum respiciat factum proprium illius, cui delatum, arg. *L. 34. §. 8. de Jurejur. L. 11. §. 1. & fin. & L. 13. ff. rer. amot.* vel si de facto tertii deferatur Juramentum, & ille, cui delatum, solam vel meliorem rei cognitionem habet, quam deferens, Lauterbach *Disp. de relat. Jurisjur. th. 58. seqq. & th. 71. seqq.* quod si autem Juramentum relatum absque justa causa recusat, pro confesso & convicto habetur, & à judice contra illum judicatur, nec appellatio ab illa sententia admittitur, *L. 17. §. 1. C. de Jurejur.* Lauterbach *de relat. jurisjur. §. 108. & 109.* Harpprecht *de appellat. à jurejur. §. 12. & 16.*

§. VII.

III. Juramentum judiciale ex justa causa recusari potest, quando autem Juramentum delatum sine causa recusatur, *c. fin. x. de Jurejur.* recusans pro confesso & convicto habetur, & si

est reus, condemnatur, si actor, reus absolvitur, *L. 14. §. 6. & fin. L. 38. de Jurejur. L. 9. C. de R. C.* D. Harppr. *Resp. 13. n. 321. seqq.* Grollmann *Disp. de recusat. Jurisjur. jud.* §. 39. non tamen excluditur appellatio, eum in finem, ut judex appellationis cognoscat & judicet, an justa adfuerit causa recusationis, an vero non, Mevius *p. 6. dec. 165.* D. Harpprecht *de appellat. à Jurejur. §. 15. & Disp. de licentia empbyteus. itemque feudum alienandi conces. coroll. 7.* Justæ recusandi causæ sunt. 1) Si deferens Juramentum calumniæ præstare nolit, *L. 11. C. de R. C.* Grav. *Disp. de juram. calumn. c. 4. §. 12.* 2) Si delatum & revocatum iterum deferat, contra allegatam, *L. 11.* Mevius *p. 3. dec. 301.* Frommann *Disp. de jur. variandi n. 419. seqq. fol. 120.* 3) Si deferens non habeat potestatem deferendi, ut prodigus, mulier, minor, absque curatore, Lauterbach §. *54. de Jurejur.* Aut 4) sub ea forma delatum sit, sub qua, salva pietate & honestate, præstari non possit, *L. 5. §. 3. de Jurejur.* ut, si Evangelico sub invocatione sanctorum imponatur, aut 5) præstitum nil operetur, hinc qui plene probavit, Berlich *p. 1. concl. 32. num. 30.* Mevius *p. 3. dec. 260.* Stryk. *introduct. ad Prax. For. c. 20. §. 8.* vel qui conveniri non potest, recte recusat Juramentum Berlich *num. 37.* Leyser *spec. 136. med. 8.* id quod in sententia ob rem claram, confessionem, instrumenta, aliamque probationem denegatum in *Nro. 366. 394 589. & 997. sentent Dicaster.* vel 6) factum alienum ignotum alicujus conscientiæ committatur, *L. 11. §. 2. rer. am. L. 34. de Jurejur.* Lauterbach *§. 67. de jurejur.*

rejur. aut 7) ille cui delatum alio modo intentionem suam probare velit, arg. *c. 2. &c. de probat. L. 30. de Jurejur.* hinc IV. oblatio ordinaria probationis, sein Gewissen mit Beweiß vertretten, inter modos declinandi Juramentum jud. recte refertur, cum Juramentum non nisi in subsidium & in casu necessitatis pedem figat, Harpprecht *in Tract. Acad. 1. c. 8. th. 31. num. 20. seqq. pag. 180.* Grollmann *cit. Disp. §, 20. seqq.*

§. VIII.

Juramentum judiciale est vel veritatis, wann einem die Klage in sein Gewissen geschoben wird, vel credulitatis, Lauterbach *Disp. de juram. credul. & in Colleg. §. 66. de Jurejur.* wann einem die Klag in sein Ehristlich Gewissen, Wohlbewust und Wissenschafft geschoben wird, ita ut in factis alienis de notitia, credulitate sive de ignorantia juret, ac facilius præstari potest, & sæpius utilitatem speratam haud producit, locum habet in omnibus regulariter causis civilibus *L. 3. L. 9. L. 11. §. 1. L. 34. de jurejur.* Lauterbach *§. 65.* ubi exceptiones itidem legi possunt. Sin igitur hoc Juramentum judiciale ritè & legitimè alicui delatum, tunc illud I. vel præstandum II. vel referendum, vel III. ex justa causa recusandum inter quas IV. numeratur, si probatio ordinaria offeratur. Præstandum igitur I. est hoc juramentum delatum, neque à delatione jus appellandi habet, D. Harpprecht *in Disp. de appell. à Jurejur. §. 11.* Lauterbach *Disp. de relat. Jurisjur. §. 108.*

& quidem præcise in ea forma, qua delatum, *L. 3. §. fin. cum seqq. L. 32. §. 8. de Jurejur.* nisi quod judex, maxime si partes circa illam formandam disputent, illam ad certitudinem redigat, Carpzov. *in Proceſſ. tit. 11. art. 3. num. 110. & seqq. usque ad finem & p. 1. C. 15. Def. For. 9.* Faber *in Cod. Sabaud. lib. 4. t. 1. Def. 10.* Ludovici in der Einleitung zum *Civil-Proceß c. 19. §. 14.* hinc interdum non nisi super uno puncto defertur, ratione aliorum probatio ordinaria suscipitur, vel per instrumenta ac confessionem probantur, Carpzov. *in Proceſſ. tit. 11. art. 1. n. 30.* Leyser *spec. 135. med. 7.* Non tamen super uno puncto testes producere & hoc Juramentum judiciale simul deferre licet, Berger *in Oeconom. Jur. lib. 4. tit. 25. §. 5. not. 13.* sed tunc judex, omisso jurejurando, examen testium decernere debet, Leyser *spec. 37. med. 6.* Insuper statim præstandum est, *L. 5. §. fin. de jurejur.* uti in Supremo Dicasterio, prævia avisatione, juris est, nisi v. gr. post meridiem demum per interlocutoriam imponatur, tunc altera die mane præstatur, vel nisi ex alia justa causa brevis dilatio concedatur, vel si partes absentes, & tamen injungatur, ut in persona præstetur, Lauterbach *§. 69. & §. 70. de jurej.* vel nisi certus terminus in juribus provincialibus præstitutus, ut in Saxonia, Stryk. *introduct. ad Prax. For. c. 20. §. 6.*

§. IX.

Ille tamen, cui Juramentum judiciale defertur, petere potest, ab adversario, ut prius de

de malitia juret, aliàs negligitur, *L. 14. §. 4. L. 37. de jurejur. l. 11. §. 1. rer. amot. l. 9. C. de R. C.* Carpzov. *p. 1. C. 12. def. 23.* quales sententiæ Juramentum malitiæ injungentes prostant apud Hæberlin *No. 740. & 893.* Cæterum si adversarius delatum sibi Juramentum acceptaverit, & pure, simpliciter & absque conditione in se susceperit, Mevius *p. 6. de 167.* Müller *ad Struv. Exerc. 17. th. 32. lit. e. not. 2.* deferens illud revocare & ordinariis probationibus uti nequit, D. Harpprecht *Disp. de revocat. juram. delati §. 9. & 40.* cum quod semel placuit, deinde reprobare, & contra proprium factum venire nequit, *L. 9. l. 12. §. 1. C. de R. C.* nisi novæ probationes supervenerint, *L. 11. C. de R. C.* vel alia justa causa supervenerit, vel metus perjurii doceri queat, Lauterbach *§. 69.* D. Harpprecht *cit. loc.* Mevius *p. 2. dec. 39.* nec ille, cui delatum, semel susceptum referre potest, contra naturam conventionum, *l. 5. C. de O. & A.* nam per acceptionem litigantes quodammodo convenire dicuntur, Lauterbach *Disp. de relat. jurisjur. th. 28. & 55.* quod si autem præstitum vel remissum, cedit pro justa probatione *l. 5. §. 2. l. 11. §. 3. de jurejur.* & pro jurante judicatur, *l. 34. §. fin. de jurejur.* compensatis expensis Carpzov. *Dec. 46.* D. Harpprecht *de expens. victor. præst. jurejur. adjud. vel compensand. §. 23. seqq.* ita ut cesset appellatio vid. *c. 8. §. 20.* D. Harpprecht *de appell. à jurejur. §. 6. & 12.* neque prætextu perjurii, nec propter noviter reperta instrumenta, sententia retractari queat, *l. 1. C. de R. C. l. 31. de jurejur.* Lauterbach *§. 71. de jurejur.* D. Harpprecht *Cons. Nov.*

nov. 18. n. 60. seqq. Stryk. *in cautel. juram. sect. 3. c. 2. cas. 3. pag. 313. seqq. & sect. 4. c. 7. pos. 11. n. 153. seqq. pag. 634.* uti, ob ordinariam probationem, denegatum, noch zur Zeit abgeschlagen, *in Nro. 696.* apud Hæberlin, quod si tamen probationem aggressus est, sed defecit in probatione, hoc ipso tamen nullum præjudicium fit, quo minus ad Juramentum recursus pateat, Mevius *p. 6. dec. 168.* Stryk. *introduct. ad Prax. For. c. 20. §. 8. & in usu moderno §. 25 de juram.* Frommann *de jure variandi c. 3. n. 425.* confer. Mevius *p. 6. dec. 147.* Ex juramenti verò electione & acceptatione infertur probationum abdicatio, ita ut recursus pro præcluso habendus sit, neque post acceptatum Juramentum ordinarias probationes amplius offerre queat, arg. *l. 5. C. de O & A.* Carpzov. *p. 1. c. 12. def. 4. & C. 14. def. 14. & 15. & in Proces. tit. 11. art. 5. n. 11.*

§. X.

Haud rarò imponitur quoque Juramentum manifestationis, de quo legi possunt sententiæ Dicasteriales apud Hæberlin *in No. 276. 1985. & 1162.* vel per modum judicialis juramenti, licet nihil probatum fuerit, vel per modum juramenti purgatorii, ob suspiciones, D. Harpprecht *Cons. nov. 65. n. 220. seqq.* Schöpff *Dec. 1. n. 17. sqq. Dec. 59. n. 7. & 8. Dec. 285. n. 25. & 26.* Et quod Juramentum calumniæ generale in secunda quoque instantia deferri & denegari queat, dictum est, in *c. 17. §. 6.* & docet *No. 753. & 1070.* apud Hæberlin.

berlin. add. J. P. W. *part. 1. tit. 26.* Hof-Gerichts-Ordn. *p. 1. fol. 36. & 37.* quod si autem unus juramentum calumniæ deferat, alter Juramentum malitiæ exigere nequit, cum, qui alteri Juramentum legale, jure permittente defert, calumniari haud præsumatur, sed, si velit, alteri juramentum calumniæ generale itidem deferre potest, ita ut uterque Juramentum calumniæ deinde præstare debeat, Grav. *Disp. de juram calumniæ c. 4. §. 12. & 19.* Joh. Sam. Stryk *in meletemat. juram. sect. 5. c. 2. §. 17.* Nostra *Dec. 226.* Juramentum malitiæ locum habet, ubi malitiæ suspicio adest (ein Eyd der Boßheit) *c. 2. §. fin. de jure jur. calumn. in 6to.* J. P. W. *p. 1. tit. 27.* Mevius *p. 4. dec. 164.* cessante suspicione bene remittitur, Leyser *spec. 139, med. 2.* & locum habet in multis casibus recensitis à Lauterbach §. *39. de juram.* Grav. *de juram. calumn. p. 26.* uti quoque ob interventionem, Brunnemann. *in Proceſſ. Civil. c. 13. num. 6.* Stryk. *introduct ad Prax. For. c. 13. §. 9.* Schœpff *dec. 346. n. 8.* & nominationem authoris locum invenit, Stryk. *c. l. c. 13. §. 3.* vel si rescissio conclusionis petitur ob novam probationem J. P. W. *part. 1. tit. 50.* §. Und sollen ꝛc. vel si dilatio petitur, J. P. W. *part. 1. tit. 21. §. fin.* Sic in Dicasterio Juramentum malitiæ sæpius impositum *Nro. 96. 610. 664. 753.* & denegatum *Nro. 108. 635. 990. & Nro. 1079.*

*** ***

CAP. XVIII.

Agit de oculari inspectione.

SUMMARIA.

§. 1. Tradit ocularis inspectionis requisita & ubi illa maxime opus sit, & cujus sumtibus fiat, §. 2. Exhibet formulas.

§. I.

PEr ocularem inspectionem itidem fit probatio, & quidem plena & optima regulariter Scheinem. *in disp. de ocul. inspect. th. 48 sqq.* Hertius *simili Disp. §. 41. seqq.* ubi declarant, maximè verò illa opus est, in litibus servitutes & ædificia concernentibus Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 1.* & decernitur, per interlocutorium tunc demum, si res exigat *l. 8. §. 1. fin. reg.* Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 2.* Bocer *Cl. 6. Disp. 26. th. 8 & 16.* B. D. D. Scheinemann *in Disp. de oculari inspectione th. 6. 8. & 45.* Et si solennis, solenner Hofgerichtl. Augenschein, committitur tribus Assessoribus proximè habitantibus, ex tribus Scamnis, unà cum Secretario Ordin. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 3.* Bocer *Cl. 6. Disp. 26. th. 28.* B. Dn. D. Scheinemann *in Disp. de oculari inspectione th. 10.* Sin minus solennis, sequenti modo pronuntiatum: ein ordentl. Augenschein, durch hierzu dicasterialiter bestellende Commissarios, mit Zuziehung beeydigter ohnpartheyischer Bau-Verständigen, auf Kosten

Kosten des Nten, eingezogen werden solle, & tunc interdum ad minuendos sumtus, ab uno Assessore vel Commissario peragitur, pro re nata & difficultate litis, uti factum in Dicasterio den 13. Jun. A. 1714. & den 16. Maji 1716. *No. 1123. & 1168.* & A. 1745. den 13. Sept. Petitur ut plurimum post litem contestatam, ut species probationis; Bocer *Cl. 6. Disp. 26. th. 20,* ubi *th. 21. cum seqq* aliquot affert limitationes. Sed tamen etiam, publicatis attestatis, peti potest, Brunnemann *in Processu Civil. c. 22. num. 2.* Stryk *in Disp. de probat. probat. mel. c. 3. n. 80. seqq.* & post conclusionem in causa, J. P. W. *p. 1. tit. 51.* ibique Plebst *part. 1. th. 115.* D. Scheinemann *in d. disput. th. 8.* D. Hertius *de ocul. inspect. §. 33. & 34.* imò eriam post rem judicatam D. Scheinemann *dict. loc.* Brunnemann *in Proceff. civil. cap. 22. §. 22.* & præstitum juramentum judiciale Scheinemann *th. 53. cit. disp.* & peragitur, in præsentia partium, quæ citandæ & audiendæ sunt, quatenus opus est, & ad rhombum facit, Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 1. & 8.* J. P. W. *part. 1. tit. 51.* Würtemb. Bau-Ordnung *pag. 9.* Oetinger *de Jur. & controv. limit. lib. 2. cap. 7. num. 5.* B. D. D. Scheinemann *in d. disp. th. 46.* ubi nonnullas exceptiones affert, Hertius *§. 36.* Interdum vel à partibus privatim vel publice à Commissario Ichnographia conficitur, actisque adjungitur *Recess. Imper. noviss. de An. 1654.* §. Wann es um Gräntzen. Brunnemann *in Proceff. Civili c. 22. n. 11.* D. Scheinemann *dict. disp. th. 27. de oculari inspectione.* Deinde in proximo Dicasterio relatio

desuper fit, hinc in illud tempus differenda, ubi instant Sessiones Dicasteriales, ita ut omnia adhuc sint in recenti memoria Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 8.* Et utplurimum decernitur, ad petitionem partium, uti in No. 157. interdum verò ex officio Judicis, cùm Judici, sine inspectione de qualitate loci constare nequeat, J. P. W. *part. 1. tit. 51. pr.* secundum No. 72. & 476. & tunc utriusque partis sumtibus fit; vel si communi consensu petitur, utriusque partis sumtibus itidem fit No. 314. & 844. Hertius *§. 40. dict. Disp.* priori autem casu, si ad instantiam partis permittitur, expensis petentis suscipitur J. W. P. *part. 1. tit. 51.* Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. fin.* D. Scheinemann *th. 5.* Hertius *§. 40.* quales sententiæ prostant in No. 174. & 610. Et porrò bene factum esse scimus in causa Lennach, contra Gelmerspach, den 26. Martii 1708. & den 20. Marrii 1709. No. 980. & 1017. ubi quidem sententia definitiva lata, nisi quod punctus collectationis denuò ulteriori disquisitioni, besserer Untersuchung, ex officio reservatus fuerit. Et quidem vel principaliter, ut sola ocularis inspectio fiat, vel incidenter, si testium examini vel lapidum elevationi annectatur, D. Scheinemann *th. 5. laud. Disp.* Hertius *§. 78.* quo casu, si testes simul examinandi, petitur etiam Commissarius, & examen testium, ad articulos & interrogatoria Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 4. & 5.* & testes ad rem præsentem deducendi sunt Ord. Dicast. *part. 3. tit. 18. §. 4. 5. & 6.* Jus Prov. Würt *part. 1. tit. 51. §.* Und so des ꝛc. confer. Fürstl. Würtemb. Bau-Ordnung. *p. 51.*

p. 51. §. Wann dann ꝛc. D. D. Sheinemann *th. 47.* neque igitur ante ocularem inspectionem examinandi sunt, prout male referunt D. Brunnemann & Stryk. docente D. D. Grasso *in Differ. J. C & W.* §. *4.* Interdum juramentum malitiæ injungitur, No. 610. & ex justa causa secunda decernitur ocularis inspectio Hertius §. *34.* Ita quoque æstimatio ædium per peritos æstimatores facienda est juxta *No. 1027.*

§. II.

Formula, si statim ocularis inspectio necessaria, neque absque illa in causa procedi potest, ita formanda est, ne Dicasterium frustra moretur & acta superflue legantur: Nach richtig gestellten puncto legitimationis, recensirten Factis, und justificirten Formalien, wäre es nunmehro an deme, daß, nach Anleitung der Hochfürstl. Hof-Gerichts-Ordnung, die Appellations-Acten zu verlesen, und darum zu bitten wäre; alldieweilen aber, in dieser Gräntz- und Marck-Strittigkeit, ohnmöglich, ohne Augenschein und Erhebung der Steine, etwas fruchtbarliches auszurichten, und darinnen, daß der Herr Richter à quo solches unterlassen, und allzu füreilig zu Ausfällung einer Urthel geschritten, eben die gröste Beschwehrde bestehet, welche zu dieser Appellation Anlaß gegeben; Als findet sich Appellant dahero höchstgemüßiget, um in seinen Rechten nicht verkürtzt zu werden, einen zu fernerer Ausführung und Sieg der Sachen unentbehrlichen Augenschein

sich

sich auszubitten. Und weilen auf diese Weiß die würckliche Verlesung der Acten dermahlen unnöthig, indeme in der Haupt-Sache, vor eingenommenem Augenschein, nicht fortzukommen, in der Hochfürstl. Hof-Gerichts-Ordnung aber solchen Falls heilsamlich verordnet ist, daß ein Hochlöbl. Dicasterium nicht umsonst aufzuhalten, und mit vergeblicher Ablesung der Acten zu beschwehren seye, als will Appellant an Euer Gnaden, Excell. Herrlichkeiten und Großgunsten sein unterthänig-rechtliches Bitten dahin hiemit ergehen lassen, die Acta Appellationis, nach Maßgab der Hof-Gerichts-Ordnung *part. 3. t. 9. §. 2.* anstatt der Appellations-Klag, für verlesen anzunehmen und einen solennen Augenschein und Erhebung der Steine, in Gnaden und Hochgeneigt zu erkennen, *desuper implorando.* Appellatus deinde excipit, quæ utilia & necessaria sibi esse credit, & petit, si justas habet causas; Den Augenschein, gestallten Sachen nach, abzuschlagen, und den Appellanten zu rechtmäßiger und der Hofgerichts-Ordnung conformer Handlung anzuweisen, & eventualiter adjicit? Die Acta Appellationis, statt der Litis Contestation, vor verlesen anzunehmen, und, auf des Appellanten Kosten und Gefahr, gleichwohlen den Augenschein zuerkennen, weilen er in denen Rechten, als eine species probationis für favorable zu achten. Sub Imploratione solita. Quod si autem in Replicis & Duplicis demum ocularis inspectio petitur, vel ex officio decernitur, tunc ex illa ratione, quia acta jam prælecta, nihil aliud petitur, quam

quam ut ocularis inspectio solennis, vel minus solennis decernatur, quo posteriori casu etiam Commissarius simul nominari & pro ejus confirmatione implorari potest, modo ordinario supra recensito; Et alter hoc quoque casu reponit, quæ necessaria & profutura sibi speret, deinde res per interlocutoriam decernitur. Uti factum An. 1714. den 30. Jun. No. 1138. in causa Appellationis von Stuttgardt, zwischen Jeremia Reisingern Hof-Pauckern, Klägern Appellanten, entgegen Johann Christoph Wohlern, Hochfürstl. Silber-Cämmerling und Consorten, Beklagten, Intervenienten und Appellaten, hoc modo: In vor abgelesener Appellations-Sache von Stuttgardt, zwischen ermeldten Partheyen seynd fordersist die Acta Appellationis, statt der Gravatorial Klag und Litis Contestation, für verlesen angenommen, und ist darauf der gebettene Hof-Richterliche Augenschein erkandt, in puncto des begehrten ferneren Beweises aber der Bescheid, ꝛc. Et A. 1716. den 16. Maji in causa Appellationis von Weinsperg, der Commun Horcken, Vor-Klägern, Nach-Beklagten, Appellaten, wider die sämbtliche Adeliche Seyboldische Erben, Vor-Beklagten, Nach-Klägern Appellaten: No. 1168. hoc modo: In zuvor abgelesener Appellations-Sache von Weinsperg, werden hiemit die Acta Appellationis, für verlesen angenommen, und diese Sache, sowohl der Formalien als Materialien halben in Schrifften zu verhandlen, von 6. zu 6. Wochen verabschiedet, und ist darauf, ratione gebettenen Beweises, in eventum forderist

ein

ein Hof-Gerichtlicher Augenschein erkennet, so dann der weitere Bescheid, daß was beyde Theil ꝛc. Quamvis in causis Appellationis von Calw, zwischen Alt Hanns Jerg Kepplern, Beklagten Appellanten, contra Hanns Martin Grimmen, Klägern Appellaten, An. 1714. den 13. Jun. petitæ ocularis inspectionis nulla facta fuit mentio in sententia ex eo, quia probatio jam sub se comprehendit ocularem inspectionem, tanquam speciem probationis, hincque sufficit, si in Decreto Dicasteriali Commissionis ocularis inspectio Commissario simul committatur, No. 1123. Ocularis insdectio necessaria quoque est, si damnum permanens in casu vulnerationis, æstimandum H. G. O. *p. 1. fol. 40. & p. 3. t. 20.* & quidem à Medicis & Chirurgis, Bocer *cl. 4. Disp. 2. th. 34.* ira ut jurare debeant, si id petatur, Scheinem. *cit. Disp. §. 20.* Hertius *sim. Disp. §. 32.* conf. tamen *c. 13. §. 11.* D. Grass *de jure & modo taxandi jurisd. p. 1. c. 7. n. 65.* qualis inspectio chirurgica & malæ curationis decreta, in No. 1127. 1157. & 1199.

CAP. XIX.

De Sententia, ejusque conceptione & executione.

SUMMARIA.

§. 1. De modo votandi in causis viva voce tractatis &

§. 2. De relationibus agit.

§. 3. Numerum Assessorum & quid in judicando respiciendum

ſpiciendum proponit, addito Reſcripto de Anno 1660. de obſervandis Receſſibus Ordinum Provincialium.
§. 4. In ſpecie in cauſis injuriarum.
§. 5. Effectum devolutivum explicat.
§. 6. Rationes decidendi vel conſilium exigit & de juramento calumniæ.
§. 7. De Sententiæ conceptione agit & addit, quod declaratoria in ſcriptis petenda, cum formula petendi,
§. 8. verò de aſſignatione terminorum ſolvendi tandemque
§. 9. de executione agunt.

§. I.

SI oralis Proceſſus ad finem perductus & in cauſa ſubmiſſum, quamvis interdum ex officio, ſi juſta adeſt ratio & lis ſatis inſtructa, cauſa, pro concluſa in contumaciam, accipiatur, Gail. *lib. 1. obſ. 107. n. 2.* Brunnemann *in Proceſſu Civili c. 26. num. 4.* D. Bœhmer *in diſp. de judice proced. ex offic. c. 4. §. 9.* Mevius *p. 5. dec. 412.* prout factum in ſententiis No. 114. & 667. & interdum in contumaciam quoque ſententia publicatur No. 481. quod ſi autem cauſa immatura pro concluſa acceptata, appellationi locum dat Mevius *part. 5. dec. 239.* tunc clauſis januis & in abſentia partium Advocatorum & Auditorum, ad votandum ſtatim properatur & Dominus Judex Dicaſterialis unum Aſſeſſorem poſt alterum, ad votandum vocat. In quem finem, ut eo expeditius omnia procedant, Aſſeſſores ſua protocolla privata ſcribunt & momenta cauſæ notare ſolent & debent, Ord. Dicaſt. *part. 1. tit. 3. §. 2.* Primum ſemper votum fert, Primus in Scamno eruditorum, cui pro-

propterea Acta Appellationis pridie ejus juridicæ ad perlustrandum domi mittuntur, ut eo securius causa decidi queat, hincque sæpius Advocati moniti sunt, ut mature legant Acta, ne primus votans in perscrutatione Actorum impediatur, sicque cursus justitiæ retardetur, juxta Decretum Dicasteriale de Anno 1714. den 9. Jun. No. XVII. in Append. Hæberlin. Hocque absoluto, primus in Scamno Nobilium suam sententiam dicit, tertium votum secundus in Scamno eruditorum & quartum secundus in Scamno Nobilium & sic deinceps alternatio continuatur, donec aliquis in Scamno Nobilium superfit, illis verò deficientibus, in Scamno Eruditorum, qui omnes simul sunt Consiliarii Sereniſſimi actuales sive Judiciales; ex ordine receptionis, & tandem in Scamno Ordinum Provincialium ex tempore receptionis vota, sub brevi allocutione Domini Judicis Dicasterialis, exponuntur Ord. Dicast. *part. 3. tit. 24. §. 2.* Deinde concluſum, per unanimia vel majora, per Dominum Judicem Dicasterialem pronuntiatur, & à Secretario sententia concipitur & prælegitur, ita ut si quid minus recte positum sit, illud mutari possit Ord. Dicast. *part. 1. tit. 4. §. 11. & part. 3. tit. 24. §. 1.* Interdum tamen, si causa gravis, diffusa & dubia, & Assessores nonnulli sententias, ex justa ratione, mutent & discordes sint, bina vel trina vice vota rogari possunt, & debent, donec certitudo adsit Ord. Dicast. *part. 3. tit. 24. §. 13.* Mauritius *in Disp. de jud. Imperial. Aulico th. 28.* Sin autem vota paria, tunc Dominus Judex Dicasterialis majora facit

facit Ordin. Dicast. *part.* 1. *tit.* 2. §. 5. & *part.* 3. *tit.* 24. §. 14. & tandem, apertis iterum januis & vocatis, per pedellum, partibus, sententia à Secretario, in pleno consessu, publice prælegitur & publicatur Ordin. Dicast. *part.* 3. *tit.* 24 §. 15. Jus Prov. Würt. *part.* 1. *tit.* 6. §. zum Sieben- den ꝛc. *pag.* 19. & *tit.* 53. §. So dann ꝛc. *ibique in Different.* B. D. D. Lauterbach *part.* 1. *tb.* 67 & *in differ. j. Civil.* & *Hamb.* §. 16. id quod secus est de Jure Civili & Canonico, ubi Judex ipse sententiam ferre & de scripto recitare debet, *L.* 26. *de re jud. t. t. de sent. ex periculo recitand. c. fin. de re jndic. in 6to.* B. D. D. Lauterbach §. 9. & Stryk. *in usu moderno* §. 11. *ad tit.* π. *de re jndic.*

§. II.

Quod si autem post legitimationem & narrationem factorum, res ad processum in scriptis peragendum, per interlocutoriam, remissa, & scripta ex utraque parte, in duplo porrecta, sicque ad finem processus perductus, tunc à Domino Judice Dicasteriali, per Decretum, acta uni ex Literatis Assessoribus mittuntur, Winter *de Assess. part.* 1. *c.* 7. *n.* 55. & relatio ipsi injungitur uti supra *cap.* 2. §. 3. dictum. Interdum correferens, utplurimum literatus, interdum tamen, pro qualitate causarum, v. gr. si causa finium prædiorum, rationum, similiumve decidenda, ex scamno quoque provincialium adjungitur: & deinde certo die præstituto Ord. Dicast. *part.* 3. *tit.* 24. §. 2. referens, in pleno Consessu Dicaste-

riali, ex Actis relationem suam proponit, suumque votum addit, & correferens, si constitutus, secundo loco votum dicit, postea autem reliqui Assessores, in ordine supra recensito, vota ferunt & conclusum à Domino Judice Dicasteriali pronuntiatur, sin deinde, post factam legitimationem, oraliter in causa submissum, uti *cap. 13. §. 5.* deductum, sententia eodem modo publicatur. Nam nunquam acta ad consulendum hic mittuntur. De modo referendi lege Bocerum *Class. 3. Disp. 3. th. 30. cum seqq.* & Besold. *Disp. de modo referendi sive votandi in caus. civil. tam primæ quam secundæ instantiæ per tot.* Winterum *de assess. part. 2. c. 9. num. 30. pag. 431. usque ad p. 475.* ubi tres relationes exhibet Dicasteriales & quartam suppeditat Besold. *in Consil. 227.* & quintam *C. 230.* nec non sextam Mauritius *Consil. Chil. & Tub. 28.* neque quis forsan hic aberraverit, si modum in Camera Imperiali usitatum observaverit, de quo legi possunt Klockii & Deckherri, Hoffmanni, Thulemarii, *Relationes Camerales*, nec non Meichsneri *Dec. Camer.* & Adriani Gylmanni *Symphoremata Supplicat. Cameral.* Dn. à Ludolf. *tres Tomi Dec. & Consultat. Forens. Cameral.* Dn. Uffenbach *de Jud. Imp. Aulico in fine adject. relat.*

§. III.

Ut autem sententia valeat, requiritur certus numerus Assessorum, & quidem, si interlocutoria ferenda, ad minimum sex & ad definitivam octo, Ordin. Dicast. *part. 3. tit. 24. §. 3.* Winter

de

de Assess. part. 1. c. 7. num. 45. prout etiam juris in Judicio Imperii Aulico Uffenbach *de Jud. Imper. Aul. c. 6. subs. 5. n. 13. fol. 22.* & Camerali Imperiali, & certus quoque numerus Assessorum ibidem necessarius est, Blum *in Process. Cameral. tit. 75. num. 36.* Et in judicando ante omnia debent respicere ad Jura & Ordinationes Provinciales, potissimum ad Ordinationem Dicasterialem aliasque consuetudines honestas, si probentur, & hisce demum deficientibus, secundum Jus Commune judicare Ord. Dicast. *part. 1. tit. 9. pag. 30. & part. 3 tit. 24. §. 4. usque ad §. 9.* J P. W *p. 1. tit. 2.* Uti quoque Recessus Ordinum Provincialium, Land-Tags-Abschiede, in judicando observare debent, cùm absque dubio vim Legis habeant inter subditos, Ordinatio Provincialis *pag. 368. in fine* &, vi Mandati Ducalis, occasione causarum in puncto collectationis ibidem pendentium sub dato den 23. Martii Anno 1660. ad Dicasterium emanati & ibidem den 6 Martii publicati; Hochstetter *in Extract Hochfürstl. General-Rescripten pag. 43.* quod hujus tenoris est: Von GOttes Gnaden Eberhard, Hertzog zu Würtemberg ꝛc. Unsern Gnädigen Gruß zuvor, Edler, auch Veste und Hochgelehrte, Liebe Getreue! Demnach Uns Unserer gehorsamen Landschafft zum kleinen Ausschuß verordnete in Unterthänigkeit zu erkennen gegeben, wie daß bey Unserm Hof-Gericht zu Tübingen nun eine Zeit her, bey Erörterung deren zwischen Unsern Unterthanen und etlichen Forensibus vorgefallenen und rechthängiger Collectations- auch andern Strittigkei-

ten; da ex parte der Lands-Ingesessenen, zu ihrem Behuff und Vorstand Rechtens, etwa die Land-Tags-Abschied, Compactata und Verträg allegiret worden, man öffters in dubium ziehen und anstehen wollen, ob solche Land-Tags-Abschied, Lands-Compactata und Verträg vim Legis haben, oder die Extraneos binden können, auch ob ihr nach solchen Land-Verfassungen gleicher Weise, wie nach andern Unsern in das Land publicirten Ordnungen zu sprechen und zu erkennen habet, weil besonders angedittene Land-Tags-Abschied in forma authentica mit Unserm gnädigsten Befehl, Euch noch niemahlen insinuiret und zugestellt worden wären, woraus dann etwan hergeflossen, daß solche Land-Verfassungen, wann man sie in passibus utilibus für die Lands-Unterthanen contra forenses produciret und angezogen, von nicht so weiter Extension gehalten oder auf andern Terminis beruhend gelassen, und wohl gar wider die Unterthanen und pro extraneis zu höchstem præjudicio mehr-berührter Land-Tags-Abschied, Compactaten und Verträg gereichende Bescheid und End-Urtheilen abgefaßt werden wollen: Euch auch ein und anders obgeführtes dubium annoch beywalten wolle, und man dann anjetzo, bey wieder beschehener Eröffnung des Hof-Gerichts, zu endlichrr Erörterung ob-allegirter strittiger Collectations-Sachen, sonderlich in causa Ss. Catharinæ Hospitals zu Eßlingen contra Zell und Altbach ꝛc. So dann in Sachen der Innwohner zu Münster, Cantstatter Ambts, contra die Besitzer der sogenannten

Frey-

Freybergischen Güther fürschreiten möchte, auch gehorsamster Landschafft daran gelegen seyn wolle, daß in dergleichen Steur-Sachen, oder sonsten, dasjenige, was zwischen Uns uud gehorsamsten Prälaten und Landschafft ex rationabili causa jedesmahls geschlossen wird, so wohl als andere Land-Satzungen beobachtet werde; Deswegen im Namen Unserer gehorsamsten Prälaten und Landschafft zum kleinen Ausschuß verordnete unterthänigst gebetten, anjetzo gnädigsten Befehl an Euch ergehen zu lassen, fürohin die Land-Tags-Abschiede, sowohl als das Land-Recht und Lands-Ordnung für eine Regul und Richt-Schnur in Erörterung deren vor dem Hofgericht hangenden bürgerlichen und andern strittigen Sachen zu halten, und nach deren Innhalt nicht weniger, als nach andern Ordnungen, zu sprechen und zu sententioniren. Wir Uns auch vorgemeldt diß von dem kleinen Ausschuß beschehenes unterthänigstes Ansuchen nicht entgegen seyn lassen: Als haben Wir Uus gnädigst dahin resolvirt, und zu dem End beykommendes verfertigtes Corpus und Exemplar aller Land-Tags-Abschiede biß dato euch zustellen zu lassen, mit angehängtem gnädigsteu Befehl; Ihr wollet führo die Dijudication, dergleichen zwischen Unsern Unterthanen und Forensibus hafftenden Strittigkeiten, nach solchen nicht weniger, als nach unsern Land-Rechten und Ordnungen, zu richten und zu beobachten wissen. Melden Wir in Gnaden, womit wir Euch wohlgewogen. Datum Stuttgardt den 23. Martii A. 1660. Conformiter juri communi, ubi

ubi semper Jura Provincialia primario in judicando sequenda sunt D. Beyer *in posit. ad tit. π. de Origin. Jur. pos. 383. lit. d.* Blum. *in Proceſſ. Camer. tit 2. §. 16.* hoc tamen speciale est & conducit, ad evitandas disputationes, quod nulla consuetudo, contra Jus Würtembergicum, valeat, bene tamen, si præter & extra Jus Würtembergicum est introducta & probari potest. Ordin. Dicast. *part. 1. tit. 9. fol. 30. & part. 3. tit. 24. §. 9.* J. P. W. *part. 1. tit. 2. rubric.* der Richter-Eyd. D. D. Lauterbach *in disp. de dot. collat. eique subnexa resol 1.* & B. Dn. D. Harpprecht *in diss. Jur. Civ. & Würt. §. 2 & latè in Consil. 58. n. 232. cum seqq.* Quodsi tamen dubium Juris grave emergat, ad Serenissimum Ducem res deferenda est & ab illo decisio expectanda, uti Dicasterio An. 1624. id injunctum esse notat Winterus *de Assess. part. 2. cap. 8. num. 13.* & sæpius hactenus factum est. Ubique autem principaliter magis æquitas ipsis commendatur & injungitur, quam strictum Jus Ordin. Dicast *p. 3. tit. 24. §. 11. & 18.* Besold. *ad J. P. W. part. 4. in fin. in not. subject. ad Ord. Aulic. num. 50.* & ad Ordinat. Provincial. Würtemb. *in fine p. 493. & 494.* nisi quod in causis seditionis, ebrietatis, blasphemiæ & similium, juris stricti observatio mandetur in Ord. Dicast. *part. 3. tit 24. §. 11.* neque ebrietas in injuriis aliisque delictis excusationem præbeat, sed duplici pœna ebrius puniendus sit, ita ut omnes intelligant, ob ebrietatem pœnam esse auctam, Ord. Dicast. *p. 3. tit. 25. § fin.* vide tamen omnino B. D. Harpprecht *in Disp. de expressa bonoris in sententia judicis reservat. th 10.*

§. IV.

§. IV.

In causis injuriarum fama subditis in sententia reservanda ex necessitate est, Ord. Dicast *p. 3. tit. 25. §. 3.* J. P. W. *p. 1. tit. 77.* §. doch unsere Unterthanen ꝛc. cùm de Jure Civili, ex justa causa, saltem reservari possit, *arg. L. 13. §. 7. de his, qui not. infam.* Plebst. *ad J. P. W. p. 1. th. 88.* Besoldus *in Conf. 158. num. 57.* B. Dn. Lauterbach *in Differ. Jur. Civ. & Würtemb. part. 1. th. 103.* & Dn. D. Harpprecht *in disp. de expressa honor. in sentent. judicis reservat. th. 21. & 29.* ubi ampliat, licet atrox sit injuria, adeò ut, licet judex omiserit reservationem honoris, tamen simpliciter injuriarum condemnatus ipso jure infamiam evitet Harpprecht *ad §. 10. num. 120. J. de injur.* D. Lauterbach *d. th. 103. num. 5.* & Dn. D. Harpprecht *d. disp. th. 22.* maximè si declaratio honoris præcedit, quod citra animum injuriandi, ex iracundiæ calore, hæc verba protulerit, neque quicquam inhonesti de adversa parte sciat J. P. W. *part. 1. tit. 77. §. 1.* B. D. D. Harpprecht *in Contin. differ. Jur. Civ. & Würt. §. 10. & disp. de expressa honor. in sentent. reservat. th. 14.* nisi pertinaciter in judicio ipso perseveraverit in suis convitiis & gravis fuerit injuria, nec probari possit contra injuriatum, tunc enim, quia ex perseverantia delictum augetur, non facile ipsi fama reservatur Ord. Dicast. *part. 3. tit. 25. §. 4. & 11.* J. P. W. *part. 1. tit. 77.* §. doch unsere Unterthanen ꝛc. Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 166.* Bocer *Cl. 4. disp. 4.*

th. 91. B. D. D. Lauterbach *d. th. 103.* & D. Harpprecht *in Laud. disp. th. 29.* & *37.* vel reales fuerint injuriæ Harpprecht *ad §. 10. num. 124. J. de injur.* Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 167.* Bocer. & B. D. Lauterbach *dict. loc.* & B. D. D. Harpprecht *d. Disp. §. 30.* & *§. 37.* Notanda hic adhuc est differentia Juris Civilis & Würtembergici illa, quod actio injuriarum æstimatoria & criminalis bene concurrere & cumulari possint Ord. Dicast. *part. 3. tit. 25. §. 2.* J. P. W. *part. 1. tit 77.* §. Im Fall aber ꝛc. & §. Wir wollen ꝛc. D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 55. ad tit π. de injur.* D. Bardili *Exerc. 32. C. F. 7.* D. D. Grafs *in Differ. juris Civil. & Würtembergici §. 8.* Formulam recantationis per pedellum judic. prælectam lege apud. Dn Hæberlin *No. 499. pag. 283.* Besold *ad I. P. W. p. 1. th. 165.*

§. V.

Maximus effectus appellationis, judicem ad quem respiciens, est causæ devolutio & jurisdictionis fundatio, hincque dicunt Doctores, quod appellatio habeat effectum devolutivum, Carpzov. *Resp. 72. num. 23.* Gail. *lib. 1. obs. 44.* Blum. *in Proceff. Cameral. tit. 53. §. 2.* ita ut etiam interveniens, pro suo interesse hic audiatur, modo verisimiliter illud demonstret *cap. 8. §. 19.* & *c. 12. §. 4.* Hoc tamen nonnisi eatenus intelligendum est, quatenus appellatum, & quatenus quis gravatus est, B. Dn. D. Harpprecht *in Consil. nov. 85. num. 32.* Mevius *p. 2. dec. 7. num. 6. p. 3. dec. 106. p. 8.*

p. 8. dec. 208. nam si diversa capita, ab uno appellare, alteri acquiescere licet Joh. Voëtius *n. 5. de confess.* Lauterbach *§. 5. nihil in nov. pendente appellat.* Hinc si tantùm, ratione expensarum vel fructuum, appellatum, tunc Judex sane nihil in negotio principali statuere valet, Carpzov. *Part. 1. const. 20. def. 22. & in Proces. tit. 18. art. 1. n. 83. cum seqq.* Berlich *part. 1. concl. 38. num. 107.* & si non nisi ab interlocutoria appellatio interposita, tunc ulterius non judicat, nisi quod, appellato consentiente, in principali judicare possit, Gail. *lib. 1. obs. 136.* Mynsinger *cent. 3. obs. 79.* ibique Fabricius Esbach *ad Carpzov. Part. 1. const. 20. def. 27. num. 1.* Blum. *in Proces. Camer. tit. 53. §. 4.* Mevius *part. 5. dec. 141.* B. D. D Harpprecht *Consil. nov. 85. num. 36. ubi num. 40.* hoc eo maxime casu admittit, si judex primæ instantiæ appellationi detulerit, neque judex ad quem causam expresse denuo ad judicem à quo remiserit, vel si diversa fuerint capita & ab uno saltem appellatum, tunc in reliquis, quæ rem judicatam constituunt, judex procedere nequit, nisi illud punctum à quo appellatum, contineat capitula connexa Brunnemann *ad L. 1. quæ sentent. sine appellat.* Mevius *Part. 3. dec. 116.* cùm in connexis & incidentibus judici appellationis potestas judicandi denegari nequeat, Mevius *Part. 5. dec. 141. p. 6. dec. 317. p. 7. dec. 109. & 331.* & ideò quoque usuræ & interesse in secunda instantia adjudicari possint, licet nihil de iis dictum in sententia primæ instantiæ, modo ex natura actionis veniant in condemnationem,

L. 41. de usur. L. fin. de re judic. L. 24. nihil innov. appell. interpos. Carpzov. *Part. 1. const. 29. def. 12. & const. 20. def. 21. ibique* Esbach. Besold. *de appell. c. 13. §. 5.* D. Stryk. *in introduct. ad Prax. For. c. 13. §. 19. & in usu moderno §. 16. de appell. & Disp. de commun. appellat. c. 3.* Faber *in Cod. Saband. lib. 7. tit. 26. def. 24.* ita sententia in possessorio lata, salvo petitorio, *No. 283.* nec non fructus adjudicati in *No. 86.* & possessori relicti, aus Bewegnis, *No. 774.* apud Hæberlin.

§. VI.

In dubio sententia prioris instantiæ confirmanda neque facile mutanda est, nisi ex justa causa Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 7.* maxime si juramentum purgatorium vel suppletorium jam-jam præstitum, & postea demum appellatum; cùm Judex semper legalitatis & justitiæ præsumtionem pro se habeat, D. Stryk. *in Disp. de præsumt. pro Magistratu c. 1. §. 81. & seqq. & cap. 2. §. 14.* &, ut eo melius in Dicasterio judicari possit, semper rationes decidendi à Judice prioris instantiæ addi debent, quæ clausæ Secretario mitti possunt, quamvis rarius fiat; & si consilium in causa adsit, tunc illud Actis, loco rationum decidendi, suppresso nomine Authoris, inseritur J. P. W. *p. 1. tit. 53.* §. Und so ꝛc. Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 10.* cavetur tamen prudenter in Rescripto Generali de A. 1699. *No. 5.* apud Dn. Hæberlin. ne judices à junioribus & in praxi inexercitatis juris peritis consilia exposcant, ne

ne partes inde, per multa & superflua Juris allegata, in articulis juris quoque certi & notorii, magnis sumtibus onerentur, & appellationibus facile occasio detur, si in uno vel altero erratum. Et si causa est clara, definitivè pronuntiatur, sin autem causa dubia: vel testium depositiones non satis certæ & evidentes, tunc juramentum suppletorium vel purgatorium defertur vel etiam, si spes melioris enucleationis adest, ex officio tam pura quam eventualis submissio rescinditur & probatio injungitur, vid. *cap. 14. §. 4.* uti in Dicasterio observatum den 1. Septembr. A. 1711. den 3. und 12. Septembr. A. 1712. *No. 1054. 1093. & 1101.* & pluries, vel etiam partes, in absentia Advocatorum, interrogantur, super certis circumstantiis, cum judici nunquam in causa concludatur, J. P. W. *part. 1. tit. 50. §. fin.* Plebst. *ad J. P. W. p. 1. th. 144.* Lauterbach *§. 2. de interrog. in jur. faciend.* Ludovici *in Civil. Proceſſ. cap. 23. §. 3.* Nicolai *in Proceſſ. p. 1. c. 66. n. 3.* Hasen *in Proceſſ. Jud. Lüneburg. c. 20. §. 24* Leyser *spec. 120. med. 1. & 2.* Stryk. *de probat. prob. mel. c. 3. §. 3.* etiam sub juramento calumniæ, Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 11. Clem. 2. de V. S. R. J. de A. 1654. §. 35.* nam juramentum calumniæ una cum Litis contestatione vel post illam usque ad causæ conclusionem Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 7.* etiam ex officio bene deferri & per Procuratorem in Ducatu Würtembergico præstari potest, Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 9. fol. 37.* J. P. W. *Part. 1. tit. 26. §.* Und ob ꝛc. *& seq. c. fin. de jurament. calumn. in 6to.* secus de Jure Civili *L. 2. §. 3. & 4. C. de jurejur.*

jurejur. propter calumn. B. Dn. D. Lauterbach *in Differ. jur. Civ. & Würt. Part. 1. th. 52.* ubi limitat, nisi, ob periculum perjurii, à Judice præsentia partium præcise exigatur, & ita sæpius in Dicasterio judicatum addit, non raro tamen, in Supremis Dicasteriis, pro religioso & prudentis judicis arbitrio, remittitur, licet viva voce exactum, Mevius *Part. 2. dec. 324.* B. D. Harpprecht *Consil. 55. num. 219. cum seqq. & 230. Consil. nov. 18. num. 39. 57. num. 87.* D. Stryk. *in Disp. de remiss. juram. calumn. th. 3.* D. Harpprecht *Diss. de revocat. juram. delati §. 36.* Ego *in Dodec. thes. & differ. J. C. & W. th. 2.* Et ita in Dicasterio den 21. Maji A. 1716. in causa Appellationis von Stuttgardt, zwischen Johann Bernhard Schafen & Cons. Klägern, Appellanten, contra Anna Margaretha Mayerin, beklagte, Appellain & sæpius judicatum & juramentum calumniæ denegatum. No. 1154.

§. VII.

Si sententia prioris instantiæ confirmatur, id quod utplurimum fit, ob temeritatem & pruriginem appellantium, tunc dicitur bene judicatum & male appellatum, & quod denuò sententia confirmetur, Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 17.* hoc modo: Daß der Richter voriger Instanz, mit ausgesprochener Urthel wohl geurtheilt, übel davon appellirt, und daß es nochmahlen sein endliches Verbleibens dabey haben und behalten solle. No. 7. 37. 49. 86. 217. 272. 463. 539. 742. 892. 971.

971. & passim. Sin autem pronuntiatur bene appellatum & male judicatum, tunc addendum, quid in causa principali præstandum sit, ut partes victoriam & adjudicata sciant, Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 10.* hoc modo: Daß der Richter voriger Instanz, mit ausgesprochener Urthel übel geurtheilt, wohl davon adpellirt, und, in der Haupt-Sach, daß Appellant von der wider ihn angestellten Klag zu entbinden, immassen wir ihn dann hiemit davon entbinden, die Unkosten aber aus Bewegniß compensiren und vergleichen. No. 12. 110. 164. 229. 348. 355. 439. 509. 627. 722. 835. 996. & passim. Quod si denique sententia reformatoria, ex novis & antiquis fundamentis, aus alten und neuen Fürträgen, No. 30. 88. & 136. fertur, tunc ita juxta Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 18.* pronuntiatur, ist hiemit, allem Fürbringen nach, zurecht erkannt, daß die Urthel voriger Instanz zu reformiren, wie wir dann dieselbe hiemit reformiren, dergestalten und also, daß ꝛc. ubi deinde unum membrum post alterum ponitur, & in specie pronuntiatur, in quo prior sententia reformatur uti A. 1711. den 23. Septembr. A. 1716. den 6. Maji, & A. 1718. den 27. April. No. 1076. 1159. tales sententiæ reformatoriæ in Dicasterio Supremo publicatæ, ex quibus structura facile addisci potest. No. 4. 8. 14. 102. 128. 130. 227. 365. 398. 432. 511. 667. 725. 877. 941. cum seq. & passim. Formulæ, ubi sententia in con- & reconventione confirmata No. 21. 112. vel reformata legi possunt apud Dn. Hæberlin No. 365. & 366. Interdum

dum confirmatur in conventione, in reconventione autem reformatur No. 35. 95. 457. 498. vel viceversa No. 192. Sic in No. 742. reformata sententia & juramentum judiciale delatum No. 740. & in No. 685. interlocutoria reformata, & in principali causa simul decisa, & A. 1724. den 12. Septembr. in conventione confirmatoria sententia lata, & in reconventione rescissa conclusione, probatio decreta. Declaratoria sententia in Camera Imp. rara est, ne detur occasio cavillationibus & novis disputationibus. Gail. *lib. 1. obs. 116. in fin.* Roding. *in π Camer. lib. 3. tit. 59. n. 16.* Blum. *in Proceſſ. Cam. tit. 75. num. 55.* ubi aliquot notant præjudicia. Et hoc jus sequitur Dicasterium; Sed tamen A. 1714. den 6. Jun. in causa Appellationis von Kirchheim, der Frickischen Erben von Weilheim, contra Andreas Böhmen, legitimæ deductio à fideicommisso conventionali permissa, uti quoque mandato hæc clausula inserta, in O. D. *Part. 1. tit. 8. §. 4. p. 27.* de qua legitima sententia principalis de A. 1712. den 26. August. nihil in se continebat, No. 1085. Uti quoque A. 1710. den 17. Martii, talis sententia declaratoria lata, No. 1026. Et tunc Advocatis notandum venit, ut in scriptis petant declarationem sententiæ & fundamenta simul proponant, secundum Decretum Dicasteriale de A. 1714. den 6. Jun. No. 16. append. Hæberlin. & petitum ita formari potest. Euer Gnaden ꝛc. wird annoch unentfallen seyn, welcher gestalten A. 1712. den 26 August. in der Frick- und Böhmischen Appellations-Sache von Kirchheim in prin-

principali zwar eine confirmatorie Urthel ausgesprochen, aber darinnen nicht gedacht worden, ob von diesem Fideicommisso conventionali der Pflicht-Theil abzuziehen seye oder nicht? Und weilen nun darüber, in Berechnung der Erbschafft, und deren Restitution, sich Streit erheben will, in denen Rechten aber wohl versehen, daß in allweg die legitima à fideicommisso conventionali abgezogen werden könne, per deducta B. Dn. D. prechti *in Disp. de fideicommiss. conventionali th. 42.* als gelanget an Eure Gnaden, Excell &c. das unterthänig-gehorsamst-rechtliche Bitten, die A. 1712. den 26. Aug. ausgefällte Urthel dahin in Gnaden Hoch- und Großgünstig zu declariren, daß Appellanten den Pflicht-Theil innen zu behalten und vom fideicommisso conventionali abzukürtzen befugt und berechtiget seyn sollen. Sub refusione expensarum & imploratione decenti & enixa, & tutius intra decendium petitur, Ego *in Dec. 165. n. 1.* vid. *c. 8. §. 16.* No. 1026. 1117. Et tunc pronuntiatur: ist hiemit, in puncto gebettener declarationis sententiæ, oder Erklärung der den 18. Martii 1709. ausgesprochener Hof-Gerichtlichen Urthel, der Bescheid, oder allem Fürbringen nach, zu recht erkannt, daß &c. quomodo sententiæ concipiendæ, si ab interlocutoria appellatum, videre licet in No. 79. 82. 1136. 1177. Et in causa Appellationis von Nürtingen A. 1725. den 4. Sept. fuit judicatum & pronuntiatum, nichtig und übel geurthelt, wohl davon appellirt, und mithin der ausgesprochene Bescheid samt der Straff gäntzlich cassirt und aufgehoben, comp. expens.

expens. und die Partheyen in der Sache ferner, wie sich gebühret, vor nächst-kommenden Hofgericht mündlich zu handeln schuldig seyn sollen ꝛc. & A. 1726. den 27. Maji probatio decreta & A. 1727. den 3. Sept. pronuntiata fuit sententia: wird allem Fürbeingen nach, zurecht erkannt, daß R. N. von der Klag zu absolviren, immassen wir ihn davon absolviren, compens. expensis, Interdum Juris certi persecutio reservatur No. 341. 446. & 724. sed haud facile fit, ne lis ex lite oriatur, Mevius *p. 5. dec. 93. & p. 7. dec. 142.* Stryk. *Disp. de jur. reservat. c. 4. n. 78. seqq. & Disp. de salvo regressu c. 1. n. 85. seqq.* & interdum causa ad judicem prioris instantiæ remittitur No. 79. 1057. 1080. 1117. 1119. Id, quod sæpe, si ab interlocutoria appellatum, obtinet, & remissio fit, uti in *cap. 13. §. 4.* dictum.

§. VIII.

Neque in Sententia negligendum, si in causis injuriarum, stupri &c. certa summa pecuniæ præstanda, vel expensæ, in quarum refusionem condemnatus est, magnam summam efficiant, quod tunc certæ præstationes, pro conditione personarum & reliquarum circumstantiarum, præfigi possint & debeant, cùm parata pecunia non semper ad manus sit, Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 20. & tit. 27. §. 4.* Sin tamen præstationes in prima instantia jam determinatæ, & male appellatum pronuntietur, tunc solvi debent, juxta sententiam priorem, & quatenus dies

dies jam lapsus Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. 20.* uti observatum An. 1716. den 10. Maji in causa Appellationis von Stuttgardt, Johann Gehring, beklagten Appellanten, contra Veit Häberlin, Klägern Appellaten, Temerarii quoque Litigatores, præter expensarum refusionem, mulcta vel carcere, puniendi, hocque vi præstiti juramenti, severè injunctum est in Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 24 §. 19.* J. P. W. *Part. 1 tit. 9.* § Wofern dann einer ꝛc. & *tit. 77.* §. Wir wollen ꝛc. ibique B. Dn D. Lauterbach *in Differ. Jur. Civ. & Würt. §. 14. & 86.* Bocer. *Cl. 6. D 34. th. 118.* Sicuti quoque in Recessu Imperii novissimo de A. 1654. *§. 120.* mulcta vel pœnà corporalis præstituta legitur, ut ita malitia, temeritas & frequentia appellandi, hoc Seculo litigioso, aliquo modo reprimatur & coerceatur, cùm ad Judicis Superioris officium quam maxime pertineat, desuper cognoscere, quomodo temere appellans puniendus sit, Ziegler *in Dicast. concl. 52. per tot. cumprimis §. 3. & 4.* Quales mulctæ sæpe ex merito imponuntur, nempe 20. Thal. No. 395. 10. Thal. No. 40. eine grosse Frevel à 14. Flor. No. 120. 128. 369. 970. viginti flor. No. 506. 702. 717. decem flor. No. 112. 923. 940. & 1045. quinque flor. No. 186. zwey kleine Frevel, No. 176. zwey Weiber-Frevel, No. 128. interdum pœna carceris 6. dierum, No. 186. vel trium dierum No. 372. & 940. quæ ex justa causa in sententia haud exprimitur, sed per speciale Rescriptum ad Præfectum datum præfinitur, uti A. 1721. den 3. Sept. nach Backnang observatum.

Hinc etiam in nonnullis locis certa summa deponenda, quæ in casu, ubi sententia confirmatur, fisco addicitur, & nominantur succumbenz-Gelder, Wildvogel & Heineccius *in binis Disp. de pecunia succumbentiæ.* Quomodo sententiæ in Summo Dicasterio, quoad causas principales, concipi soleant, docet plene recensio sententiarum ab A. 1672. usque 1718. B. D. Consil. Regim. Dn. Hæberlin. In specie, in causis injuriarum deprecatio No. 128. 395. declaratio honoris No. 418. aliaque mulcta imposita, & in actione æstimatoria judicatum No. 128. pro vulneratione 50. flor. No. 525. pro damno autem permanente 150. flor. adjudicati No. 842. & arbitramentum publicatum, ubi 401. flor. assignati, inter quatuor correos dividendi, No. 912. ratione defloration is, legi possunt sententiæ sub No. 410. 411. 1079. 1176. 1177. Hæberlin in Append. *pag. 115. 117. & 118.* add. Besold *part. 1. th. 87.* Lauterbach §. *44. ad L. Jul. de adulter.* puncto testamenti No. 1125. successionis ab intestato No. 543. curatelæ absentis No. 580. 613. 1181. nullitatis alienationis & rei vindicationis, No. 988. 1170. 1165. retractus No. 720. concursus creditorum No. 729. 875. 955. 1002. 1102. & ubi cassatus concursus No. 680. & 875.

§. IX.

Tandemque executioni datur sententia &, per Decretum Dicasteriale, Præfectis executio immediate mandatur, vel executoriales decernuntur

nuntur No. 510. Quamvis, si sententia Dicasterialis sigillata & saltem subscripta à Judice Dicasterii vel ejus vicario & uno Assessore, Præfecto, in Originali, exhibeatur, ille statim, sine alio speciali mandato executionis, sententiam executioni dare debeat, juxta Generale Rescriptum de A. 1699. No. 5. append. Hæberlin. Hochstetter *in Extract.* der Fürstl. *General Rescripten fol 36.* addatur J. P. W. *Part. 1. tit. 55. & 74.* Hodie enim, de Stylo Dicasteriali, non amplius totus processus & omnes Recessus in pergamena, unà cum sententia, partibus traduntur, prout plura exemplaria vidimus, unumque originale ad manus habemus de A. 1602. den 17. Martii confectum, nomine Sereniſſimi Principis & Ducis Würtembergici Friderici & subscriptum vom Hof-Richter-Amts-Verweser, Gedeon von Ostheim, & inferius, à Secretario Johann Ritter, appenso magno Sigillo Dicasteriali; sed saltem Sententia Dicasterialis, dicto modo subscripta & sigillata communiter partibus petentibus datur. Hæcque obtinent etiam in sententia definitiva confirmata, ita ut à judice ad quem executioni detur & utriusque instantiæ expensæ taxentur, ut scilicet parcatur ulteriori labori & sumtibus, J. P. W. *p. 1. t. 73.* §. Und wiewohl ꝛc. *Ord. Aulic. p. 3. t. 24. §. fin. t. 27. §. 2.* nisi Summo Dicasterio ex justis & certis causis aliud visum fuerit, Lauterb. *ad J. P. W. p. 1 t. 85. & in Coll. §. 9. nihil innovari*, D. Majer *in Disp. de execut. sententiæ in causa Civil. §. 13.* Ego *in Dodec. thes. & differ. Jur. Würt. th. 6.* ubi latius hæc quæstio examinatur.

CAP. XX.

De Expensis, earumque adjudicatione & taxatione.

SUMMARIA.

§. 1. Docet, quando expensæ adjudicandæ vel compensandæ.
§. 2. De modo, & sententia taxandi, cum formula petendi &
§. 3. De remissione causæ agit, uti
§. 4. De expensis, earumque quantitate.

§. I.

SI sententia in totum reformatur & pronuntiatur, male judicatum & bene appellatum, tunc expensæ regulariter compensantur, Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 27. §. 3.* quia, pro qualibet parte, sententia pugnat, sicque justam litigandi causam interim habuisse præsumuntur, Bocer. *Cl. 6. D. 30. th. 28.* Gail. *lib. 1. obs. 152. n. 5.* nisi ex actis prioris Instantiæ sententia reformetur, & judex exinde certus fiat, quod actor nullam causam quærendi habuerit, tunc Appellatus in expensas condemnari potest, arg. Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 27. §. 3.* & particulæ, REGULARITER, ibi occurrentis, Bocer *Cl. 6. Disp. 30. th. 29.* B. D. Lauterbach *in Disp. de expens. victor. th. 20.* Brunnemann. *in Process. Civili c. 28. num. 106.* Besold. *ad J. P. W. Part. 1. th. 130.* D. Stryk. *in usu moderno*

moderno §. 19. de appellat. B. Dn. D. Harpprecht *Resp. 41. n. 60. & 68. in Consil. nov. 95. num. 37. cum seqq.* Mynfinger *Cent. 2. obs. 89. ibique* Fabricius, ubi in Camera Imper. receptam opinionem nominat, Dn. à Lyncker *in resol. 161.* Et tales sententiæ prostant in No. 369. 819. 1177. & Anno 1724. den 16. Sept. Si autem sententia confirmatoria lata, & pronuntiatum, bene judicatum, male appellatum, tunc Appellans in expensas condemnatur, J. P. W. *p. 1. t. 73.* §. Wo aber ꝛc. Ord. Dicast. *p. 3. tit. 27. §. 1. c. ut debitus x. de appell. arg. l. 6. §. 4. Cod. de appell.* Bocer. *Class. 6. Disp. 30. th. 26.* Gail. *lib. 1. obs. 152. num. 4.* maximè, si ex actis primæ instantiæ solùm condemnatus sit, vid. *l. 78. §. 2. de leg. 2.* Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 130.* ubi aliquoties in Dicasterio ita judicatum esse refert, D. Lauterbach *th. 20. ad tit. π. de appellat.* Imò, si, ex novis & antiquis actis, sententia ita plene confirmata & judex primæ instantiæ condemnationem expensarum omisit, tunc in expensas utriusque instantiæ recte condemnatur, Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 27. §. 1.* J. P. W. *Part. 1. tit. 73.* §. Wo aber ꝛc. vid. *c. 17. §. 5.* Nisi justa adsit causa compensandi Gylmann. *tom. 2. sympbor. Part. 2. vot. 47. n. fin.* Fabricius *ad Mynsingerum cent. 2. obs. 89.* Bocer *Cl. 6. D. 30. th. 27.* ubi, ob jus dubium, communem opinionem Doctorum, vel consilia duorum Doctorum probatorum, compensationem admittit, quod si sententia reformatoria fertur & paim prior confirmatur, partim reformatur, tunc quia

quælibet pars in nonnullis capitibus vincit, expensæ compensantur, B. D. Lauterbach *in Disp. de expens. vict. th. 48.* & D. Harpprecht *in Resp. 5. num. 230.* Bocer. *cl. 6. Disp. 30. th. 28.* An & quatenus verò expensæ adjudicandæ vel compensandæ, si juramentum, præstitum, latè tractavit, B. D. Harpprecht *in Disp. de expensis victoriæ præstito jurejurando adjudicandis. per tot.* ubi probl. 4. docet, quod juramento judicali præstito, regulariter expensæ compensentur, si nimirum is, qui juravit, nullam aliam vincendi causam habuit, quàm quod juraverit, secus si proprio chirographo vel publico instrumento conventus, & super exceptione solutionis juramentum detulisset aut per testes innocentia ratione aliorum imputatorum demonstrata, uti expensæ compensatæ A. 1721. den 9. Sept. adjudicatæ autem præstito jurejurando judiciali in *No. 411. 1080. & 1177.* confer. *cap. 17. §. 3. & 4.* Idem in probl. 3. statuminatur in juramento necessario seu in supplementum, ubi tamen addit, quod, pro prudentis judicis arbitrio, interdum, propter urgentissimas præsumtiones & plenam fere probationem, juranti adjudicentur B. D. D. Harpprecht *in Consil. 15. n. 76. & 147.* & *Consil. nov. 61. n. 104. seqq.* Neque aliud in juramento purgatorio obtinet, nisi quod reus, si facto & culpa sua suspicioni causam dederit, in expensas condemnandus veniat, problem. 5. Neque præstita juramenta calumniæ generale & speciale, nec juramenta dandorum & respondendorum immunitatem à solutione expensarum præstant *probl. 1. & 2.*

& 2. addatur de expensarum quoque adjudicatione bene differens, Besold. *ad J. P. W. Part. 1. th. 87.* ubi formula jurandi in causa imprægnationis & defforationis exhibetur, qualis etiam legitur *in append.* Hæberlin *pag. 115.*

§. II.

Si pars in expensarum refusionem condemnata, tunc interdum, si paucæ & claræ, statim in sententia principali taxantur, vel si difficultas adest, & notabilem summam conficiant, maxime si primæ instantiæ sumtus concurrant, quorum notitiam Dicasterium vix habere potest, tunc vincens designationem expensarum specificam & claram in scriptis porrigere & documentis probare debet, neque generalis designatio in folle admittitur, Mevius *p. 5. dec. 125.* & *p. 8. dec. 270.* ad quam deinde victus oretenus respondet, & ultra non audiuntur, neque replicæ neque duplicæ admittuntur, Ordin. Dicast. *part. 3. tit. 27. §. 4.* & 5. Besold. *ad J. P. W. p. 1. th. 86.* B. D. Lauterbach *in Disp. de expensis victoriæ th. 33. cum seqq.* Heinrich Temmen *de lit. expens. cap. 10. n. 19.* Blum. *in Proceß. Camer. t. 75. §. 48.* ubi de Jure Camerali ex justa causa replicæ permittuntur. Requiritur hic speciale mandatum procuratoris, neque sufficit si dicatur, quod procurator in puncto executionis active & passive procedere debeat, juxta Besoldum *ad J. P. W. p. 1. th. 41.* ubi addit, quod in Dicasterio ita reputatum sit. Formula petendi expensas adju-

dicatas talis potest esse: Es ist Appellant in letzter Juridica in alle expensas primæ & secundæ instantiæ rechtmäßig condemniret worden, und, zu deren Taxation, diese heutige Vertagung in Gnaden geschehen. Dahero dann ehmahlige Appellati und jetztmahlige Imploranten die nothwendige Unkosten dieser Instanz, lauter, unterschiedlich und specifice verzeichnet, der Ordnung gemäß, überreichet und so viel möglich, mit Urkunden belegt, was aber die expensas primæ instantiæ anbelangt, so will Impetrant solche ex actis primæ instantiæ hiehero in Unterthänigkeit erhohlen, mit gehorsamster Bitte, solche der Ursachen In Gnaden zu adjudiciren, als sie sambt und sonders zumahlen dem Herrn Richter à quo bekanntlich und nicht erst mit special-Urkunden belegt werden können, auch der Gegentheil nichts mit Bestand darwider wird einwenden können, dahero dann an Ewer Gnaden ꝛc. das unterthänige Bitten ergehet, den Imploraten in die gebettene Summ der Unkosten in Gnaden und Großgunst zu condemniren, zu welchem Ende auch zu einer gedeylichen Urthel hintersetzet wird. sub Implorat. solita hierüber ꝛc. Altera pars deinde excipit, quæ sibi utilia credit, & petit, daß die gebettene Summ von 100. Gulden, gestallten Sachen nach, auf die Helffte moderiret, und (pro re nata) mit Aydlichem Angeloben, oder leiblichen Ayd, erhartet werden möge, desuper &c. ad taxatoriam sententiam pariter submittendo & implorando. add. Fürstl. Ehegerichts-Ordn. *part. 2. cap. 14. §. 4.* ubi in scriptis proceditur & victus intra

intra 14. dies excipere debet. Sin enim sumtus excedant summam 100. florenorum, tunc, pro arbitrio Dicasterii, vel si dubiæ expensæ sunt, neque alio modo defectus suppleri, nec de quantitate cònstare possit, juratò confirmantur, Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 9. fol. 41. & Part. 3. tit. 27. §. 6.* Et sic differentia adest tam à jure communi, quod semper juramentum expensarum exigit, *L. 15. cum Auth. seq. C. de judic. N. 82. c. 10.* Heinrich Temmen *de lit. expens. cap. 10. n. 9. seqq.* & Jure Camerali D. D. Lauterbach *dict. Disp. th. 36.* quàm reliquo Jure Würtembergico, secundum quod, in inferioribus judiciis, si summa ultra 20. florenos, juramentum, pro arbitrio Judicis necessarium est J. P. W. *Part. 1. tit. 54.* §. Wo dann ꝛc. *& seq* ibique B. D. Lauterbach *in Diff. J. C. & W. §. 69.* D. Harpprecht *Resp. 92. num. 28.* vid. Bocer. *Cl. 6. Disp. 30. th. 66.* Ad certitudinem rediguntur expensæ, per sententiam taxatoriam expensarum; quales in Dicasterio sæpius pronuntiatæ, uti in No. 36. 41. 50. 424. 713. 743. 780. 836. 848. 981. 1047. 1048. 1161. & 1210. & pcto nullitatis No. 921. & expensarum contumaciæ No. 713. Similiter A. 1680. den 7. Sept. in causa Appellationis von Calw, zwischen Jung Hanns Schwenlin, Impetranten, contra Hanns Rollern, Impetraten, Summa expensarum à 102. flor. 17. kr. moderata usque ad 81. floren. 23. kr. & in quatuor terminos divisa est, No. 292, & in causa Appellationis von Calw, zwischen Johann Christoph Reinöhlen, contra Tobiam Fetzen, Summa expensarum à 109. flor. diminuta fuit ad

ad 60. flor. 8. kr. & in tres terminos divisa. Uti quoque in aliis causis termini solutionis assignati sunt in No. 41. 99. 424. 508. & 510. & in der Fürsti. Ehegerichts-Ordnung, *p. 2. cap. 14. §. 4.* ubi expensæ magnæ in terminos solutionis scindi jubentur. Interdum saltem, per Decretum extrajudiciale, taxantur, maximè, si paucæ. Id quod A. 1727. den 25. Septembr. observatum, ubi moderatio expensarum Commissarii extrajudicialiter petita dicasterialiter facta, & designatio expensarum in fidem taxationis à Dn. Secretario fuit saltem subscripta. Haud raro liquidatio quoque fructuum aliorumque onerum & damnorum decernitur, No. 852. & 898. & A. 1727. den 24. Sept. fuit conclusum, daß die Forderung und Liquidation schrifftlich eingegeben, und dem Gegentheil unter vier-wöchigem Termin zu-decretirt, sodann künfftiges Hof-Gericht vertagt werden solle.

§. III.

An verò remissio, ad judicem prioris instantiæ, fieri debeat, ad executionem, & ut taxet expensas & interesse primæ instantiæ, quæritur? & negatur, licet sententia confirmatoria definitiva lata, ut parcatur ulteriori labori & sumtibus Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 24. §. fin. & tit. 27. §. 2.* J. P. W. *Part. 1. tit. 73.* §. Und wiewohl ꝛc. Dn. D. Majer *in Disp. de executione in causa civili th. 13.* nisi judici, ex justis rationibus, aliud visum fuerit, J. P. W. *Part. 1. tit. 73.* §. Und wiewohl ꝛc.

Bocer

Bocer *Cl. 6. Disp. 34. th. 13.* D. Schöpff *in Dodec thes. & differ. J. C. & W. tb. 6.* vel nisi ab interlocutoria appellatum & pronuntiatum, quod bene judicatum & male appellatum, tunc enim ad judicem prioris instantiæ causa iterum est remittenda, uti An. 1673. den 18. Febr. in Supremo Dicasterio judicatum, No. 79. secus si sententia reformatoria lata, nam tunc causa in Dicasterio ad finem perducenda est, J. P. W. *Part. 1. tit. 69. §. fin.* No. 1078. seqq. 1176. seqq. B. D. Lauterbach *in differ. Jur Civ. & Würt. Part. 1. th. 85.* conferantur Gülich ad Mynfingerum *Cent. 4. obs. 94.* Esbach *ad Carpzov. Part. 1. const. 20. def. 27.* Mevius *Part. 4. dec. 349.* & Dn. D. Majer, *in Disp. de executione in causa civili th. 12. usque ad th. 14.* ubi latè de executione & remissione causæ agunt. Et ita emendandum est Collegium theoreticum practicum, Lauterbach *§. 9. ad tit. ne nihil innovar. pendente appellat.*

§ IV.

Taxatio in Dicasterio Supremo talis hactenus recepta fuit. 1) Advocatis pro lectione actorum, triginta crucigeri usque ad florenum vel 2. floren. pro magnitudine actorum, & pro Juridica, für jeden Gerichts-Stand, olim florenus & 30. crucigeri, hodie duo floreni, & 30. crucig. vel 3. floren. adjudicantur, nisi saltem ad audiendam sententiam compareat, vel causa in scriptis peracta, tunc enim non nisi triginta crucigeri poni solent, Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 7.*

§. 12.

§. 12. 13. & 14. add. J. P. W. *Part. 1. tit. 17.* §. gleicher Gestalt ꝛc. scripta autem ex æquo & bono taxantur, Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 7. §. 14.* confer. commune decretum Dicasterii de An. 1667. den 9. Martii No. 16. in Append. Hæberlin. Interdum quoque arrha, in causis gravibus & arduis, non plane negligitur, uti A. 1718. den 1. Jun. & A. 1723. den 14. April, duo floreni arrhæ loco computati: addatur Blumius *in Process. Camerali tit. 75. num. 51.* vide tamen D. Lauterbach *in Disp. de expens. vict. th. 11.* 2) civibus & rusticis pro cibo & potu quadraginta crucigeri, für jede Mahlzeit 20. kr. singulis diebus assignantur, Honoratioribus autem major summa, sicuti A. 1718. den 3. Maji, Domino Secretario Cameral. Ludov. Neumanno viginti bacii pro qualibet die adjudicati D. Lauterbach *in Disp. de expens. vict. th. 15.* Ubi nulla certa summa determinata, sumtus & expensæ in hospitio & itinere factæ debentur, ita tamen, ut id deducatur, quod verisimiliter domi existens consumsisset, Besold. *C. 220. n. 12.* Temmen *de lit. expensis c. 10. n. 34.* 3) vor Versäumnus und Tag-Lohn, civibus & rusticis, decem vel quindecim crucigeri, fœminis 5. crucigeri, & honorationibus plus, hincque dicto Domino Secretario unus florenus in calculo positus. 4) Pro conditione personarum ac divitum, eques cum servo ad judicium venire potest, vid. D. Lauterbach *de expens. victor. th. 11.* Temmen *de lit. expens. c. 10. n. 34.* Besold. *Cons. 210. num. 12.* & tunc pro mercede equi, singulis diebus dantur viginti quatuor vel triginta crucigeri, Roß-

Lohn,

Lohn, & 5) servi, Postilions, merces, Tag-Geld oder Tag-Lohn, sunt quindecim crucigeri, pro cibariis autem 6) accipit, für jeden Imbiß, viginti crucigeros, quod attinet 7) Stall-Mieth, communiter 10. kr. & 8) pabuli loco ponuntur, drey Viertel Habern, singulis diebus. 9) Für Licht-Schlaff- und Stuben-Geld, itidem, pro conditione personarum, aliquid computatur. 10) Taxa sententiæ definitivæ & transactionis sunt duo floreni aurei, Gold-Gulden, à sex floren. 58. crucig. imò interdum plus exigi solet, pro gravitate causarum, si interlocutoria pronuntiatur, dimidia saltem pars datur 11) expensæ citationis itidem refundendæ 12) & summa pedello à 15. vel 30. kr. & nuntio à 10. usque 20. crucig. soluta, & si aliquot vicibus causa in Dicasterio acta, hæc summa duplicatur vel triplicatur 13) expensæ quoque probationis, si peractæ, & 14) sportulæ judiciales, v. gr. Einleg-Geld à 3. fl. 29. kr. refundendæ, si appellatus posterioribus duobus casibus in expensas condemnatus, uti 15) taxa actorum Appellationis in fine adjecta. Et 16) aliæque expensæ necessariæ, Lauterbach *Disp. de expens. victor. th. 12. & 53.* Mevius *p. 3. dec. 129.* uti quoque 17) nec expensæ post sententiam latam pro moderatione expensarum & executione factæ excludendæ, Henric. Temmen *de lit. expensis c. 10. n. 58. seqq.* Neque 18) extrajudiciales necessario impendendæ, Temmen *c. 2. n. 24. seqq. & c. 10. n. 32. seqq.* Confer Gail. *lib. 1. obs. 151.* Bocer *cl. 6. Disp. 30.* D. Lauterbach *in Disp. de expensis th. 10. usque ad 15.*

ad 15. & th. 53 cum seqq. Blum. *in Processu Cameral tit. 75. num. 50. cum seqq* Besold. *C. 210.* Temmen *de lit. expens. cap. 10.* qui latè de expensarum generibus, earumque taxatione agunt, quod & facit J. P. W. *Part. 1. tit. 6. pag. 43. cum seqq.* von der Tax- Stadt- Amt- oder Gericht-Schreiber-Belohnung: & General- Verordnung über das Land- Rechnungs- und Oeconomie- Wesen *pag. 46. & 47.* allwo einem Schultheissen, Burgermeistern, Richter und Deputirten 24. kr. vor Versaumnus, und eben so viel vor die Mahlzeit passirt, einem gemeinem Burger aber nur 20. kr.

CAP. XXI.

Tractat Processum Nullitatis.

SUMMARIA.

§. 1. Agit de cumulatione appellationis & nullitatis, cum requisitis,
§. 2. verò de principali deductione nullitatis,
§. 3. ejusque processu,
§. 4. quærit, an executio sistatur?
§. 5. & 6. recensent XXIV. nullitates,
§. 7. quæ ex officio attenduntur, nisi sint saltem circa processum admissæ, quæ in Summis Dicasteriis negliguntur.

§. I.

APpellatio & nullitatis querela sunt diversa remedia, hinc qui renunciat appellationi, non renunciasse censetur quærelæ nullitatis, D. Schwe-

D. Shweder *in Disp. de renunciat. appellat. §. 23.* semper tamen utilius est appellare, quàm nullitates deducere Cæpolla *caut. 253.* quod si tamen vel plane non, vel non ritè & legitimè appellatum, tunc nullitates deduci possunt, coram judice à quo vel ad quem *cap. 1. §. 31.* & quidem vel principaliter, vel minus principaliter & incidenter, cum appellatione, juxta illud dictum, quod omnis appellatio in ventre habeat nullitatem, Blum. *in Proceſſ. Camer. tit. 56. num. 10.* Mevius *Part. 4. dec. 115. num. 2* Dn. D. Schweder *in Disp. de renuntiat. appell. §. 23.* quo posteriori casu, judex superior appellationis adeundus Richter *dec. 137.* & intra decem dies fieri debet, sicuti appellatio, Rescript. Gener. de An. 1718. §. 1. No. 10. apud Hæberlin. & processus appellationis observatur, Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 5. §. 4.* & executio sententiæ quoque suspenditur Besold. *in disp. de nullit. th. 53.* & simultaneo processu terminantur, Ordin. Camer. *Part. 3. tit. 34.* §. Und solle also die *Nullitæt.* J. P. Würt. *Part. 1. tit. 67.* §. Nach Verlesung der *Acten.* Besold. *in Disp. de nullit. th. 52.* neque litis contestatio specialis necessaria est, sed in causa Appellationis facta ad causam nullitatis tanquam accessoriam, trahitur, quia incidentia sapiunt eandem naturam cum principali, Gail. *lib. 1. obs. 77. num. 1.* Mynsinger *cent. 1. obs. 38.* Obrecht *de lit. contestat. c. 4. n. 44.* B. D. Bardili *in Disp. de lit. contestat. th. 59.* Ab initio tamen ab Appellante nullitates adducuntur & iniquitates subjunguntur, cum petito: In Rechten zu erkennen und zu sprechen, daß der Richter

Richter voriger Instanz mit ausgesprochener Urthel, wo nicht nichtig, doch übel, oder widerrechtlich geurthelt, und wo nicht überflüßig, doch wohl davon appellirt, und in der Haupt-Sache, daß ꝛc. Roding *in π. Cameral. lib. 1. tit. 21. & 33. nec non lib. 3. tit. 49. num. 3.* Blum. *in Proceſſ. Camer. tit. 56. num. 9. & ſeqq. & num. 13.* Dn. D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 19. ad tit. π. de re jud. & §. 3. quæ ſentent. ſine appell.* Beſold *in Diſp. de nullitat. th. 34.* Appellatus verò deducit ſuas æquitates & deinde reſpondet ad nullitates & poſtea ad iniquitates. Appellans autem in Replicis ad æquitates primum excipit & deinde, replicando, ſuas nullitates & iniquitates firmat, hocque ordine Appellatus tandem duplicat, ſicque concludunt. Et ſi ex actis & proceſſu nullitas & iniquitas ſimul adpareant, tunc pronuntiatur, daß von dem Richter voriger Inſtanz nichtiglich und übel geurthelt, überflüßig und wohl davon appellirt, Roding. *in Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 49. num. 3.* ubi præjudicium Camerale de A. 1656. adducit, vel ſi nullitates haud probatæ, ſententiæ ita concipiuntur in Dicaſterio, daß ꝛc. nicht nichtig, ſondern wohl geurthelt, übel davon appellirt, und in der Haupt-Sache, daß ꝛc. juxta No. 429. 443. 452. 988. apud Hæberlin, vel interdum totus proceſſus caſſatur, No. 1058. hiſce formalibus: Daß nichtig und übel geurtelt, auch dahero allerforderiſt der gantze Proceſs, in krafft dieſes, annullirt, und in der Haupt-Sache ꝛc. Ut verò ita deduci & conjungi poſſint hæc duo remedia, requiritur, ut appellatio, intra decendium,

dium, aliisque observatis fatalibus, facta sit, sicque valeat, Ordin. Dicast. *part. 3. tit. 5. §. 6.* cùm si principale, appellatio, non valeat, neque accessoria nullitatis deductio admittatur arg. *l. 43. de solut. l. 176. de reg. jur.* Roding *in π. Cameral. lib. 1. tit. 33 § 20.* hincque etiam jam formalia prius justificata esse debent, ut per illa jurisdictio judicis ad quem fundetur, Besold. *in Disp. de nullit. th. 58.* & ut summa quoque appellabilis sit, cum in appellationibus & principali deductione nullitatum summa appellabilis necessaria sit, Ord. Dicast. *Part. 3. t. 5. § 7.* Blum. *in Proces. Cameral. tit. 56. §. 16.* Roding. *in π. Cameral. lib. 1. t. 20. § 56. & t. 33 num 31.* Monentur tamen Advocati, ut si nullitates non manifesto ex actis appareant vel facile defendi queant, à deductione nullitatum abstineant & solas iniquitates deducant, neque Dicasterium frustra morentur, Ord. Dicast. *p. 3. t. 5. §. 5.* cum appellationis remedio satis tuti, sibique consulere queant. Et interdum quoque per modum exceptionis nullitates proponuntur, Vantius *de nullit. cap. 8. num. 8.* Besold *in Disp. de nullitat. th 30. & 59.* Hoc quoque notandum, quod appellatus, qui gratias agit pro sententia, neque nullitates, neque iniquitates deducere valeat, quia ex parte ejus adest res judicata; uti Anno 1727. den 24. Septembr. post æquitates, nullitatis deductio male juncta fuit.

§. II.

Quod si verò nullitates principaliter deducuntur, tunc nominatur causa, eine Imploration-Sache, & deducens nullitates, Implorant, alter verò, Implorat, in actis extraneorum occurrunt quoque nomina querulant, querulat, Ne vero res judicata promiscue ex capite nullitatis impugnetur & processus nullitatis cum appellatione confundatur, judex probe ponderare & sedulo examinare debet, an nullitates in jure fundatæ revera adsint, si cuti enim appellatio non admittitur, nisi rite & legitime appellatio facta & formalia sese recte habeant, ita quoque nullitatis querela haud permittenda, nisi veræ nullitates existant & ex actis appareant. Existentia enim nullitatum judicis demum jurisdictionem in effectu fundat, eique facultatem tribuit in hoc processu nullitatis judicandi, sententiam annullandi, corrigendi & emendandi. Institui potest querela nullitatis, intra decennium, Ord. Dicast. *part. 3. tit. 5. §. 6.* & Jus Prov. Würt. *part. 1. tit. 56.* & eatenus differt Jus nostrum à Jure communi B. D. Lauterbach. *in differ. jur. Civ. & Würt. §. 72.* Besold. *in disp. de nullit. th. 28. & 29. & ad J. P. W. part. 1. th. 91.* ubi ampliant hanc sententiam, ita ut, elapso hoc tempore, nec de evidenti nullitate partes amplius conqueri possint; licèt vel plane non vel non recte & legitime appellatum sit, & causa, pro deserta, pronuntiata vel, ob notoriam desertionem Roding. *in π. Cameral. lib. 1. tit. 21. §. 18. & tit.*

tit. 33. §. 17. Blum. *in proceſſ. Cam. tit. 56. num. 12.* Beſold. *de appellat. c. 6. num. 5. & in Diſp. de nullit. th. 54.* ſtatim nullitates principaliter deducere velint Ord. Dicaſt. *part. 3. tit. 5. §. 6. & 7.* D. Mauritius *in Diſp. de citat. ad reaſſumend. th. 9. poſ. 1.* Bb. Dn. Bardili *Exerc. 39. concl. forenſ. 5.* & Dn. D. Harpprecht, *in Differ. J. C. & W. §. 5.* ubi addit, & docet experientia, quod praxis Dicaſterialis conſpiret, prout ſæpius ipſimet obſervavimus, neque eatenus, Receſſus Imperii *de A. 1654. §. 121. & 122.* in Ducatu Würtembergico attendatur, juxta No. 784. apud Hæberlin, utpote ſecundum quem, intra decendium, provocandum, niſi nullitas ſit inſanabilis, Blum. *in Proc. Cameral. tit. 56.* Roding. *in π. Camer. lib. 1. t. 33.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 1. ad t. π. quæ ſentent ſine appellat.* Uffenbach *de judic. Imp. aulico cap. 23. ſect. 1.* Quod ſi autem principaliter coram Dicaſterio nullitates deducendæ, tunc non ſolum judici à quo hoc indicandum, & petendum, ne in cauſa ulterius procedat, ſed executionem, pro re nata, ſiſtat, & acta condigna mercede edat, ſed etiam ſupplicatio Sereniſſimo porrigenda, pro admiſſione ad deductionem nullitatum, pro citatione & compulſorialibus, ut acta edantur, ſi judex à quo, ad petitionem Implorantium, illa ſponte edere recuſat: hac formula: Es iſt vor einigen Wochen, Monathen oder Jahren A. 1740. den 11. Jan. vor Wohl-Löbl. Stadt-Gericht zu N. zwiſchen mir und Titium, wegen eines Guths, eine widrige Urthel dieſes Innhalts ausgeſprochen

worden, ꝛc. Wann ich nun durch sothane Urthel höchst-beschwehret mich befinde, und deßwegen vor E. Hochpreißl. Hofgericht, nach Maßgab J. P. W. p. 1. t. 56. §. Da aber ꝛc. Hofgerichts-Ordn. p. 3 t. 5. §. 6. meine darwider habende viele Nullitæten principaliter zu deduciren gesonnen ꝛc. Als habe Euer Hochfürstl. Durchl. hiemit unterthänig-gehorsamsten Fleisses ersuchen wollen, Sie geruhen Gnädigst, mich ad deductionem principalem nullitatum Fürstmildist zuzulassen, Hochfürstl. Befehl an erst-bemeldtes Hofgericht diß-falls ergehen, sodann diesen Nullitæten-Proceſs forderſamst vertagen, die Partheyen citiren, und dem Richter à quo anbefehlen zu lassen, daß er die Acten innerhalb 4. Wochen zum Fürstl. Hofgericht einsenden, und die Urthel unexequirt lassen möge, ꝛc. Desuper.

§. III.

Summa vel causa, quod debeat esse appellabilis, jam supra dictum. Et, quoad processum, ita oraliter proceditur, ut, post factam legitimationem & recensita vel reproducta & prælecta forte antea jam proposita facta, cum rubrica, ex utraque parte, prout in Appellationis processu quoque juris est, petatur prælectio Actorum. Hac facta, Impetrans agit gratias, pro prælectione Actorum, & proponit libellum Nullitatum, Nullitæten-Klag, ibique recenset & deducit suas nullitates, Besold. *in Disp. de nullitat. th. 61.* Ord. Cameral. *part. 3. tit. 34. §.* Und sollen die

die *Procuratores*, Bocer. *Cl 6. Disp 33 th. 40.* cum petito: In Rechten zu erkennen und zu sprechen, daß der Richter voriger Instanz nichtig geurthelt, oder übel und nichtig procedirt und geurthelt, mithin die Urthel, als null und nichtig zu cassiren, in der Haupt-Sache aber Implorat dem Imploranten die eingeklagte Summ, cum usuris a mora, zu bezahlen schuldig nnd gehalten seyn solle, cum refusione expensarum & solita imploratione. Blum. *in proceſſ. Cameral. tit. 56. num. 14.* Roding. *in* II. *Cameral. lib. 1. tit. 33. num. 20. & 22.* Deinde Impetratus agit itidem gratias pro prælectione actorum, neque deducit æquitates, ut in appellatorio, sed statim excipit ad has nullitates, illas infirmando, simulque demonstrando, quod judex potius juste & valide pronuntiaverit, cum petito: Daß von dem Richter voriger Instanz nicht nichtiglich, sondern wohl-gültig und rechts-beständig geurthelt, und daß es nochmahlen bey der rechts-kräfftigen Urthel verbleiben, oder die judicata rechtlicher Gebühr in geziemender authoritæt unverletzt und unverbrochen mögen erhalten werden, der Implorant auch allen und jeden verursachten Kosten und Schaden zu wiederkehren schuldig und verbunden seyn solle, desuper &c. conferri de formulis processus Nullitatum merentur Blumius & D. Hofmannus *in Prax. Jur. & Proceſſ. Cameral. & Supplicat. pro impetrand. proceſſ. tit. 18.* An vero litis contestatio necessaria sit de eo vide B. Dn. D. Bardili *in Disp. de Litis conteſtat. th. 56*, ubi in nullitate notoria litis contestatio non requiritur *c. ſ. x. de offic. jud.* bene tamen,

si non manifesta sit; In specie verò in Camera Imperiali indistincte super notoria nullitate, sive principaliter sive incidenter in judicium deducta, ante litem contestatam sententia ferri potest Gail. *lib. 1. obs. 77.* Mynsinger *Cent. 1. obs. 38. ibique* Fabricius *& ad obs. 20.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 20. th. 38. & 39* Blum. *in processu Camerali tit. 56. num. 34.* Roding. *in pandect. Cameral. lib. 3. tit. 49.* Et tunc sequuntur Replicæ & Duplicæ, cum submissione, uti in Appellationis processu. Neque dubitandum, si causa id postulet, quin processus in scriptis quoque locum habeat & peti possit. *cap. 13. §. 3. cum seqq.* prout observatum Nro. 475. & 784. apud Hæberlin. Et, si probatione opus est, tunc proceditur, uti supra deductum est *cap. 14.* & petitur, ut, loco libelli nullitatum, acta, pro prælectis, accipiantur. Werden an statt der Klag, Implorations- oder Nullitæten-Klag, und litis contestation, die acten vor verlesen angenommen No. 612. & 1154. apud Hæberlin. Interdum sententia plane cassatoria pronunciatur & causa remittitur ad priorem judicem. In quem modum A. 1726. den 8. Jan. sententia L. fuit cassata & annullata, quia judex utra petita contractum annullavit, cum tamen A. T. retractum exercere voluerit, qui validitatem contractus præsupponit, D. Harpp. *C. 15. n. 70. seqq.* & *Resp. 74. n. 9.* neque in principali puncto retractus judicavit, & an nullitas prioris sententiæ locum habeat nec ne? hinc cum A. T. saltem pro confirmatione sententiæ petiit, neque de solennitatibus depositionis & an tota summa depositа, certitudo ad

fuit,

fuit, neque an sententiæ judicis N. prior nulla sit; remissio facta hac formula, daß von dem Richter zweyter Instanz mit ausgesprochener Urthel nichtig geurthelt, wohl davon appellirt, mithin besagte Urthel zu cassiren und aufzuheben, und die Aa TT. mit ihrer Klag an den Richter zu L. zu remittiren, immassen wir dieselbe hiemit dahin verweisen, die in dieser Instanz aufgewendete Unkosten aber compensiren und vergleichen. Et A. 1727. den 22. Aug. in casu, ubi exceptiones contra formalia allata, & tamen omnia nulliter peracta, nec transactio dubia ventilata, sententia hujus tenoris prolata: Ist hiemit allem Fürbringen nach ex officio zu recht erkandt, daß von dem Richter voriger Instanz nichtiglich procedirt und geurthelt worden, massen wir den Procels und Uthel à qua hiemit cassiren, den A. T. auch, wann er den getroffenen Verglich anzufechten gemeint, damit an den Richter voriger Instanz verweisen, die Unkosten aber aus Bewegniß compensiren und vergleichen. Interdum si judex primæ instantiæ aliquo modo suspectus, processus cassatur & annullatur, ac causa quidem, vel ex officio vel ad petitionem partium, pro non devoluta habetur, principalis tamen deductio nullitatum hunc in finem coram Dicasterio permittitur, ut merita causæ primario tractentur, hincque simul acta, loco libelli & litis contestationis, pro prælectis accipiuntur & probatio decernitur, juxta formulam No. 1154. apud Hæberlin. & ita A. 1747. den 4. Septembr. in causa Adpellat. von Mercklingen, denuò observatum, hisce formalibus:

libus: Und forderist der von dem Richter von M. geführte Proces vor null und nichtig declariret und cassiret, und in puncto formalium weiter zu recht erkandt, daß diese Sache, so viel die Appellation betrifft, an dieses Fürstl. Hof-Gericht nicht erwachsen, dannenhero nicht anzunehmen, jedoch aber die Imploranten ad deductionem nullitatum principaliter zugelassen, daraufhin auch die Acta, an statt der Klag und Litis contestation, vor verlesen angenommen seyn sollen, und was beede Theile ꝛc.

§. IV.

Effectus est, ut executio sistatur, si in continenti vel, intra mensem, querela nullitatis probari possit, J. P. W. *Part. 1. t. 56.* extra hunc casum verò est talem devolutivus, non suspensivus, cùm præsumtio sit, pro judice, quod legaliter & non nulliter processerit, & ideò non facile inhibitio decernitur, sed sententia executioni datur, ita tamen, ut ille, in cujus favorem prior sententia lata, de indemnitate caveat, se rem restituturum, si in puncto nullitatis, pro actore, pronuntiatum foret Besold. *ad J. P. W. Part 1. th. 91. & in disp. de nullit. th. 46. cum seqq.* nisi executio damnum irreparabile afferret, Mevius *Part. 4. dec. 302.* Esbach *ad Carpzov. Part. 1. const. 20. def. 24. num. 6.* D. Stryk. *in disp. de Processu unilateral c. 1. §. 17. & in usu moderno §. 1.* & D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 4. quæ sentent. sine appellat.* Blum. *in Processu Camer. tit. 56. num. 29.*

num. 29. & seqq. Author *breviculi Prax. Imper. aul. tit 28. §. 13.* confer. No. 389. apud Hæberlin. ubi executio ad mensem suspensa fuit: Und die von Imploraten gebettene Execution auf eine Monats-Frist suspendirt seyn solle. & No. 611. ibi: doch daß die Execution der Urthel hierdurch nicht aufgehalten seyn solle. Et si una vel altera nullitas probata, tunc jurisdictio judicis fundatur, & tota causa principalis ejusque merita ad eum devolvuntur, ita ut sententiam priorem vel confirmare vel reformare possit, Gail. *lib. 1. obs. 127.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 33. th. 41.* Besold. *in Disp. de nullit th. 63.* Mevius *Part. 3. dec. 89. & 233.* Dn. à Lyncker *de gravam extrajudicial. cap. 8. §. 41. num 5. cum seqq.* Blum. *in Process. Cameral. tit. 56. num. 18.* vid. B. D. Harpprecht *in Cors. nov. 44. num 74 & seqq.* & expensæ quoque victori adjudicantur, nisi justam habuerit litigandi causam, B. D. Harpprecht *in Resp. 95. num. 128. & 129.* Bocer. *class. 6. Disp. 30. th. 30. & 31. & Disp. 33. th. 44. & 47.* ubi sententias exhibet. Et si nullitas non probata, tunc formulas sententiæ exhibet, Carpzov. *in Process. tit. 19. art. 3. n. 25. & 35.* Et Dn. Hæberlin No. 185. 693. & 920. hoc modo: Daß von dem Richter voriger Instanz nicht nichtiglich geurtheilt, und in der Haupt-Sache, vel interdum formula ita sonat: daß ꝛc. nicht nichtig, sondern wohl geurtheilt, und in der Haupt-Sache, daß es nochmalen dabey sein Verbleibens haben solle, No. 710. 717. 808. 940. & 429. apud Hæberlin. & quidem cum condemnatione in expensas, addita pœna 10. flor.

No. 710. 808. & 940. imò 20. floren. No. 717. apud Hæberlin. Quod si verò sententia reformatur, tunc quomodo pronuntiandum, tenor sententiæ in Dicasterio den 10. Febr. An. 1706. latæ docet, In der Implorations-Sache von Marbach, zwischen M. Johann Martin Kornbecken, Pfarrern zu Neccarweyhingen, Imploranten eines, sodann Michel Pommern von Heutigsheim, Imploraten andern Theils, wird forderist der von Seiten des Imploraten gethane eventual Beschluß, vor pur augenommen, darauf allem Vorbringen nach, mit Urthel zurecht erkannt, daß von dem Richter voriger Instanz mit ausgesprochener Urthel nichtiglich geurthelt, und in der Haupt-Sache, daß ꝛc. No. 953. Talis itidem in causa nullitatis von Asperg. Bernhard Schafften, Becken, beklagten Impetranten, contra Anna Margaretha Mayerin, Lieutenantin von dar, Klägerin Impetratin andern Theils, ibidem A. 1718. den 23. Maji lata est, compensatis expensis, in utroque casu. No. 1102. Similes occurrunt in No. 633. & 772. apud Dn. Hæberlin. Quod si autem sententia in totum tollatur, pronuntiari solet: Daß von dem Richter voriger Instanz mit ausgesprochener Urthel nichtiglich geurthelt, und in der Haupt-Sathe, daß ꝛc. No. 605. 852. 890. & 953. compensatis ex justa causa expensis, No. 890. & 953.

§. V.

Sententia autem nulla est, ex variis causis, ubi tamen prænotandum, quod pro judice & pro-

processu omnis in dubio pugnet præsumtio, donec nullitas probetur, Gail. *lib. 1. obs. 144. n. 7. & obs. 154. num. 9.* Mascard. *de probat. concl. 116.* Stryk. *in Disp. de Process. nullater. c. 1. §. 17.* hincque illa non in genere sed in specie deducenda venit, Mynsinger *dec. 6. Resp. 58.* Ideo etiam haud raro pars judici nullitates prius indicare debet, quàm admittatur ad nullitatum deductionem, No. 709. apud Hæberlin. Nulla autem fit sententia 1) si à judice incompetente est lata v. gr. à judice civili, in causa criminali, à laico, in causa ecclesiastica, &c. J.P. W. *Part. 1. tit. 56.* §. Und erstlich ꝛc. *L. 1. l. fin. C. si a Judice non competet.* Mevius *Part. 1. dec. 100.* D. Lauterbach *§. 8. de re judic. & §. 2. quæ sent. sine appellat.* Ziegler. *in Dicastic. concl. 11. §. 5.* Besold. *in Disp. de nullit. th. 69. cum seqq.* ubi lepram insanabilem nominat, Roding. *in π. cameral. lib. 1. tit. 33. num. 24.* ubi recte dicit insanabilem nullitatem, Blum. *tit. 25. num. 62.* & male dissentit *tit. 71. num. 114.* add. *cap. 8. §. 12.* Item 2) si judex, super majori quantitate judicaverit, quam in sua jurisdictione est, J.P. W. *p. 1. tit. 56.* §. Also auch ꝛc. add. *tit. 8. & tit. 59.* Gratianus *tom. 3. Discept. for. n. 408.* 3) si sententia actis & libello non conformis J.P. W. *p. 1. t. 56.* §. Oder ꝛc. *l. 18. commun. divid. L. fin. de fideic. libert. c. 31. x. de simon.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico §. 17. & §. 22. de re jud. & §. 2. quæ sent. sine appell.* B. D. Harrpprecht *Consil. nov. 44. n. 81. cum seqq.* Ziegler *in Dicast. concl. 44.* Caroc. *de remed. contra præjud. sentent. Except. 129.* Blas. Altimar. *de nulli.*

p. 2.

p. 2. rubric. 13. q. 336. vel de tota causa haud judicat, Ziegler §. *17.* Caroc. *Except. 130.* 4) si substantialia processus omissa, ut citatio, libellus, litis contestatio D. Harpprecht *Vol. 7. Conf. Tub. 33. n. 32. seqq.* & contra indefensum sententia lata J. P. W. *part. 1. t. 56.* §. Oder da ꝛc. *L. 4. Cod. de sent. & interlocut. c. 8. x. de dol. & contumac.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. pract. §. 17. de re jud. & §. 2. quæ sent. sine appellat.* Roding. *in* Π. *Camer. lib. 1. tit. 33. num. 54.* D. Stryk. *in usu moderno §. 1. ad tit. π. quæ sent. sine appell.* 5) si sententia definitiva non in sciptis pronuntiata, J. P. W. *part. 1. tit. 56.* §. oder da ꝛc. modo judicium suum actuarium ordinarium habeat, D. Harpprecht *in Consil. nov. 44. num. 47. & 48. seqq.* cont. *§. 17.* & D. Stryk. *in usu moderno §. 4. & 5. ad tit. π. de re judic.* 6) vel sententia die feriato lata J. P. W. *part. 1. tit. 56.* §. Item da ꝛc. add. *t. 22. L. 1. L. 6. de fer.* B D. Harpprecht *in Consil. 90. num. 60. & cons. nov. 44. num. 45.* & D. Lauterbach *in disp. de feriis th. 25.* 7) si sententia neque absolutionem, neque condemnationem, in se contineat, sicque dubia & incerta sit, J. P. W. *p. 1. t. 56.* §. Gleichfalls ꝛc. D. Lauterbach *§. 2. quæ sentent. sine appell.* Besold. *de nullitat. th. 254.* 8) si contra rem judicatam sententia lata J. Prov. Würt *p. 1. t. 56.* §. Ebenermassen ꝛc. D. Harpprecht *in Cons. 90. num. 60. & consil. nov. 27. n. 136.* D. Böhmer *in Disp. de sententia in rem judicatam non transeunte §. 32.* Nostr. *Dec 12. n. 16. & dec. 128. n. 4.* 9) si contra jus in thesi & clarum jus constitutionis in genere lata sententia v. gr. usu-

ras

ras usurarum esse licitas, impuberem posse condere testamentum *L. 2. Cod. quando provocare non est necesse.* Blum. *in Processu Cameral. t. 56. num. 3.* B. D. Frommann *in Disp. de anatocismo th. 33.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 18. de re jud. & §. 2. de extraord. cogn.* vel si contra statuta Mevius *part. 2. dec. 268.* D. Harpprecht *in Cons. 14. num. 147.* vel consuetudinem notoriam, Mevius *p. 5. dec. 149.* D. Lauterbach §. *43. ad tit. π. de LL.* pronuntiatum, Hartmann *Disp. Altorf. de nullit. sentent. contra consuetud. ac stylum curiæ latæ.* secus si contra jus partis, videatur tamen Author *Breviculi Prax. Imp. Aul. tit. 48. num. 6. & 7.* D. Stryk. *voc. Appell. rescindenda ad tit. de extraord. cognit,* ubi rejiciunt hanc distinctionem. 10) Si ex falsis testibus & documentis, quæ judex secutus est, Bocer *Cl. 6. Disp. 33. th. 17.* sententia lata J. P. W. *p. 1. t. 56.* §. Nicht weniger ꝛc. Mevius *p. 3. dec. 104.* D. Grass *in Differ. Jur. Civ. & Würt. §. 5.* Besold. *de nullitat. th. 264. & 265.* vel ex falsis & erroneis præsuppositis lata, vel manifeste erronea fit Mevius *part. 6. dec. 30.* Ego *in vol. 8. Consil. Tub. 44. n. 25. seqq. & Dec. 128. n. 7. & 8.* Böhmer *in Jur. Eccles. lib 2. cap. 18.* §. *51.* Stryk *Disp. de remed. contra rem jud. cap. 2. num. 90.* Besold. *de nullitat. th. 260. & 269.* ubi addit casum, si in falsa causa se fundaverit Bocer *Cl. 6. Disp. 33. th. 43.* nisi forsan aliæ causæ sint, quæ verisimiliter judicem movere potuerint, licet illæ non sint expressæ, ut judicatum in Dicasterio An. 1619. den 21. Jun. 11) vel à judice muneribus corrupto J. P. W. *part. 1. tit. 56.* §. Oder &c. *L. 7. C. quan-*

C. quando provocare non est necesse l. 15. §. 1. de jud. D. Lauterbach. *in Colleg. theor. practic, §. 2. de extraord. cognit.* Besold. *de nullitat. th. 266.* 12) vel, per collusionem, sententia dicta *l. 14. de appellat. l. 50. §. 1. de leg. 1.* Vivius *dec. 296.* D. Lauterbach. *in Colleg. theoretic. practico §. 2. ad tit. π. de collus. deteg.*

§. VI.

13) Si probatio petita rejecta Mevius *part. 1. dec. 18, num. 3. & dec. 119. num. 7. part. 2. dec. 79.* Carpzov. *part. 1 const. 26. def. 21. num 7.* Besold. *in Disp. de nullit. th. 238.* ubi secus dicit, si non petita, vel in casu, wann sich ein Theil allein incidenter auf Beweisung bezogen und referirt Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 83.* tunc enim omitti potest, vide tamen Vantium *de nullitat. p. m. 552. num. 38. & 39.* ubi contrarium docte propugnat, & quod, ob neglectam petitam probationem, sententia non nulla sed saltem iniqua sit, Roding. *in π. Cameral. lib. 1. tit. 33. num. 28.* vel probatio desiderata 14) præterita & neglecta Mev. *part. 1. dec. 78. num. 10.* v. Roding. *in π. Cameral. lib. 1. tit. 33. §. 6. & §. 28.* quæ, inter alias nullitates considerata in causa Appellationis von Weinsperg, zwischen Daniel Zieglern, beklagten Appellanten, contra Johann Melchior Weicken, Klägern Appellaten, A. 1714. den 9. Jun. No. 1120. apud Hæberl. ubi processus annullatus, quia petita probatio neglecta, neque exceptiones doli, læsionis & ebrietatis oppositæ con-

consideratæ, sed statim una die, sine consilio pento, præcipitanter, & absque causæ sufficienti cognitione, sententia lata, quæ se insuper fundavit in falsa causa, ac si omissio insinuationis contractum nullum faceret de Jure Würtembergico, contra J. P. W. *Part. 2. tit. 13.* §. Da aber &c. ibique B. D. Lauterbach. *in differ. Jur. Civil. & Würt. part. 2. th. 20.* B. D. Harpprecht *Conf. 15. num. 29.* retenta tamen est causa principalis &, rescissa submissione, probatio injuncta J. P. W. *part. 1. tit. 68.* §. Wann &c. 15) Si nimis festinanter & præcipitanter una v. g. die processus finitus, cum præcipitantia sit noverca justitiæ *clement. pastoralis 2. vers.* verum quia &c. *de sentent. & re judic.* B. D. Harpprecht *in Consil. nov. 44. num. 87. cum seqq.* Mevius *part. 1. dec. 78. num. 6. & dec. 106.* Carpzov. *in processu tit. 16. art. 4. num. 43.* Roding. *in π. Cameral. lib. 1. tit. 33. num. 6.* Stryk *in Disp. de remed. contra rem. jud. cap. 2. n. 116. seqq.* 16) si sine causæ cognitione sufficienti sententia lata, itidem est nulla *l. 4. l. 7. l. 13. Cod. de sentent. & interlocut.* Vantius *de nullitat. p. 584.* B. D. Harpprecht. *Resp. 95. num. 105.* D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico. §. 16. de re judicata.* Mevius *part 1. dec. 78. num. 5.* Besold. *in Disp. de nullit. th. 242.* Blasius Altimarius *de nullitat. p. 2. rubr. 13. q. 314.* 17) si tria scripta, puncto probationis; admissa Besold. *ad J. P. W. part. 1. th. 80.* ubi in Dicasterio ita judicatum dicit. 18) vel alio modo, contra stylum curiæ & solitum ordinen procedendi, in judicio peccatum B. D. Harpprecht *in Consil. nov. 44. num. 66. cum seqq.*

seqq. Joh. Samuel Stryk *de remed. contra rem judicatam cap. 2. n. 105. seqq.* ubi decem speciales casus sub hac generali nullitate comprehensos recenset. 19) Si consilium sapientis non adhibet, quod, juxta statutum, fieri debebat. B. D. Harpprecht. *C. 61. n. 36. & 336. cum seqq. & in Cons. nov. 44. num. 70.* al às valida esset D. Harpprecht *Consil. 14. num. 149.* & D. Lauterbach. §. *25. ad tit, π. de appell.* vid. Mevius *part. 3. dec. 40. p. 4. dec. 335. p. 9. dec. 50. & 51.* 20) si non omnes partes ad sententiam audiendam citatæ *l. 47. de rejud.* B. D. Harpprecht *Consil. nov. 44. num. 54. & seqq.* Mevius *part. 6. dec. 352.* 21) de submissione omissa vel si submissum saltem, puncto probationis, legatur Mevius *part. 2. dec 265.* B. D. Harpprecht *Resp. 95. num. 109.* 22) evidens & summa iniquitas, non verò quælibet, habetur etiam pro nullitate juxta Besoldum *ad J. P. W. part. 1. th. 92. & de nullitat. th. 262.* B. D. Harpprecht. *Cons. 27. num. 45.* vid. Mevius *part. 4. dec. 115.* Sed dubitandum de Juris veritate, cum notoriè ita processus appellationis, restitutionis in integrum & nullitatis confundatur, & gravamen & nullitas magna pro synonymis accipiantur, quæ tamen diversa sunt, neque docto Advocato difficile erit, iniquitates in nullitates mutare & judicem in suam sententiam trahere, id quod itidem monet Klock *in Relat. Cam. 30. n. 174. seqq.* 23) Si pupillus & minor sine curatore litigarunt, tunc inde oritur nullitas insanabilis Roding *in π. Camer. lib. 1. tit. 33. §. 24.* Brunnemann *in processu civili cap. 28. num. 109.* D. Stryk. *in usu moderno*

§. 1.

§. 1. ad tit. π. quæ sent. sine appell. Et in genere, si legitimatio non recte facta Altimar. *de nullit. sent. rubr. 11. q. 232.* Mevius *part. 5. dec. 13.* D. Böhmer *de Jud. proced. ex offic. in caus. civili cap. 4. §. 7.* vel falsus procurator interceſſit D. Harpprecht *vol. 7. Conſ. 43. n. 12.* Lauterb. *§. 2. quæ ſententent. ſine appellat reſcind.* vel ſi 24) denique alia nullitas in jure communi approbata adſit J. P. W. *part. 1. tit. 56. §.* Es werden aber &c. *& §. ſeq.* quamvis optandum eſſet, ut certus numerus nullitatum expreſſus eſſet, ut ita hoc ſeculo litigioſo proceſſus & lites abbreviarentur & confuſio evitaretur, uti quoque clarius deciſum eſſe deberet, quænam nullitas pro ſanabili vel inſanabili habenda eſſet. De cœtero certum manet, quod nullitas ſemper probanda & ex actis prioribus juſtificanda; quod igitur ibi nulliter factum non apparet, non attenditur, nec devolvit cauſam Mevius *p. 6. deciſ. 300. num. 5.* Stryk *cit. Diſputat. cap. 2. num. 7.*

§. VII.

Cum autem, deficientibus nullitatibus, proceſſus nullitatis haud concedendus ſit, hinc haud raro rejicitur, & denegari ſolet, uti factum in ſententiis No. 275. 819. 856. 859. 882. cum pœna 5. vel 10. flor. No. 1005. & 1044. peccant ſane hic Advocati ſæpius & ſi non recte appellatum, & non devolutoria ſententia metuenda vel lata, ad nullitatum deductionem fere ſemper confugiant; cum tamen ad illam fundandam & victoriam

ctricem sententiam obtinendam solæ nullitates processus haud sufficiant, sed insuper justitia causæ accedere debeat, cum processus nullus, & causa bene decisa esse possit; quodsi autem processus nullitates appareant & merita causæ in jure fundata sint, admittenda utique nullitatis deductio, uti sententiæ No. 331. 672. 692. & 889. docent & interdum probatio, si opus est, decernitur. No. 611. & 870. apud Hæberlin. Nullitas tamen evidens & notoria in processu, etiam ex officio, attendi potest Ordin. Cam. *part. 3. tit. 34. §.* Und soll also. Bocer. *Cl. 6. Disp. 23. th. 44.* Brunnemann. *in processu Civili cap. 28. num. 109.* Roding. *in π. Camer. lib. 1. tit. 21. §. 5.* Besold. *in Disp. de nullitat. th. 65.* Blum. *in proces. Cam. t. 55. n. 19.* neque sententia nulla in rem judicatam transire D. Böhmer *in Disp. de Sentent. in rem judic. non transeunte, §. 31.* Dn. D. Harpprecht *in Consil. nov. 27. num. 139. cum seqq.* neque executioni dari potest Dn. D. Maier *in Disp. de execut. in causa civili th. 26.* neque ratificatur Besold. *ad I. P. W. part. 1. th. 90.* Bocer. *Cl. 6. Disp. 33. th. 33.* Nostr. *dec. 128. n. 9. seqq.* nisi quod expressa approbatio ab utraque parte in vim pacti valere possit. Besold. *in Disp. de nullitat. th. 279. 287. & 293.* Mevius *part. 3. dec. 112.* Brunneman. *in Proeesu civili cap. 27. n. 67.* Schöpffer. *num. 43. ad tit. π. de re judicata.* In Summis Dicasteriis tamen nullitates circa processum in prima instantia admissæ non attenduntur, dummodo causæ principali non præjudicent, & alias ex actis de meritis causæ constet & quod bene & recte

recte judicatum sit, Ord. Cam. *part. 3 tit. 34.* Blum. *in Process. Cameral. tit. 71. num. 14.* & *tit. 56. num. 21.* Dn. D. Harppprecht *in Consil. 61. n. 329. cum seqq.* Gülich. *ad Mynsingerum cent. 5. observ. 93.* Mevius *part. 3. dec. 232.* & *240. part. 4. dec. 105. part. 6. dec. 81.* D. Stryk. *in usu moderno §. 1.* & D. Lauterbach. *in Colleg. theoret. practico §. 3. ad tit. π. quæ sentent. sine appell. recip.* Besold. *in Disp. de nullit. th. 41.* Roding. *in π. Camer. lib. 1. tit. 33.* §. *26.* Nostr. Dec. *43. n. 4.* Ita v. gr. si juramentum calumniæ viva voce exactum non præstitum Roding. *in π. Camer. lib. 1. tit. 33.* §. *5.* D. Stryk *in usu moderno §. 1. ad tit. π. quæ sent. sine appell. rescind.* & ob confessionem claram, arg. Ord. Dicast. *p. 3. tit. 5. in fin. §. 7.* uti judicatum in Dicasterio An. 1628. Besold. *in Disp. de nullitat. th. 288.* & *p. 1 th. 89. ad J. P. W.* vel præstitum juramentum judiciale, excluditur querela nullitatis, prout judicatum in Dicasterio den 26 Octob. An. 1623. in causa Appellationis von Unter-Türckheim. testante Besoldo *de nullitat. th. 294.* & An. 1698. & 1704. apud Hæberlin. in sentent. Dicaster. No. 727. & 856. Uti quoque in der Appellations-Sache von Schorndorff, zwischen Nicolao Knauern, beklagten Appellanten, sodann Margaretha Lentzin, Klägerin Appellatin, ob recusatum juramentum judiciale, in prima instantia contra *L. 38. de juram.* non devolutoria sententia lata & insimul petita principalis deductio nullitatum in Dicasterio rejecta, A. 1708. den 9. Martii. No. 962. apud Hæberlin. nec non ob recusatum juramentum calumniæ No. 1005. adud

Hæberlin. vid. *c. 8. §. 16.* Et in genere, si ex actis constet, litem dextre & secundum jura decisam esse, & appellantem temere appellasse, vix ac ne vix nullitatis deductio permittenda, maxime cum nullitates obscuræ & insufficientes insuper allegentur. Sic An. 1723. den 7. April. ob claram confessionem & tres sententias & An. 1746. den 24. Septemb. ob transactionem claram, confer. J. P. W. *p. 2. tit. 22.* deductio nullitatum denegata fuit. confer. *cap. 8. §. 7.*

CAP. XXII.

Sistit processum causarum remissionum.

SUMMARIA.

§. Unicus tradit modum procedendi in scriptis & formulas in causis remissionum, nec non quod reconventio hic locum habeat.

IN causis remissionum primæ instantiæ, de quibus vid. *cap. 1. §. 32.* processus in scriptis obtinet juxta, *cap. 13. §. 4.* Et tunc, prælecto Rescripto remissionis, Calendario & præmisso pleno titulo, legitimatio fit & proponitur factum, cum rubrica, ex utraque parte, uti in appellatione, in fine autem additur petitum, pro admissione ad processum in scriptis hoc modo. Und weilen diese Sache in prima instantia, durch gnädigsten Befehl, an dieses Supremum Tribunal remittirt

remittirt und dadurch dessen Jurisdiction bestens gegründet worden, so erfordert die Hochfürstl. Hof-Gerichts-Ordnung *part. 3. tit. 28. §. 2.* daß solcher Proceß in Schrifften verhandelt werde; Dahero dann an Euer Gnaden ꝛc. das unterthänig gehorsamst rechtliche Bitten ergehet, diese Remissions-Sache in Gnaden und Hoch-geneigt von 4. zu 4. Wochen in Schrifften zuverhandeln zu verabschieden. Hierüber ꝛc. ꝛc. Altera pars potest brevibus se conformare huic petito: Und weilen der Stylus Curiæ Dicasterialis die Verabschiedung in dergleichen Remissions-Sachen erfordere, so wolle er sich mit dem Gegnerischen Verlangen conformirt und gleichfalls Eur. Gnaden ꝛc. um die Verabschiedung von 4. zu 4. Wochen unterthänig ersuchet haben, sub Imploratione. Sententia fertur, juxta formulas à Dn. Hæberlino adductas Not 75. 322. 403. 415. 532. 637. 682. 752. novissime A. 1747. den 30. Aug. hujus tenoris lata; ist, puncto gebettener Verabschiedung, der Beschaid, daß diese Sache vor diesem Fürstl. Hoff-Gericht, rechtlicher Ordnung gemäß, in Schrifften gegeneinander auszuführen, von 4. zu 4. Wochen verabschiedet seyn solle. Postmodum, intra terminum præstitutum vel prorogatum, proponitur libellus, Remissions-Klag, Klag-Libell, cum petito: in Rechten zu erkennen und zu sprechen, daß Beklagter die Tausend Gulden Capital, mit allen verfallenen Zinsen und Interesse, und unter Widerkehrung aller Unkosten, zu bezahlen schuldig und gehalten seyn solle. Desuper &c. Ab altera parte contestatur lis, & petitur

titur absolutio ab actione hoc modo: Beklagten von der wider ihn angestellten Klag zu entbinden und loß und ledig zu zehlen, idque sub refusione omnium expensarum & imploratione. Et deinde replicæ & duplicæ, cum submissione, porriguntur, uti in processu primæ instantiæ juris est, *J. P. W. part. 1. tit. 21.* utpote qui hic observandus est, juxta Ord. Dicast. *part. 3. tit. 28. §. 2.* Sin probatione opus, illa post litem contestatam debito modo petenda confer. *cap. 14.* Neque ambigendum, quin ad accelerandum processum statim ab initio, cum petitione processus in scriptis, probatio eventualiter peti, sicque utrumque petitum jungi & utrumque eventualiter decerni queat, ita ut post porrectum libellum & subsecutam litis contestationem, probatio actualiter deinde adornari, suscipi & ad finem perduci queat. confer. *c. 14. §. 4. seqq.* Si processus in scriptis ad finem perductus, ad referendum mittuntur acta: quales relationes in causis remissionum extant apud Besoldum *c. 230.* & Winterum *de Assessoribus cap. 9. n. 32.* & tandem, prævia orali submissione, in pleno sententia pronuntiatur, prout omnia hæc jam latius explicata. Neque dubium esse potest, quin hic reconventio instituti possit, juxta Jus Provinciale Würtemb. *part. 1. tit. 24. §. fin.* Plebst *ad J. P. W. p. 1. n. 87.* conf. *c. 1. §. 34.* Et in laudem Dicasterii non minimam vergit, quod sæpius Civitates, Nobiles aliæque personæ Jurisdictioni Würtembergicæ non subditæ, in Dicasterium compromittant, ejusque decisioni se sponte subjiciant, qualia exempla supra *c. 1. §. 32.* adducta.

CAP.

CAP. XXIII.

Agit de extrajudicialibus.

SUMMARIA.

§. 1. docet, quomodo Supplicationes expediantur,
§. 2. Juramenta ab Assessoribus & interdum nonnulli provisionaliter recipiuntur.
§. 3. Advocati in Dicasterio assumuntur & puniuntur.
§. 4. ut Pedellus & nuntius
§. 5. renuntiationes filiarum Illustr. ibi fieri possunt
§. 6. Transactio tentanda & solennisanda & quomodo?
§. 7. interdum arbitramenta pronuntiantur.

§. I.

NOn potest non fieri, quin, in causis Dicasterialibus jam pendentibus, vel adhucdum introducendis, plures supplicationes porrigantur; & si Dicasterium est convocatum, tunc in pleno à Secretario præleguntur, & per majora deciduntur, decisum autem supplicationi est inscribendum & partibus indicandum per Rescripta vel alio modo. Sed memorialia semper apud Acta Dicasterialia asservanda Ordin. Dicaster. *part. 3. tit. 30. §. 2.* quod si autem, non convocato Dicasterio, hoc fiat, tunc in Consilio Regiminis s. Justitiæ, maximè in præsentia Consiliariorum, qui simul Assessores sunt Dicasterii, expedienda sunt petita, nisi ex gravibus causis & deficiente plena notitia, res differenda sit ad Dicasterium, quo casu Se-

cretarius supplicationes asservat, & remittuntur ad Dicasteriales Sessiones, ubi supplicationes, deinde proponuntur & deciduntur. Ord. Dicast. *part. 3. tit. 30. §. 1.*

§. II.

SECUNDO, in solenni confessu Dicasterii, Assessores, Secretarius ejusque Adjunctus, Domino Judici Dicasteriali juramenta præstant, si à Sereniſſimo Domino Duce in numerum Assessorum, Secretarii & Adjuncti Dicasterialis noviter recipiantur, & per Rescriptum Ducale ad Dominum Judicem Dicasterialem datum, id notificetur. Ord. Dicast. *part. 1. tit. 9. pag. 30. & seqq.* Uti quoque TERTIO, in casu necessitatis, si legitimus numerus Assessorum, ob morbum aliamque repentinam causam, deest, facultatem & potestatem habent, unum vel alterum Assessorem ex Professoribus, Doctoribus, Licentiatis Juris impartialibus, modo extraordinario & provisionali, substituendi, juramentumque ab iis recipiendi Ord. Dicast. *part. 1. tit. 2. §. 6.* modo non sint ex numero Advocatorum & Procuratorum Dicast. vi dicti §. 6. B. Dn. Lauterbach *in differ. Jur. Civ. & Würt. part. 1. th. 7.* vid. cap. 2. §. 3.

§. III.

QUARTO Advocatos recipiunt & juramenta in pleno ab iis exiguntur Ord. Dicast. *part. 1. tit. 7. §. 6.* eosque puniunt, si contra Ord. Dicast. peccant.

peccant. Ord. Dicaſt. *part. 1. tit. 2. §. 2.* & plane ab officio ſuſpendunt vel, pro magnitudine delicti, removent Ord. Dicaſt. *part. 1. tit. 7. §. 6.* B. D. Lauterbach *in Colleg. theoret. practico* §. *8.* & *12. ad tit. π. de poſtulando.*

§ IV.

QUINTO Pedellum Dicaſterialem & nuntium recipiunt & juramenta ab iis exigunt. Ord. Dicaſt. *part. 1. tit. 6.* & *9. fol. 32.* quorum officium in cap. 2. §. 9. & 11. jam deſcriptum.

§. V.

SEXTO renuntiationes filiarum Illuſtrium ibi fieri poſſunt & recipiuntur, Ord. Dicaſt. *part. 2. tit. 1. §. 5.* & *part. 3. tit. 30. fol. 117.* Ut vero valida ſit, requiritur 1) ut unus vel duo nobiles vel alii viri honeſti curatores ipſi dentur Ord. Dicaſt. *part. 1. tit. 30. §. 1.* & Advocatus, ad petitum proponendum, ipſi adjungatur Ord. Dicaſt. *part. 3. tit. 30. §. 2.* Et ita, in noſtro Ducatu Würtembergico, certum videtur eſſe, quod etiam fœminæ nobiles in judicialibus indigeant curatore D. Bardili *in Diſp. de curat. ad Litem. th. 36.* id quod etiam de Jure Saxonico affirmat Carpz. *part. 2. dec. 142. n. 10.* diverſum vero tradit in *proceſſu tit. 5. art. 3. n. 61. cum ſeqq.* & D. Bodinus *in Diſp. de his, quæ mulier Saxonica valide agit ſine Curat. Sect. 2. th. 2. cum ſeqq,* in eo tamen conſpirant, quod illuſtris fœmina de Jure Saxonico in extrajudicialibus non indigeat curatore Carpzov.

zov. *part. 2. conſt. 15. def. 9.* Berlich *part. 2. Concl. 17. n. 79.* Brunnem. *cent. 5. dec. 27.* Struv. *Exerc. 21. th. 12.* D. Bodinus *d. Diſp. ſect. 1. th. 4.* Reinharth *Diſp. de fœmin. Saxon. negotiis absque Curatore valid. §. 27.* id quod alii, in hoc demum caſu, extra Saxoniam, admittunt, ſi non ſubſunt juri, quod fœminas curatoribus ſubeſſe jubet, tunc enim eò tantum jure, quod ſuperius eſt, tenentur & judicari debent Wibel *de Contract. mulier. cap. 4. n. 9.* D. Scheinemann. *in Diſp. de tempeſtivit. ætat. human. part. 2. cap 6. §. 6. pag. 64.* Facta propoſitione petiti, Dominus Judex Dicaſter. curatori injungit, ut ſeceſſum faciat &, ex virgine renuntiatrice, in abſentia cognatorum, ſeriò quærat, an, ex libera voluntate absque vi metuque, renuntiare velit hæreditati? Quo facto, judicium iterum adeunt & Curator mulieris declarationem Domino Judici indicare debet, &, ſi renuncians trina vice à Domino Judice interrogata, confirmet ſuum propoſitum conſtans, deliberatum & voluntarium renuntiandi, Ord. Dicaſt. *part. 3. tit. 30. §. 3.* tunc, per ſententiam, admittitur renuntiatio & juramentum injungitur, de inviolabiliter ſervanda renuntiatione, juxta præſcriptum Ord. Dicaſt. *p. 3. tit. 30. §. 4.* &, ſi hoc præſtitum, valet renuntiatio hæc jurata, ſicque Ordinatio Dicaſt: ſequitur Jus Canonicum *in c. 2. de pact. in ſexto* & mores noſtros; differt autem à jure noſtro Civili, quod pacta negativa & renuntiativa jurata licèt, reprobat, *L. 27. L. 84. de A. vel O. H. L. f. de ſuis & legitim. hæred.* Dn. à Lyncker *de pactis aph. 21.* D. Coccejus *in Diſp.*

Disp. de voto captandæ mortis sect. 3. §. 11. & seqq. D. D. Harpprecht *in Tract. Acad. 7. Resp. 1. fol. 28. & 96. cum seqq.* D. D. Graff. *in Collat. Juris Civil. Roman. cum Recess. Imper. Rom. Germ. maxime per differ. princip. sect. 5.*

§. VI.

SEPTIMO Judices laudabiliter faciunt, si partes ad amicabilem compositionem in quacunque Judicii parte. Brunnem. *in proces. civil. cap. 2. num. 12.* moneant, Recess Imper. de Anno 1654. §. 110. Late Dn. D. Harpprecht *in Consil. 98. n. 26. cum seqq.* D. Lauterbach *in Colleg. theor. practico §. 1. ad tit. π. de transact.* minime autem cogant nisi justa adsit causa, ut utilitas & necessitas publica D. Harpprecht *in C. 55. n. 395. & Disp. de transact. judic. §. 8. & 12.* ubi exemplum imperatæ transactionis refert dicasteriale Lauterbach. *§. 3. de transact. Disp. Alt.* Eberwein *de transactione cogenda* & Heimburg *Disp. de transact. jud. invita.* maxime autem eo in casu transactio suadenda, si lis inter partes Illustres, ob metum annorum, si inter parentes & liberos, inter ministrum ecclesiæ & parochianos, ob scandalum publicum; si favor piæ causæ & alimentorum concurrat, & lis difficilis diu duravit, &c. Mev. *p. 1. dec. 224. & p. 3. dec. 217.* Lauterbach *§. 2.* Lyncker *aph. 3. de transact.* si justa adest causa & v. gr. juramenta præstanda & inter consanguineos res versetur, vel causa dubia & intricata D. Harpprecht *in Resp. 13. n. 309. cum seqq.* & *Consil.*

fil. nov. 57. num. 3. cum seqq. vel causa injuriarum fit, neque partes in convitiis perseverent Jus Provinc. Würtemb. *Part. 1. tit. 8. §. 2. & tit. 77. princ.* prout etiam in Ordinat. Dicast. *Part. 3. tit. 26. §. 2.* tunc demum transactio tentanda præcipitur, si causa in facto obscura vel in jure dubia & controversa est, maximè si ulteriori probatione & oculari inspectione opus est Ordinat. Dicast. *Part. 3. tit. 18. §. 8.* ut ita sumptus & litis molestiæ evitentur. Nam si causa clara & aperta, tunc ille mortaliter peccat, qui transactionem suadet Urceolus *de transact. Quæst. 43. per tot.* imprimis. *n. 46.* D. Harpprecht *in Resp. 31. n. 88.* Ziegler *in Dicastic. Concl. 22. §. 10. & seqq.* neque Advocatus in causa justa alterum ad transigendum inducere potest Strav. *Ex. 7. th. 5.* ibique Müller Laymann. *in theol. morali lib. 1. tr. 1. cap. 5. §. 3. n. 20.* Omissio tamen tentatæ transactionis non vitiat processum D. Lauterbach. *Exerc. 9. Concl. Forens. 1.* D. Harpprecht *in Disp. de transact. judic. th. 6.* Ad conciliandam transactionem à Domino Judice duo vel tres Assessores, ex tribus scamnis, deputantur Ord. Dicast. *part. 3. tit. 26. §. 2.* Unaque pars, post alteram, auditur. super quæstione, an nimirum velit transigere? & deinde super quæstione, quomodo? & quales conditiones inire velint? sive igitur causa ita per transactionem vel sopiatur, vel irrito conatu tentetur, de successu Domini Deputati in Collegio referunt, & tunc vel sententia promulgatur, si fruſtraneus labor fuit, vel transactio à Secretario in scripturam redigitur &, in præsentia unius

ex

ex Assessoribus deputatis, partibus & Advocatis prælegitur Ord. Dicast. *Part. 3. tit. 26. §. 4.* & deinde in pleno consessu confirmatio ab utraque parte petitur, hac formula P. P. Nachdeme nunmehro die Sache dahin gedeyhen, daß diese Strittigkeit, durch Vermittlung E. Hofgerichtl. hochlöbl. Deputation, in der Güthe solchergestalten gehoben worden, daß (hic brevissimis contenta transactionis inserenda) so ist nichts übrig, als daß solcher Verglich, nach dem Stylo Curiæ, solenniziret werde; Und weilen Appellant die übliche solennia an Gerichts-Staab abzulegen bereit ist, so will Er Euer Gnaden ꝛc. unterthänigen Fleisses ersuchet haben, den Verglich nunmehro zu confirmiren und ihn zu præstirung der solennien zu admittiren, sub imploratione. Quo peracto, partes cancellos intrant & prælecta formula, in Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 9. fol. 41.* præscripta, tactu baculi judicialis promittunt, se transactionem servaturos. Hac promissione facta, recedunt ad priorem locum & partes agere solent gratias hoc modo P. P. Daß Euer Gnaden Excellentien ꝛc. in Gnaden und hochgeneigt nicht nur beliebet hat, eine Hofgerichtliche Deputation zum güthlichen Verglich anzuordnen, und durch deren Mühe und Interposition diese langwirlge Strittigkeit durch einen gütlichen Verglich, beyzulegen, sondern auch den getroffenen Vertrag dicasterialiter zu confirmiren und zu solenniziren, dafür erstattet Appellat hiemit unterthänigen Danck, und empfehlen sich zugleich die Parthey und Patronus causæ zu noch weitern beharrlichen

harrlichen Gnaden und Wohlgewogenheit. Neque tacendum, quod transactio, si partes dubium sensum affingunt vel prætendunt, declaranda sit, si partes id petant, uti factum An. 1684. den 20. Aug. in No. 387. apud Dn. Hæberlin.

§. VII.

Interdum OCTAVO partes arbitramentum ineunt & Dicasterii decisioni causam committunt, ut ex æquo & bono rem decidat. Ordin. Dicast. *Part. 3. tit. 20. §. 3.* maximè si causa est dubia & obscura, & transactio frustra tentata, confer. J. P. W. *Part. 1. tit. 8. §.* im Fall ꝛc. & tunc partes prælectam formulam in Ord. Dicast. *Part. 1. tit. 9. fol. 42.* tactu baculi judicialis, confirmant, & deinde arbitramentum pronuntiatur hoc modo: In der Appellations-Sache von Mercklingen, zwischen Popialin zu Mercklingen nachgelassenen Erben, in Actis benannten Beklagten, Appellanten eines, so dann Johann Jacob Forstern, Burgermeistern zu Herrenberg, Klägern Appellaten andern Theils, ist, nachdeme beyde Theil diese gantze Sache zu dieses Fürstl. Hof-Gerichts gütlichen Ausspruch ausgesetzt, hiemit erkannt, daß ꝛc. uti factum A. 1699. 1704. 1705. & 1706. & in Dicasterio talia arbitramenta lata, quæ legi possunt in Nro. 746. 850. 902. 905. 912. & 954. apud Dn. Hæberlin. Pronuntiato arbitramento, partes gratias agere solent & debent, sicuti in præcedenti §. 6. de transactione diximus.

CAP.

CAP. XXIV.

De Revisione.

SUMMARIA.

§. 1. Sistit remedium revisionis, ejusque requisita.
§. 2. Processum.
§. 3. verò quærit, an executionem impediat? & negat regulariter.
§. 4. Formulas petitionis exhibet.

§. I.

NE tamen Subditi quærendi causam habeant, cùm à sententiis Dicasterialibus omnis ulterior appellatio iis prohibita sit, ideò Revisio sive supplicatio à Sententia Dicasteriali ipsis concessa est in Ordin. Dicast. *Part. 2. tit. 1. § 4.* & J. P. W. *P. 1. t. 78.* sive definitiva sive interlocutoria mixta sit. Ego *in Vol. 8. Cons. Tub. 108.* & posteriori casu remittitur causa ad priorem judicem, nec in principali in revisorio judicatur, Bender *de revis. concl. 14. n. 6. & 12.* Hertius *Disp. de remed. revis. in Cam. Imper. §. 13.* Remedium enim revisionis differt omnino ab appellatione. Ego *in Vol. 8. Cons. Tub. 103.* Wuestii arg. *Disp. de revisione actorum §. 12.* sed, ut locum habeat, requiritur 1) ut summa ducentorum florenorum sit Ord. Dicast. *Part. 2. t. 1. §. 4.* J. P. W. *Part. 2. t. 78. pr.* D. Lauterb. *in differ. Jur. Civ. & Würt. Part. 1. th. 105.* videatur tamen Besoldus *ad Jus Provinc. Würtemb. Part. 1. th. 168.* ubi exceptionem addit, nisi jura concernat,

nat, de quibus supra c. 8. §. 10. actum Besold *ad Jus P. W. p. 1. th. 108.* & 2) ut intra tres menses à tempore latæ sententiæ, scriptum revisionis, cum gravaminibus, porrigatur, J. P. W. *Part. 1. t. 78. pr.* Plebst. *ad Jus Provinc. Würtemb. Part. 1. t. 194.* Roding. *in π. Cam. l. b. 3. t 61. n. 27.* Blum. *in Proceſſ. Cam. tit. 79. num. 14.* Hertius *in Disp. cit. §. 21.* ubi *§. 17.* ex R. J. de A. 1654. §. *125.* refert, quod dilatio ex justa causa pro porrigendis gravaminibus impetrari queat. & 3) juramentum revisionis sive malitiæ præstetur, quod non malitiose petat revisionem; & quidem post 14. dies à die porrecti libelli gravaminum Revisionis, in præsentia partis adversæ, hunc in finem citatæ, &, si summa revisionis dubia sit, tunc hoc juramento simul summæ quantitatem præscriptam confirmat J. P. W. *Part. 1. tit. 78.* §. Darauff soll ꝛc. Bocer *cl. 6. Disp. 35. num. 54.* Denique 4) Cautio danda est in continenti vel intra 8. dies, per actualem depositionem pecuniæ, ad minimum 50. florenorum vel, pro conditione personarum & causarum, majoris summæ, usque ad 150. vel ducentos florenos, si v. gr. causa principalis concernat summam mille florenorum vel ultra J. P. W. *Part. 1. tit. 78.* §. So dann ꝛc. D. Harpprecht *in Resp. 98. n. 148. cum seqq.* D. Coccejus *in Disp. de judiciis revisoriis §. 37.* ubi omnia requisita revisionis in Electorali Palatinatu & Ducatu Würtembergico recenset, add. Hert. *Disp. de remed. revis. in Camer. Imper.* Stryk *Disp. de remed. contra rem jud. cap. 4.* An verò, ob paupertatem, cautio juratoria admittenda?

mittenda? de eo lege D. Harpprechtum *in Disp. de caut. jurat. §. 44.* ubi, pro prudentis judicis arbitrio, eam non rejicit, juxta Recessum Imperii *de A. 1654. §. 124.*

§. II.

Quemadmodum autem in judicio appellationis formalia; ita etiam in processu revisionis ejusdem formalia primo justificanda sunt; ita ut, si contra formalia revisionis excipiatur, secundum ordinem processus judiciarii, replicandum, duplicandum & triplicandum sit, ac deinde per sententiam revisio pro re nata vel rejicienda vel admittenda Fleck *in Bibliotheca jur. lib. 5. tit. 72. n. 4.* D. Harpprecht *Resp. 95. n. 156. cum seqq.* Admissa autem revisione parti adversæ scriptum revisionis sive supplicationis communicatur, ut intra tres menses à die accepti scripti supplic. sua fundamenta proponat Jus Prov. Würt. *part. 1. tit. 78. §.* Wann nun ꝛc. & sic processus revisionis ad finem perductus est, neque enim, ultra hæc duo scripta, ulterius scriptum D Harpprecht. *Resp. 95. num. 156.* Ego *in Vol. VIII. Consil. Tub. C. 103. n. 29.* vel aliquid novi admittitur, sed, ex antiquis actis & factis, debent omnia depromta esse Jus Prov. Würt. *part. 1. tit. 78.* §. Wann nun ꝛc. Plebst. *ad J. P. W. part. 1. th. 195.* Bender *de revis. concl. 16.* Hertius *cit. Disp. §. 27.* Ego in *Consil. 11. n. 13. seqq.* hinc recte rejicitur nova probatio & ocularis inspectio Majer *in Disp. de remed. revisionis th. 13.* vid. Stryk *Disp. de*

probat. probat. mel. cap. 3. n. 96. seqq. Postea hæc duo scripta à Consilio Regiminis sive Justitiæ, utpote quod constituit Judicium revisionis, mittuntur ad Dicasterium, ut rationes decidendi reddant. J. P. W. *part. 1. tit. 78.* Folgends. Plebst *ad Jus Provinc. Würtemb. part. 1. th. 196.* quæ clausæ transmittuntur, neque communicantur partibus. Et tunc in causa principali, sententia vel confirmatur vel reformatur, prout Justitia id postulat, & si sententia confirmatoria fertur, tunc pecunia depositа in commissum cadit, & revisionem impetrans insuper, pro arbitrio judicis, punitur, cum condemnatione in expensas Gail. *lib. 1. obs. 152. num. 5.* Bender *de revision. concl. 9. num. 6. cum seqq.* Græveus *lib. 1. concl. 152. num. 9.* Plebst *ad Jus Provinciale Würtemb. part. 1. th. 197.* Sin autem ex justa causa, reformatur, tunc pecuniam depositam recipit & executioni datur sententia reformatoria J. P. W. *part. 1. tit. 78. §. fin.* Plebst *ad Jus Provinc. Würtemb. part. 1. th. 197.* ubi addit, quod hoc in casu expensæ compensentur, & in *th. 99.* affirmat, quod victor in Dicasterio, victus autem in revisione ad revisionem revisionis confugere queat, cui subscribit Dn. D. Majer *in Disp. de remedio revisionis th. 24.* confer tamen D. Coccejus *in Disp. de remed. revisor. th. 30. usque ad th. 34.* D. Lauterbach. *in Colleg. theoretico practico § 7. ad tit. π. de sentent. sine appellat.* Lyncker *dec. 777.* Lauterb. *vol. 3. Cons. Tub. 287. n. 14. seqq.* Dn. a Ludolf *in Proceſſ. Cam. pag. 324. & 336.*

§. III.

§. III.

An verò revisio executionem sistat, quærunt DDres? & hodie regulariter saltem effectum devolutivum ei adscribunt, ita ut interim sententia executioni danda sit, modò pars victrix cautionem præstet sufficientem, de restituendis acceptis, J. P. W. *part. 1. tit. 78.* §. doch soll ꝛc. Recess. Imp. de Anno 1654. §. 124. D. Lauterbach *in Colleg theoret. practico §. 7.* & D. Stryk *§. 6. ad tit. π. quæ sentent. sine appell. rescind.* ubi limitationem hanc addunt in causis religionis & ecclesiasticis, aut ubi præjudicium irreparabile infertur per executionem. D. Harpprecht *in Resp 95. n. 150. cum seqq.* & *n. 175.* & *seqq.* & *Disp. de caut. jurat. §. 46.* ubi, pro arbitrio judicis, juratoriam quoque admittit, uti in Judicio revisorio Würtemb. in causa Anna Frickhin von Weilheim, Klägerin Appellantin, contra Andreas Bohmen Beklagten Appellaten, observatum scimus, & de Jure Würtembergico, si ipsa executio parti gravatæ in causa principali præjudicialis aut damnosa existit, arbitrio causæ revisorum committitur, an executioni sententia mandari debeat nec ne? J. P. W. *p. 1. tit. 78.* §. doch soll ꝛc. Bocer. *cl 6. Disp. 35. th. 57.* Plebst *ad J. P. W. part. 1. th. 198.* & D. Lauterbach. *in differ. J. C.* & *W. part. 1. th. fin.* D. D. Mayer. *in Disp. de remedio revisionis th. 20.* & *21. conf.* Benderi. *tractatus de revisione.* & D. Cocceji. *Disp. de Revisoriis. judiciis, cum in genere, tum in specie Statuum Imperii.*

Zepper. *de revis.* Hert. *tom. 2. vol. 1. de remed. revis. §. 31. & 36.* Schweder *in Jur. publ. Sect. I. cap. 11. num. 4.*

§. IV.

Formula ita concipi potest, ut gravatus memoriale separatim conficiat & Libellum Gravaminum, Revisions-Klag, adjungat, vel etiam, ut utrumque uno scripto comprehendat. Utroque vero casu & semper utendum est titulo pleno Serenissimi, prout in Cancellaria in usu est. v. gr. P. P. Es haben Eure Hoch-Fürstl. Durchlauchtigkeit und Deroselben Höchst-löbl. Vorfahrer im Regiment, Glorwürdigen Angedenckens, nach dem Exempel der Höchsten Reichs- und andern Gerichten, Dero Treu-gehorsamen Unterthanen das heylsame beneficium revisionis gegönnet in J. P. W. *part. 1. tit. 78.* Und weilen nun die Gemeind Gellmerspach durch die den 20. Martii Anno 1709. an dem Hochlöbl. Hoff-Gericht ausgesprochene Urthel, quod salvo honore & respectu laudatissimi Dicasterii aulici dictum esto, sich sehr beschwehret befindet, und dahero, nach reiffer der Sachen Uberlegung, in GOttes Nahmen entschlossen, dieses beneficii ultimi supplicationis s. revisionis, sich zu bedienen, um dardurch aller Verantwortung bey der Nachkommenschafft sich zu entschütten; So hat dann zu solchem Ende gedachte Gemeind Uns Ends-unterzogenen, besag No. 1. Gewalt aufgetragen, sothanes Remedium revisionis zu ergreiffen, und alle

alle dabey nöthige solennitäten genau zu beobachten. Damit Wir nun dieser Unserer incumbentz und dem empfangenen Gewalt ein Gnüge leisten mögen; So haben Wir nicht nur den Libellum Gravaminum sub No. 2. innerhalb denen dreyen Monathen, gehorsamst überreichen, und Uns, zu Abschwehrung des juramenti malitiæ, de non frivole petendo revisionem, und deponirung der erforderlichen Cautions-Gelder, auch all andern üblichen solennitäten, geziemend hiemit anheischig gemacht und anerbotten, sondern auch Eure Hochfürstl. Durchl. noch weiter unterthänigst angeruffen haben, Sie geruhen gnädigst, Uns und Unsere principalen mit gnädigst willfähriger Erlaubung dick-ersagter Revision, in Mild-Fürstl. Hulden, Lands-Vätterlich zu erfreuen, und, durch gemessene und geschärffte pœnal mandata und inhibitorialien, alle attentata, execution, cognition und Untersuchung zu verbiethen und einzustellen, darauffhin, nach eingelangter gegenseitiger Verantwortung, oder wann sie sich damit werden versäumt haben, die gantze Sache, durch Dero Hoch-vortreffliche aber darinnen vorher nicht bemüht gewesen oder gebrauchte der Sachen ohnverwandte Regierungs-Räthe exactam causæ illius cognitionem vornehmen, und eine denen Rechten und Billichkeit gemäße reformatorie Urthel ergehen und publiciren zu lassen, in treu-gehorsamster Unterthänigkeit erharrend. ꝛc. Ab extra poni potest titulus plenus Sereniſſimi, loco & modo consueto sequenti. An dem Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn ꝛc. ꝛc. Unsern gnädig-

sten Fürsten und Herrn, eingereichte Unterthänigste Supplication, pro impetranda Revisione, innen gehorsamst unterzogener Anwäld und Syndicorum, der Gemeind Gellmerspach, contra den Flecken Lennach, Impetraten, mit Beylag Nro. 1. & 2. an E. Hoch-Fürstl. Hochlöbl. Regierungs als Revisions-Rath ꝛc. Quod attinet ipsum libellum gravaminum Revisionis, credimus, non aberrare illum, qui formam libelli appellationis in principali sequitur, ita ut, præmisso facto, & adjuncta sententia in originali, unum gravamen post alterum ordine recenseat, illaque ex Jure & facto stabiliat, tandemque petitum subjiciat. V. gr. hoc modo: Bey welchen nunmehro in Jure & facto rechtlich deducirten Umständen, nichts übrig ist, als daß Impetrant, wie hiemit in aller Unterthänigkeit & omni meliori modo beschiehet, alles bißherig in beeden vorigen Instantien zu seinen Verstand und Nutzen verhandelte hiehero ersprießlich erhohle, allem widrigen aber, per generalia Juris & facti, widerspreche und an Euer Hochfürstl. Durchlauchtigkeit und von Ihro gnädigst niedersetzender Hoch-vortrefflichen Herrn Regierungs Räth und Revisores, seine unterthänigst gehorsamst Rechtliche Bitte ergehen lasse, durch eine gerechte Revisoriam, zu erkennen und zu sprechen, daß, mit Aufheb-reformir-oder Aenderung der vorigen Urthel, der strittige Pfitzhoff in ihrer der Impetranten besondern Marckung gelegen seye, sie deßhalber solchen Jure suo mit ihrem Viehe noch ferner allein zubetreiben, sodann die gebührende Steuren, wie bißher, davon

von einzuziehen befugt, Impetraten hingegen schuldig und verbunden seyn sollen, denen Impetranten allen verursachten Kosten und Schaden zu entrichten und zu bezahlen. Euer Hochfürstl. Durchl. und Deroselben Hochverordneter HHerrn Revisorum Höchstes Richter-Amt hierüber, oder wie sonsten besser, vorständig und ersprießlicher, in diesem Revisorio, hätte sollen, können oder mögen gebetten werden, pro largissima & æquissima Juris & Justitiæ administratione mit tieffest- und gehorsamsten respect omni meliori modo & enixissime implorirend. Pars impetrata, præmissa gratiarum actione pro communicatione, in suo scripto refutatorio itidem factum præmittit; & ab initio exceptiones revisionis frivolæ petitæ objicit D. Schweder *in Disp. de concursu & elect. utilior. remed. contra sentent. in suprem. Imper. tribunal. latas cap. 4. §. 2.* deinde æquitates, fundamenta ac rationes, sententiæ à qua deducit, & tandem ad gravamina respondet, addito petito: Und weilen nun die Schein-gravamina gründlich abgeleinet und entkräfftet sind, hingegen aber die Gerechtigkeit der Hoffgerichtlichen Urthel, klar dargethan; Als wollen Impetraten nunmehro gantz getrost alles in beyden instantien zu ihrem Vorstand an- und vorgebrachte in pastibus proficuis hiehero reproduciret, und allen contrariis beständigst contradicirt haben, unter der feyerlichsten Verwahrung, tacendo nichts eingestanden zu haben, darauffhin aber an Euer Hochfürstl. Durchl. als allerhöchsten Revisions-Richtern, ihre unterthänigst und angelegenlichst demüthigste

rechtliche Bitte dahin thun, Sie geruhen gnädigst, durch eine gerechtiste Revisions-Urthel, zu erkennen und zu sprechen, daß die Hoff-Gerichtlich ergangene Urthel nochmahlen zu bestätigen und zu confirmiren, und anbey die Impetranten alle so muthwillig verursachte Unkosten, unter Vorbehaltung Gnädigster Herrschafft Ahndung, Impetraten zu erstatten schuldig und gehalten seyn sollen. An sententia simul nulla argui possit, de eo agit D. Schweder *in Disp. proxime alleg. c. 2. th. 10. & cap. 3, th. 10. & 12.* & incidenter & minus principaliter in revisorio nullitatis allegationem haud rejicit, confer. J. P. W. *p. 1. tit. 78,* §. und wann die Ord. Cam. *p. 3. tit. 53. pr. & §. 4. seqq.* Uti quoque illa quæstio, an post denegatam restitutionem in integrum ad revisionis beneficium confugere liceat, decisa legi potest apud Lauterbach §. *7. quæ sentent. sine appellat. rescind.* D. Schweder *alleg. Disp. c. 3. §. 10.* Uffenbach *de Judic. Imper. aulico c. 23. sect. 3. p. 264.* Dn. à Ludolf *in process. Cam. pag. 330.* Sin sententia in revisorio lata, cessant omnia reliqua remedia Bender *de revis concl. 20. n. 38. concl. 37. n. 5. & 6* & concl. *38.* Hert. *de Judicio revisorio §. 30.* Maier *de remed. revis. §. 23. seqq.* Sententiam exhibui in *C. 11. Vol. VIII. Tub. Consil.*

***
***

CAP.

CAP. XXV.

Proponit Processum restitutionis in integrum.

SUMMARIA.

§. 1. Restitutio in integrum incidenter peti potest in Dicasterio, contra lapsum fatalium, terminum probatorium &c.
§. 2. An contra sententiam quoque Dicasterialem? affirmatur, &
§. 3. affert præjudicia.
§. 4. Non verò Dicasterium contra sententiam inferioris judic s restituit.
§. 5. Formulas exhibet.
§. 6. Agit de cumulatione restitut. & nullit. iterata restitutione, item an contra sententiam non devolutoriam & desertoriam restitutio locum habeat, & coram quo judice, ob omissam appellationem, peti debeat; ac casum singularem subjungit.
§. 7. Epilogum totius operis sistit.

§. II.

AN coram Dicasterio, sicuti in aliis Judiciis Stryk. *in Disp. de remed. contra rem judicatam c. 3.* restitutio in integrum contra sententiam validam, nam si ipso jure nulla esset, tunc cessat restitutio in integrum, quia nihil adest, quod rescindi potest, *L. 8. de minor. L. 2. L. 4. Cod. in quibus caus. in integrum restitut. necess. non est L. 2. Cod. de præd. minor.* D. Coccejus *in Disp. de lubrico ætatis th 53. & 54.* D. Majer *in Diss. de restitut. in integrum contra rem judic. cap. 2. th. 6.* Mevius

Part. 8. dec. 180. peti queat, operæ pretium est, ut indagetur? & si, per modum appellationis vel remissionis, Jurisdictio Dicasterii fundata est, & incidenter ibi restitutio in integrum imploratur, tunc nullum dubium videtur esse, quin Dicasterium restitutionem in integrum decernere vel denegare queat, cùm omnis Jurisdictio, in causis appellationum & remissionum, & quæ illis cohærent: und was denenselben anhängig, concessa sit, in Ordin. Dicast. *Part. 2. tit. 1. §. 1.* Mevius *Part. 8. dec. 104. num. 4. & seqq.* & aliàs quoque judicia appellationis de omnibus, quæ incidenter ibi petuntur, rectè judicent Mevius *Part. 7. dec. 109.* Hancque sententiam firmant plura præjudicia extantia apud Hæberlin, ubi restitutio in integrum contra lapsum fatalium ex justis causis concessa No. 54. 313. vel denegata No. 8. 34. 45. 226. 266. 275. 339. 708. 962. 1019. in specie puncto contumaciæ No. 909 & contra terminum agendi denegata No. 114. 361. & 506. In genere autem minoribus ac universitatibus contra lapsum terminum restitutio in integrum conceditur in Rescripto Ducali de A. 1739. den 21. Octobr. §. 9. apud Hochstetter *in Extract* der Hochfürstl. *General-Rescripten, p. 34. §. 2.* Similiter An. 1673. den 21. Febr. No. 88. apud Hæberlin. intervenientes creditores in integrum restituti & in debita classe collocati, add. meum Consil. *Vol. 8. C. 44. n. 28. seqq.* & minor producens testes super iisdem vel directo contrariis articulis, post publicatas attestationes, in eadem instantia contra J. P. W. *Part. 1. tit. 49.* resti-

